HIPPOCRATIS

ET

ALIORUM MEDICORUM VETERUM

RELIQUIAE.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΚΑΙ

ΑΛΛΩΝ ΙΑΤΡΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ

ΛΕΙΨΑΝΑ.

HIPPOCRATIS

ET

ALIORUM MEDICORUM VETERUM

RELIQUIAE.

MANDATU ACADEMIAE REGIAE DISCIPLINARUM QUAE AMSTELODAMI EST

EDIDIT

FRANCISCUS ZACHARIAS ERMERINS.

Volumen Secundum.

TRAIECTI AD RHENUM
APUD KEMINK ET FILIUM.
CIƆIƆCCCLXII.

LIPSIAE
APUD T. O. WEIGEL.

PARISIIS
APUD BENJ. DUPRAT.

L. S.

Cum primum volumen Hippocratis in lucem emittebam, in praefatione summatim de huius editionis consilio et ratione exposui. Qua de re quia nunc nihil amplius dicendum habeo, praefandi materies deesse videri possit. Sunt tamen alia nonnulla, de quibus scribere est operae pretium.

Cobetus in Mnemosynes volumine IX. cum locos aliquot ex aliis libris, tum non paucos e libro de aëre, aquis, locis tractavit. Quas observationes cum primum perlegebam, fere eodem tempore Franckenius item aliquot animadversiones suas in eundem libellum mihi tradidit. Quo facto ipse postea quam diligentissime potui eximium senis Coi tractatum iterum excussi, ut de aliorum labore recens in eo expoliendo posito iudicium ferre liceret et ut viderem, quid illorum meaque ipsius opera ad illius scripti intelligentiam proficerem. Itaque iam hoc loco repetam Cobeti observationes, quae in publicum quidem emissae sunt, sed quas deesse nolim huius editionis lectoribus, qui certe non omnes Mnemosynen in promptu habebunt. Addam autem Franckenii lucubrationes measque, sive ipse aliquid repererim, sive aliquid monendum videatur, de iis, quae ab illis accepi. Sunt praeterea in aliis quoque libris loci nonnulli, de quibus rectius quam antea sentire hodie mihi videor, quos item indicabo. Scilicet tritum illud „dies diem docet" mihi quoque contigit. Denique praefatione ad primum volumen attigi nonnullas dictiones Hippocrati aliisve horum auctorum medicorum non tribuendas, sed explodendas, aut male intellectas alioque modo explicandas; quarum quidem numerus crevit in tractatione librorum hoc volumine contentorum, adeo ut utile fore opiner eas hoc loco colligere.

Primum igitur editionis huius ordinem sequens deinceps describam animadversiones in alios libros primo volumine contentos; tum libellum de aëre, aquis et locis percurram; tandem colligam dictiones in primo et secundo volumine obvias, quae admitti ipsae nequeunt, aut quarum interpretatio vitiosa.

In praenotionibus autem Coacis 114. (p. 49.) vulgo legitur *φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει*, ubi *ἐκφύεται* scripsi, quum formam mediam in activam transiisse putarem, quippe in hoc libro aliisque frequens est formarum activarum et passivarum permutatio. Sed habet cod. A. veram scripturam *ἐκθύει*, quam reponere oportet, sicuti Ep. VI. (p. 593.) e cod. C. et schol. legendum: *Ἕλκεα ἐκθύουσι, ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ* — et ibidem (p. 606.)

sect. 8. § 3. *καὶ ἐκθύματα, ἃ σῆψ καλέεται* cum schol. — Sero agnovi frequentem scribarum errorem, quo *ἐκφύειν* pro *ἐκθύειν* scribunt, *ἐκφύματα* pro *ἐκθύματα*.

Dubitare coepi de iudicio, quod cum in adn., tum in prolegomenis ad vol. I. (p. XXV.) tuli de loco in Coaca 400. (p. 68.) obvio *τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς*. Nempe sentire coepi, si quis mihi obiiceret illa verba esse adnotationem alienam ex libri de victu acutorum loco, quem contuli, desumptam et e Coaca delendam, me non habiturum, quo verba illa Coacae auctori vindicarem. Itaque tu dele L. B. adnotationem marginalem e Coaca 400. Noli existimare Coacas 400. 401. Hippocratis ipsius esse. Quin confer cap. 59. libri II. de morbis, et videbis paene certum esse utrumque Coacarum locum e Cnidia schola provenisse. — Vide ceterum quam interdum adnotationes marginales agnovisse sit magni momenti!

Coaca 549. (p. 108.) pro *ἐν τῇσι ἐπιφόροισι* lege *ταύτῃσι ἐπιφόροισι* deleta praepositione.

Coaca 582. (p. 113. vs. 1.) pro *ὑποτροπήν* potius consuetum his scriptoribus *ὑποστροφήν* legendum.

In Prognostico autem (p. 153.) in fine cap. 44. legis: *Γίγνεται δὲ ταῦτα τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ ἐν τοῖσι τριταίοισι μάλιστα· τοῖσι δὲ νεωτέροισι γίγνεται μὲν καὶ ἐν τούτοισι, μᾶλλον δὲ ἐν τοῖσι ξυνεχεστέροισι πυρετοῖσι καὶ ἐν τοῖσι γνησίοισι τριταίοισι.* Manifesto corrigendum: *μᾶλλον δὲ ἐν τοῖσι ξυνεχεστέροισι πυρετοῖσι ἢ ἐν τοῖσι γνησίοισι τριταίοισι.*

Epid. III. (p. 231. vs. 12.) aegro nono legitur: *περὶ δὲ ἑκατοστὴν κοιλίη πολλοῖσι χολώδεσι ἐπεταράχθη καὶ ᾖει χρόνον οὐκ ὀλίγον πολλὰ τοιαῦτα.* Scriptum fuit olim *καὶ διῄει*; periit autem ΔΙ post ΚΑΙ; *διϊέναι* de excretis per alvum familiare, quin solenne.

Libro de victu acutorum (p. 297. vs. penult.) pro prava forma *ἀπολισθαίνειν* scribe *ἀπολισθάνειν* et p. 312. vs. 7. *λιποψυχώδεα* pro *λειποψυχώδεα*.

Cobetus in Mnemos. l. l. (p. 31.) monet me ibidem (p. 316.) in fine capitis 51. pro *ὁκόσα* recipere debuisse *ὅσσα*.

In parte vero spuria libri (p. 334. vs. antepenultimo) *καθᾶραι* relictum est, quod in *καθῆραι* mutari oportuit.

Alius generis hoc est: Aph. 25. V. haec habentur: *Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ ἢ δυστοκεούσῃ πταρμὸς ἐπιγενόμενος ἀγαθόν.* — Certum est *ὑπὸ ὑστέρων ἐνοχλουμένῃ* dandum esse: *τὰ ὑστερικά* nihil huc. Apte coniunguntur *ὑπὸ ὑστέρων ἐνοχλουμένῃ* et *δυστοκεούσῃ*, non quae vulgatus textus fert. Tum vero quid proderit sternutatio in uteri strangulatu? Proderit in secundinarum retentione secundum veterum opiniones (vid. Aph. 49. V. et de morbis mull. I. § 68.) — Confer Galeni commentarium et Littréi notulam; sed noli cum his dubitare.

Cobetus in Mnemos. (p. 27. l. l.) tractavit locum ex Ep. II. (p. 478.) in fine capitis vicesimi et mirari se scribit me non amplexum esse Heraclidis correctionem. At ego hanc amplecti non potui, nisi mihi certo constaret verba ab antiquo Critico emendata re vera fragmentum exhibere nullo modo cum vicinis cohaerens. Sed quum sequentia *καί οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ ἰκνεύμενα ᾖει* re ipsa ad narrationem superiorem, nimirum ad exitum morbi in sanationem, spectare videantur, credebam in fragmento illo aliquid latere, quod ad morbi descriptionem pertineret. Nunc tamen ab eo admonitus video dandum esse:

— — *καὶ ἐρυθρὰ ᾔει μέχρι τοῦ ἕκτου μηνὸς, ἔπειτα λευκὰ κάρτα πάντα ἤδη τὸν χρόνον . . . . [πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ θυραὶ ἔβλεπον] . . . . καί οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ ἱκνεύμενα ᾔει.*

Puto me nunc totum locum esse expediturum, quem partim intellexerat Foësius, Littréus et ego minime intelleximus decepti insulsis librariorum commentis. Habetur Ep. II. (p. 485.) et Ep. IV. (p. 527.) interpolatus inter historias morborum. Eum autem describo ex Ep. IV., quemadmodum a Littréo est editus.

Τοῖσι πάνυ χολώδεσι ἐν πυρετοῖσι μάλιστα ὅλως ἐπὶ τὰ σκέλεα ἡ κάθαρσις· οἷον ὁ τὴν σικύην προσβαλλόμενος, ἐπεὶ ἐς τὸ ἰσχίον ὀδύνη τούτῳ ἐς σκέλος κάτω ἦλθε καὶ ἐρρήϊσε.

In his *ἐν πυρετοῖσι* optime dedit Littréus ex Ep. II. l. l. pro vulgato *ἐκπύοις*, pro quo alii libri *ἐμπύοις*. Porro vulgata fert *μάλιστα ὅλῳ ἰκέλη ἡ κάθαρσις*, ad quam lectionem Foësius praeclare retulit glossam Galenicam: *ὅλον· τὸ μέλαν τῆς σηπίης.* Locus ipse, uti alii multi, constat ex aphorismo, monitu summario, et exemplo. Videmus in aphorismo *ἰκέλη* vulgatae abiisse in *ἐπὶ σκέλεα* atque ita monstrum dictionis natum esse *ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις*, quod quidem olim me offendit, sed auctoris ineptiis tribuebam. At secus est: vulgata servanda in aphorismi lectione et in exemplo item pro *ἐς σκέλος* legendum *ἴκελον*; tum pro *κάτω ἦλθε* lege *κάτω διῆλθε*, quippe sermo est de excretis per alvum, non de doloris descensu ad crus. Quod cum antea non intelligebam, loco subvenire volui *ὅλως* e Littréi lectione eximendo. Sed *ὅλῳ* et *ὅλως* idem est, sicuti *ᾧ περ* et *ὥσπερ* frequenter permutantur. Quod autem e Galeno excitant *ὁλός* pro *θολός*, — *ὁλώδεα* pro *θολώδεα*, — *ὁλερόν* pro *θολερόν*, mera librariorum peccata sunt. Heringa enim *ὁλώδεα* ex *ὀδώδεα* natum esse docuit. De *ὁλός* et *ὁλερός* dubitabam num admitti possent; quin illa dubitatio causa fuit, cur olim vulgatae aphorismi nostri lectioni fidem non haberem. Nuper vero vidi Cobetum de Hesychio scribentem: „Nonne est incredibilis stupor hominis, qui serio scribat: *ὁλερόν· βορβορῶδες* pro *θολερόν*?" — Itaque locum nostrum iam lego ad hunc modum:

Τοῖσι πάνυ χολώδεσι ἐν πυρετοῖσι μάλιστα θολῷ ἰκέλη ἡ κάθαρσις.

Οἷον ὁ τὴν σικύην προσβαλλόμενος, ἐπεὶ ἐς τὸ ἰσχίον ὀδύνη· — τούτῳ ἴκελον κάτω διῆλθε καὶ ἐρρήϊσε.

Pronomen *τούτῳ* refero ad *θολῷ*, non ad aegrotantem.

Nuper detegere mihi licuit vitiosam lectionem, quam spreta vera codicum suorum scriptura Foësius praetulit et quae in vulgata hodie legitur. Ep. IV. (p. 542. vs. 5.) pro *καὶ τἄλλα λιπαρῇ* sine dubio recipiendum est *καὶ τἄλλα λαπαρῇ*. Sed vide iam, num p. 552., ubi de sede nominis *λαπαρός* mihi non constare significavi, illud epitheton sit referendum ad postrema, ita ut vs. 9. legamus: *λαπαρὸς, οὐ πάνυ δύσπνοος*, quemadmodum loco, de quo dicere coeperam *καὶ τἄλλα λαπαρῇ καὶ οὐ πάνυ δυσπνόῳ.* Quod *λαπαρός* altero loco *mollis* Latine exprimitur, sit licet; sed significat me iudice alvum debito modo exoneratam fuisse.

Monet Cobetus l. l. p. 33. seqq. de locis ex Epid. VI. initio sectionis 2., p. 563. seqq. Ex illis, quae docte, copiose, accurate scripsit, excerpo ea, quae ad textum libri spurii statim spectant; tum vero describo item a Cobeto emendatam partem commentarii Galeni ad unum locorum, quos tractavit.

In verbis principio sectionis 2. Ep. VI. positis Cobetus tacite *ναί* abiicit legens:

Εὐρῦναι, στενυγρῶσαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

Docet simul στενυγρός esse formam Ionicam ex στενός productam, ut πενιχρός ex πένης; Iones dixisse στενυγρός, — στενυγρῶσαι, — στενυγροχωρίη pro στενός, στενῶσαι, στενοχωρίη.

Loci principio p. 564. καί delet, ita ut legat:

Λεπτῦναι, παχῦναι, τεῦχος, δέρμα, σάρκας, τἄλλα, τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

In aphorismo penultimo eadem pagina pro ἀντιτείνοντα acute dativum reponit hoc modo: Παροχετεύειν, ὑπείξαντα ἀντισπᾶν αὐτίκα, ἀντιτείναντι ὑπεῖξαι.

Denique ostendit p. 565. antiquam lectionem esse non ἐργάσασθαι, sed:

Ὀργάσασθαι τὸ ὅμοῖον, τὸ ἀνόμοιον. Quamquam ipsum ὀργάσασθαι ridiculum et eiusmodi ut nihil intelligas.

Partem autem commentarii Galeni ad hunc locum ita constituit: τὸ δὲ ὀργάσασθαι μεμάθηκας ἐπὶ τοῦ μαλάττειν, ἢ μιγνύναι λεγόμενον· ἄδηλον οὖν εἴτε τῷ προειρημένῳ συντακτέον, εἴτε τῷ ἑξῆς εἰρημένῳ αὐτὸ προτακτέον, ἑκατέρως γὰρ οὐκ οἰκείως φαίνεται λέγεσθαι· διὸ καί τινες μὲν ὡς ἑπόμενον αὐτὸ τοῖς προειρημένοις ἐκείνοις συνῆψαν, εἶτ' ἀφ' ἑτέρης ἀρχῆς τὸ ὅμοιον, οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. τινὲς δὲ ἀρχὴν ἐποιήσαντο τῶν ἐφεξῆς τὸ ὀργάσασθαι τὸ ὅμοιον. ἐπεὶ δὲ ὡς ἔφην, ἑκατέρως λεγόμενον οὐδετέρως ἐστὶ πιθανὸν, ἐπὶ τὸ μεταγράφειν αὐτὸ παρεγένοντο πολλοὶ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα καθ' ἓν ὄνομα τὴν ἀσάφειαν ἔχει. καί τινες μὲν τὴν δευτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ γ̅ καὶ ι̅ γράφουσι ὀργίσασθαι, τινὲς δὲ τὴν πρώτην διὰ τοῦ ε̅ καὶ ρ̅, τὴν δὲ δευτέραν διὰ τοῦ γ̅ καὶ α̅ ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, εἶτ' ἐφεξῆς φασιν ἐν παραδείγματος μοίρα λελέχθαι τὸ οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει· γέγραπται μὲν οὖν ταῦτα κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὀρθῶς δὲ ἐν τοῖς κατὰ Διοσκορίδην οὐ γέγραπται. φαίνεται μὲν γὰρ ὡς ἐπ' ἐξηγήσει προσγραφέντα ὑπό τινος, αὖθις δὲ εἰς τοὔδαφος ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι.

Ita demum scripta Galeni verba plana sunt; exempla vero, de quibus Pergamenus monet, si respicias, illustrant et respiciunt recentem lectionem ἐργάσασθαι.

Docet dein Cobetus ὀργάζειν usurpari in formula πηλὸν ὀργάζειν de argillae, caementi, calcis subactione; — ὀργᾶν et ὀργάζειν commune nihil habere, nisi fortuitam literarum similitudinem. De reliquis dimitto lectorem ad ipsam Mnemosynen.

Pergo nunc ad locum ex eodem Ep. VI., qui est sectione 6. § 3. (p. 594.), ubi principio sententiae legimus: ὀδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν, quem locum in adn. corruptum esse dixi, quum nihil intelligerem. Postea perspicere coepi lucem petendam esse ex Aph. 18. IV. Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω. Et ex cap. 44. libri de locis in homine, ubi: τὰ δὲ νοσήματα ᾗ πελαστάτω πέφυκε ἐξάγειν, ταύτῃ δ' ἐξάγειν, ᾗ ἑκάστῳ ἔξοδος ἐγγυτάτω. — Vides principium loci, quod tentare non debueram, sanum ac salvum esse; de reliquis nondum meliora sum doctus iis, quae in adnotatione protuli.

Tandem eodem libro § 28. sect. 6. (p. 613.) dubitavi de dictione ᾧ ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος ἐπεπτύχθη. Dictionem quidem unde hauserint antiqui, seu potius qua de re eam usurpaverint, nisi, quod subinde faciunt, prorsus de suo aliquid finxerint, nondum novi. Sed de internis aff. (vol. II. p. 381.) legis τὸ ἧπαρ οἰδέει καὶ ἀναπτύσσεται πρὸς τὰς φρένας ὑπὸ

τοῦ οἰδήματος; vide etiam locos a Foësio in Oecon. collectos, ubi ἀναπτύσσεσθαι praeterea legitur. Aliud quidem hoc quam ἐπιπτύσσεσθαι, sed hoc tamen illo firmatur; tum vero firmatur dictione ἢν ὑποπτυχθῇ τι τοῦ στόματος τῶν ὑστερέων de mm. mull. II. Itaque puto dictionem ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος ἐπεπτύχθη, aut fortasse ὑπεπτύχθη, usitatam fuisse, sed rem proponere, quam plane de suo finxerunt.

In fullonis casu Ep. VII. 79. (p. 688.) in adn. pro codicum lectione ὀφθαλμὸς μέγας nihil melius mihi succurrere dixi quam Lindani ὁ παλμὸς μέγας. Fortasse lacuna adest et legendum ὀφθαλμὸς . . . . . μέγας, ita ut sive ὁ δεξιός, sive ὁ ἀριστερός periisse statuatur. Nimirum cap. 92. (p. 698.) legis: ἐκταίῳ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς μέζων ἐν τῷ βλέπειν. Et in prognostico § 3. mali ominis esse dicitur ἢν ὁ ἕτερος (ὀφθαλμὸς) τοῦ ἑτέρου ἐλάσσων γίγνηται.

Haec quidem de aliorum librorum locis; transimus ad libellum de aëre, aquis et locis.

Primus locus est p. 242. vs. 10., ubi Cobetus pro ἔφυδρος legendum esse opinatur ὕπυδρος. Primarium autem argumentum, quo coniectura nititur, petitur ex loco p. 276. obvio, quare de hac re dicturus sum, cum eò pervenero.

Eadem p. 242. vs. penult. praeclare docet delendum esse πρότερον εἰδώς, quum sit glossema, quo in falsa lectione πρόφρων τις ᾖ exponatur πρόφρων. Nemo sane semel admonitus dubitabit, quin πρότερον εἰδώς expellendum sit.

Sequenti pag. 243. vs. 13. ad verba εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι, εἰ μετασταίη τῆς γνώμης, μάθοι ἂν ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικήν adnotat: „praeter naturam verus rerum ordo inversus est; praecedit quod ex rei natura sequitur et quod debebat praecedere a tergo venit. Ex iis enim, qui ab aliquo dissentiunt, nemo prius mutat sententiam et deinde meliora edoctus agnoscit, sed praecedit, ut opinor τὸ μαθεῖν τὰ βελτίω, sequitur τὸ μεταστῆναι τῆς γνώμης." Itaque emendat εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι, μετασταίη ἂν τῆς γνώμης, εἰ μάθοι κ. τ. λ. Fortasse mirabitur me contendere locum sanum esse. Sed quod μετίστασθαι τῆς γνώμης interpretatur *sententiam mutare*, mihi non plane Graecam dictionem reddere videtur, nam μετίστασθαι τῆς γνώμης est *dimittere opinionem susceptam*, non *aliam pro alia amplecti*, quod, uti opinor, est μετίστασθαι ἐς ἄλλην γνώμην. — Οὐδὲν λέγεις, inquis, argutaris! — Imo μεταστῆθι τῆς γνώμης et audi! Milites apud Herodotum IX. 58. μετίστανται ἐκ τῆς τάξιος, — *deserunt ordines*, — non μετίστανται ἐς ἄλλην τάξιν. Neque alia est significatio transitivi μεταστῆσαι in verbis καὶ τὸ ἔθος μεταστήσαις ἂν (p. 94. vol. II.) libri de natura hominis; — atque eadem potestas in verbali (p. 54. vol. II.) in libello de morbo sacro ὑπὸ καθαρμῶν μετάστατα γίγνεται. Sed lepidus sum, qui tibi exempla conquiram. Vere Hippocratem interpretatus est Foësius „si sententia destiterit" et Coraës „pour peu qu'il veuille abandonner ses préjugés." Ergo verus rerum ordo non invertitur, sed εἰ μὴ μεταστaίη τῆς γνώμης, οὐδ' ἂν ἀκούοι. Hoc quidem voluit Hippocrates, neque in eius oratione quidquam reprehendendum est.

Pag. 244. vs. penult. in verbis ἃ νομίζουσι τό τε θεῖον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι docet τε ferri non posse. Vere sane! — Simul Cobetus pereleganter Sophoclis versum apud Erotianum et hunc ipsum quomodo intelligere oporteat, docuit legens:

Παιδικόν — πάθος, παιδείαν νῦν τὴν παιδοτροφίαν καλεῖ, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησὶ

λευκὴν γὰρ αὐτὴν ὧδ' ἐπαίδευσεν γάλα.

Itaque Erotianus ἃ νομίζουσι τό τε παιδικὸν ποιέειν κ. τ. λ. legit; Galenum vero etiam nunc puto legisse ἃ νομίζουσι τό τε παίδειον ποιέειν, ut significavi ad Ep. VI. (p. 558). Lectiones Erotianeae et Galenicae saepissime inter se discrepant.

Dissentio ubi Cobetus p. 245. vs. 5. et p. 246. vs. 15. pro αἵ τε ὀξεῖαι νομιζόμεναι νοῦσοι et ὁκόσα ὀξέα νοσήματα νομίζονται legendum censet αἵ τε ὀξεῖαι ὀνομαζόμεναι νοῦσοι et ὁκόσα ὀξέα νοσήματα ὀνομάζονται. Provocat ad p. 247., ubi vs. 1. τά τε ἱρὰ νοσεύματα καλεύμενα, sed differt hic locus ab illis. In his certa et forma sua probe definita vulgoque nota morbi species memoratur; illis vero locis genus morborum haud probe circumscriptum et ad quod facile alius quis alium morbum referat, aut ab eo excludat. Liquet ex ipsius Hippocratis verbis libro de victu acutorum, ubi (p. 290.): ἔστι δέ, inquit, ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν καὶ περιπνευμονίην καὶ φρενῖτιν καὶ λήθαργον καὶ καῦσον καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, ὁκόσα τούτων ἐχόμενά ἐστι, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσι. Sed vide praeterea quam in ipso hoc libello de aëre, cett. (p. 264. 3.) dicat: καὶ αἱ ἰσημερίαι νομιζόμεναι εἶναι ἀμφότεραι. Hippocrates ita loquitur, quod hoc tempus anni plures quidem dies durare putatur, sed ita spectatum fines certos non habet. — Simili vero modo res se habet cum genere morborum acutorum, quare nihil novandum.

Cobetus p. 247. vs. 27. pro τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεραμνίης legi debere dicit, ἀποσβέννυται ὑπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος: „Poterat, inquit, Hipp. dicere ἡ ὕδατος σκληρότης τὸ γάλα ἀποσβέννυσι, maluit forma passiva uti τὸ γάλα ἀποσβέννυται ὑπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος." — Item p. 280. vs. 19. pro καὶ ἀπὸ μὲν ἡσυχίης καὶ ῥαθυμίης ἡ δειλίη αὔξεται, ἀπὸ δὲ τῆς ταλαιπωρίης καὶ τῶν πόνων αἱ ἀνδρίαι requirit ὑπό utroque loco. „Iterum, inquit, confusa manifesto sunt ἀπό et ὑπό p. 280. . . . . nam quoniam alia orationis forma *idem* sic dici poterat: ἡ μὲν ἡσυχίη τὴν δειλίην αὔξει, ἡ δὲ ταλαιπωρίη τὰς ἀνδρίας, consequitur bis necessario ὑπό pro ἀπό restitui oportere." Impudens videri possum si eximio critico in eiusmodi rebus fidem non habeo; at me non habere profiteor! In libro de nat. pueri in partu (p. 490. in fine, vol. II.) legis: αὐτὸ δὲ τὸ θερμαινόμενον ἕλκει ἐς ἑωυτὸ ἕτερον πνεῦμα, ἀφ' οὗ τρέφεται. Secundum Cobeti regulam reponi debet ὑφ' οὗ τρέφεται. At recte dicitur ἀφ' οὗ τρέφεται et recte dicitur ὑφ' οὗ τρέφεται; cum illud dico, propono τὸ πνεῦμα tanquam materiem, unde nutriatur τὸ θερμαινόμενον; cum hoc dico, τὸ πνεῦμα mihi erit persona, quae nutriat. Nemo negabit recte dici τρέφεσθαι ἀπό τινος, αὔξεσθαι ἀπό τινος, quemadmodum recte dicitur φύεσθαι ἀπό τινος, similia alia. — Alterius loci Hippocratis alia est ratio, sed ἀπό non est vitiosum: dici potuit ab Hippocrate τὸ γάλα τῇσι γυναιξὶ ἀποσβέννυται διὰ τῶν ὑδάτων τὴν σκληρότητα καὶ ἀτεραμνίην. Id ipsum autem idem est, quod dixit ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος. — Praepositio ἀπό plane eodem modo ponitur atque p. 329. vs. 3. vol. II. dicitur φθίνει δὲ ὁμοίως καὶ ἀπὸ τῶν κοίλων φλεβῶν et paulo post πάσχει δὲ ταῦτα ἀφ' ὁκοτέρων ἂν φθίνῃ; utroque loco διά usurpari

potuit; potuit dicere *φθίνει δὲ ὁμοίως καὶ διὰ τὰς κοίλας φλέβας* et *πάσχει δὲ ταῦτα δι' ὁκότερα ἂν φθίνῃ*. Sed vide iam, num sive *ἀπό*, sive *διά* substituere possis in dictione, qualis *δάκνομαι ὑπὸ τοῦ κυνός*: absurdum erit *δάκνομαι ἀπὸ τοῦ κυνός*, *δάκνομαι διὰ τὸν κύνα* ut significem *τὸν κύνα με δάκνειν*. Me iudice illa conversio orationis passivae in activam, ex qua de usu praepositionis *ὑπό* iudicari vult Cobetus, nihil demonstrat.

Pag. 248. vs. antepenult. pro codicum scriptura *εἴπερ* reponendum esse *ἐπείπερ* demonstravit.

Ad locum p. 249. vs. 20. *ὁ ἥλιος ἐγκαταδύνων ὥστε μάλιστα διέψει τοὺς ἀνθρώπους* pro *ὥστε* reponit *ἐς τά*; Franckenius de eodem vitio me admonuit. Praeterea Cobetus: „quid sit, inquit, *ἐγκαταδύνων* non satis assequor." — Probe memini me aliquando *καταδύνων* scribere voluisse; retinuit me illud *ἐς τὰ μάλιστα διέψει τοὺς ἀνθρώπους*, quum crederem *ἐγκαταδύνειν* eo spectare, ut significaretur solis occidentis radiorum in corpora hominum immissio. — Sed vide num forte *καταδύνων* sit dandum!

Monente Cobeto p. 260. vs. penult. vitiosum *καταλελεπτύσθαι* in *καταλελεπτύνθαι* est mutandum.

Verbulo attingo locum p. 262. vs. 8. *οὐ τοίνυν οἷόν τε ἐκ τοιαύτης γῆς ὕδατα ἀγαθὰ γίγνεσθαι, ἀλλὰ σκληρά τε καὶ καυσώδεα, διουρέεσθαί τε χαλεπὰ καὶ πρὸς τὴν διαχώρησιν ἐναντία εἶναι*. Nimirum inest ellipsis, quam non probe intelligens olim putavi *εἶναι* in fine periodi absolute poni. Sed secus est; nam *ἀλλά* explendum est *ἀλλὰ ἀνάγκη σκληρά τε καὶ καυσώδεα .... εἶναι*. Plane simili modo res se habet in § 12. verbis *οὐ γὰρ οἷόν τε ἕτερον ἑτέρῳ ἐοικέναι ὕδωρ, ἀλλὰ τὰ μὲν γλυκέα εἶναι, τὰ δὲ ἁλυκά τε καὶ στυπτηριώδεα, τὰ δὲ ἀπὸ θερμῶν ῥέειν*, ubi item *ἀλλ' ἀνάγκη τὰ μὲν γλυκέα εἶναι* voluit scriptor. Itaque constat me diversa similia habuisse, quum p. 253. vs. 14. *εἶναι* defenderem, quod tollendum esse Franckenius mihi significavit, quemadmodum alii ante me recte sustulerant. Unde originem duxerit, non perspicio.

Cobetus pessime corruptum iudicat locum p. 254. vs. 3.: *ἀλλὰ γὰρ ψευσάμενοί εἰσι οἱ ἄνθρωποι τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων πέρι, δι' ἀπειρίην γε, ὅτι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι τὰ ἁλυκά*. Pro *καί*, quae librorum est lectio, perperam me *γε* dedisse adnotat ac dein: „quomodo, inquit, coniungi poterunt unquam *ψευσάμενοί εἰσι* et *ὅτι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι*? Poterant mentiri (nam *ψεύσασθαι* dixit, non *ψευσθῆναι*, ut lenius dixisse videretur *fugit eos ratio*) *ὅτι διαχωρητικά ἐστι*, non *ὅτι διαχωρητικὰ εἶναι νομίζεται*. Praeterea quomodo coniungi poterunt *ψεύσασθαι* et *δι' ἀπειρίην*? Qui de iis, quae nesciunt, secus iudicant, non mentiuntur, sed falluntur. Etiam *ψευσάμενοί εἰσι* pro *ἐψεύσαντο* suspiciosum est. Nullum ex his exitum reperio. Quaerant acutiores!" Imo non sum te acutior, Cobete! sed vide quam mira res sit *ἡ κρίσις*: aut ego pessime fallor, aut tu non vidisti quod ipse digito monstravisti! Quidni legamus: *Ἀλλὰ γὰρ ἐψευσμένοι εἰσὶ οἱ ἄνθρωποι τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων πέρι δι' ἀπειρίην, κατότι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι τὰ ἁλυκά*.

Pag. 254. vs. 27. *γάρ* supplendum esse, itaque *ὅταν γὰρ ἄνθρωπος ἐν ἡλίῳ βαδίζῃ* dandum esse docet Cobetus.

Porro existimat p. 256. vs. 13. pro *ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν καθίσταται* legendum esse *ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ἀποκατίσταται*. Mihi quidem non certum videtur Hippocratem non *κατίσταται* scripsisse; nam in formulis *ἐς τωὐτὸ κατίστασθαι* et *ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν*

κατίστασθαι, alio loco *κατίστασθαι*, alio *ἀποκατίστασθαι* legis, eodemque sensu *ἀποκατίστασθαι* et *κατίστασθαι* nude occurrunt. Ita statim apud Herod. IV. 105. legis *τῶν Νευρῶν ἕκαστος λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τωὐτὸ κατίσταται.* Apud Hipp. Coaca 164. *Φωνῆς λυθείσης ἐς τωὐτὸ κατίστανται*, Ionismi obliterati erant. Nude *κατίσταται* ponitur in re simili Coaca 212. et loco simili e prognostico p. 129. vs. 12. *ἢν δὲ μηδὲν τούτων φῇ εἶναι, μηδὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ.* Contra nude *ἀποκαταστῆναι* Ep. VII. p. 707. in fine § 115. *ἕως τὰ οὖρα ἀποκατέστη* et lib. de vet. med. vol. II. p. 39. in fine cap. 35. *τὰ δ' ἄλλα πάντα — φημὶ ἔγωγε τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποκατίστασθαι.* Contra Epid. VII. p. 653. vs. 11. *καὶ τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ κατέστη;* — ibid. p. 700. *κατίσταντο δὲ ἐς τωὐτό* et p. 673. vs. antepenult. *ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκατίστατο ἐς τωὐτό.* Lib. de morbis mull. I. § 8. *ἔπειτα δὲ αὖτις ἐς τωὐτὸ καταστήσεται*: varr. lectt. *ἔστω ὑποκαταστήσεται* et *ἐς τὸ ὑποκαταστήσεται* non debentur scripturae *ἀποκαταστήσεται*, sed pronominis distractioni. Ibid. § 9. iterum *ἐς τωὐτὸ κατίσταται* et § 69. *κατὰ φύσιν κατιστάναι καὶ τὴν κλίνην καὶ τὰ ἰσχία.* Libro de sterill. § 29. *καὶ τὸν στόμαχον κατιστάναι ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν.* Sitne omnibus illis locis e diversis scriptis congestis, ubi *κατιστάναι*, *κατίστασθαι* cett. legimus, a librariis peccatum, mihi perquam dubium videtur.

Capite 13. (p. 258.) libelli nostri nuperrime detegere contigit vitium, de quo nemo monuit, et quod cum Franckenio monstrarem, subrisit. Legitur *ὁκόταν γὰρ θερμανθῇ (ἡ κύστις) μᾶλλον τῆς φύσιος ἐφλέγμηνε αὐτῆς ὁ στόμαχος· ὁκόταν δὲ ταῦτα πάθῃ, τὸ οὖρον οὐκ ἀπίησι, ἀλλ' ἐν ἑωυτῷ ξυνέψει καὶ ξυγκάει.* Est autem *ἡ κύστις*, non *ὁ στόμαχος αὐτῆς*, quae in sese concoquit. Itaque *ἐν ἑωυτῇ ξυνέψει καὶ ξυγκάει* repone.

Cobetus monuit paulo post eadem pag. vs. 15. *κυλινδεύμενον* vitiosam formam esse et reponendum *κυλινδόμενον*.

Paulo ante eadem pag. legimus *καὶ τὸ μὲν λεπτότατον αὐτοῦ (τοῦ οὔρου) ἀποκρίνεται καὶ τὸ καθαρώτατον διίει καὶ ἐξουρέεται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέστατον ξυστρέφεται καὶ ξυμπήγνυται, τὸ μὲν πρῶτον σμικρὸν, ἔπειτα μέζον γίγνεται· κυλινδόμενον γὰρ κ. τ. λ.* Ad *διίει* Franckenius mihi adnotavit: „pro *δίεισι*? de *διίημι* h. l. cogitari non potest." Equidem omnino *διίει* intellexeram, quasi a *διίημι* ductum esset. Sed concedo structuram loci id suspectum reddere; itaque intransitivum *διηθέει* legi posse putavi, quod cum Franckenio monstrarem, passivum *διίεται transmittitur* se fere malle mihi dixit. Tum vero ad *ἔπειτα μέζον γίγνεται*: „ad conformationem periodi, inquit, aliquid desideratur; neque enim *γίγνεται* bene iungitur cum superioribus *ξυστρέφεται καὶ ξυμπήγνυται*, quod sic demum fieret, si per coniunctionem superioribus connecteretur, veluti *καὶ τὸ μὲν πρῶτον κ. τ. λ.*; malim tamen *τὸ μὲν πρῶτον σμικρὸν, ἔπειτα δὲ μέζον γιγνόμενον.*" Vere sane! sed quum facile eo loco copula perire potuerit, malim priorem Franckenii rationem sequi et legere: *τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέστατον ξυστρέφεται καὶ ξυμπήγνυται καὶ τὸ μὲν πρῶτον σμικρὸν, ἔπειτα μέζον γίγνεται· κυλινδόμενον γὰρ κ. τ. λ.*

Cobetus egit dein de loco eadem pag. vs. antepenult. *δοκέει γὰρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος.* Falsam opinionem, quam foveram, *τῆς* pro *ταύτης τῆς* poni, explodit et pro *τῆς οὐρήσιος* proponit *τῆς ὀδύνης*, quum brevi ante de calculo *καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρὴν* dicat Hippocrates. Equidem, quum ita propius ad traditam lectionem

accedam, malo redire ad coniecturam, quam olim repereram, postea vero repudiavi: *δοκέει γὰρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς δυσουρίης.*

Pagina 262. vs. 8. pro *κέαταί γε καλῶς* necessario *κέαταί τε καλῶς* legendum esse docet Cobetus. Tum monet p. 265. vs. ult. non *μεταφυτεύοντες*, quod textus Herodotei auctoritate (IV. 145.) receperam, esse dandum, sed formam veterem *μεταφιτύοντες*, quam igitur Herodoto etiam reddere oportebit.

Franckenius ad *καὶ μάλιστα* p. 266. vs. 2. adponit: „fortasse *τὰ μάλιστα* omisso *καί*." — Vere aliquid desiderat, me iudice: malim tamen voculas transponere et legere: *τά τε ἐντρεφόμενα κτήνεα εὐθηνέειν εἰκὸς μάλιστα καὶ τίκτειν τε πυκνότατα καὶ ἐκτρέφειν κάλλιστα.*

Ad *καὶ μεγέθη μεγίστους* (eadem pag. vs. 5.) Franckenius adscripsit „Herodoteum certe *μεγάθεϊ μεγίστους.*" Vere sane! et iure aliquid desiderat; utrum *μεγέθεϊ μεγίστους*, an *τὰ μεγέθεα μεγίστους* legere oporteat, non discerno; nisi quod paululum in hanc partem inclino propter p. 269. vs. 14. *τά τε γὰρ μεγέθη μεγάλοι, τὰ πάχεα δ' ὑπερπάχεες.* Itaque fere crediderim loco nostro scriptum fuisse *καὶ τὰ εἴδεα καλλίστους καὶ τὰ μεγέθεα μεγίστους.*

Ibidem paulo post pro *ἐς τά τε εἴδεα αὐτῶν καὶ τὰ μεγέθεα* Franckenius requirit *ἔς τε τὰ εἴδεα αὐτῶν καὶ τὰ μεγέθεα.* Quam correctionem recipient, puto, futuri editores.

Cobetus eadem pag. principio capitis 20. *περὶ δὲ τῶν ἐν δεξιᾷ τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολέων* vitio laborare ostendit et legendum esse *περὶ δὲ τῶν ἐνδέξια τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολέων.* Simile vitium recurrit Epid. II. 1. 9., ubi lege: *αἱ δὲ σμικρὸν ἄνωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ ἐνδέξια ὀδυνώδεες κ. τ. λ.*

Ad locum p. 267. vs. 8. *ὄρη τε πλεῖστα καὶ δασέα καὶ πεδία καὶ λειμῶνας ὄντας* haec Franckenius animadvertit: „Enumerat montes, campos, prata; ea postea quoque recenset alio ordine: *εἰσὶ γὰρ φύσιες αἱ μὲν ὄρεσι ἐοικυῖαι δενδρώδεσί τε καὶ ἐφύδροις, αἱ δὲ λεπτοῖσί τε καὶ ἀνύδροισι* (his respexit ad *ὄρη*) *αἱ δὲ λειμακεστέροις τε καὶ ἑλώδεσι* (resp. ad *λειμῶνες*) *αἱ δὲ πεδίῳ τε καὶ ψιλῇ καὶ ξηρῇ γῇ* (resp. ad *πεδία*). In quibus montes dicuntur partim densi, partim *nudi*, quorum quum prius supra quoque posuerit (*καὶ δασέα*), consentaneum est alterum ibi non omitti, quare excidisse puto ante *καὶ δασέα* verba *καὶ ψιλά*, aut *καὶ λεπτά.* Tum pro *ὄντας* requiro *ἐνεόντας.*" Et quod ad *ἐνεόντας* attinet, scribi sane potuit ab auctore, sed potuit etiam simplex *ἐόντας* dare; illud praeferas, si participium ad *ἡ χώρη* in antecedentibus referendum existimes, *ἐόντας* contra, si ad *ἐκεῖ* hoc respicere putes. Utrum vero ante *καὶ δασέα* re ipsa perierit *καὶ ψιλά*, vel quodlibet aliud, necne, perdubium mihi videtur. Ni fallor, etiamsi locum, quemadmodum Franckenius voluit, expleveris, ne sic quidem tam exquisitus est parallelismus inter haec et subsequentia, ut aliquid omissum fuisse certo constet.

At venio iam ad id, de quo Cobetum monere supra dixi, ad *ὄρεσι — ἐφύδροισι* eadem pag. vs. 13.: „Bis, inquit, in eodem libello recurrit vitium, quod et apud alios mihi subinde notatum. Legitur p. 242. *καὶ τὴν γῆν πότερον ψιλή τε καὶ ἄνυδρος ἢ δασεῖα καὶ ἔφυδρος* et p. 267. *εἰσὶ γὰρ φύσιες αἱ μὲν ὄρεσι ἐοικυῖαι δενδρώδεσί τε καὶ ἐφύδροισι, αἱ δὲ λεπτοῖσί τε καὶ ἀνύδροισι.* In his et multis aliis locis idem mendum inest, quod optime patefaciet Galeni glossa in Lex. Hipp. *ὑφύδρους· τοὺς ὑδεριῶντας*, pro quo libri scripti et editi *ἐφύδρους*

passim substituunt manifesto vitio. In iis, qui aqua intercuti laborant, aqua non ἔπεστι, sed ὕπεστι, itaque ὕφυδρος sanum est (ut ὑπόξυλος et sim.), ἔφυδρος vitiosum. Sic in quo monte aquarum latices ac venae intus sunt, hic illic erumpentes et scaturientes ὄρος est ὕφυδρον, non ἔφυδρον." Significat porro se apud Herod. IV. 198. μελάγγαιός τε γάρ ἐστι καὶ ἔπυδρος πίδαξι legere malle ὕπυδρος πίδαξι et apud Hipp. δασεῖα καὶ ὕφυδρος et δενδρώδεσί τε καὶ ὑφύδροισι. Equidem non dicam de locis a Cobeto adlatis, ubi ἔφυδρος et ὕφυδρος simili modo ponuntur atque ἐπιχθόνιος et ὑποχθόνιος, quippe quorum correctio a Cobeto indicata certa est; sed de illis, ubi ad solum spectat, ita ut ὕφυδρος dicatur, quemadmodum ὕφαμμος apud Theophrastum occurrit. Cobetus comparat ὕφυδρος de hydrope, sed haec comparatio non ab omni parte est admittenda, quia in hydropicis aqua sub cute manet, sed ubi πίδακες sunt, solum erit ἔφυδρον, si respiciatur aqua supra terrae superficiem effusa, erit ὕφυδρον, si aquam subterraneam respicias. Apud Theophr. Hist. pl. IV. 2. 9. legis καὶ γὰρ ἡ ἐλαία περὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐστὶ, τῷ ποταμῷ μὲν οὐκ ἀρδευομένη, — πλείω γὰρ ἢ τριάκοντα στάδια ἀπέχει, — ναματιαίοις δ' ὕδασιν· εἰσὶ γὰρ κρῆναι πολλαί, cum quibus confer soli descriptionem de causis pl. III. 6. 3. ἐν ἐφύδρῳ καὶ ναματώδει. — Quid igitur? Potuit, ut opinor, Herodotus scribere ἔπυδρος πίδαξι, neque necesse fuit scribere ὕπυδρος πίδαξι. Pariterque apud Hipp. priore illo loco causa nulla apparet, quare ἔφυδρος tangas, nam terra potest esse ἔφυδρος, ἔνυδρος, ὕφυδρος et simul δασεῖα. Sed ex Theophrasti locis patet, quod puto etiam sine illis constare, ὄρος dici posse ἔφυδρον, si fontes habeat et aqua ex iis supra superficiem hic illic diffundatur; erit ἔφυδρον ὕδασι ναματιαίοις. Ego etiamnunc nihil mutare ausim, neque apud Herodotum, neque apud Hipp.; paene ipsa, de quibus scriptores loquuntur, loca inspicere oporteat, ut de talibus mutandis certum iudicium feras.

Franckenius verba p. 270. obvia vs. 16. ἢ ἐν τῷ αὐτῷ αἰεὶ ὄντα suspecta habet: equidem ὄντα accusativum singularem esse credidi locum intelligens, quasi scriptum esset ἢ τὸν ἐν τῷ αὐτῷ αἰεὶ ἐόντα. „Sed sic, inquit, aegre desidero subiectum ante ἀγριοῦσθαι, nam locus explicari non poterit, nisi τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαι explices *mente exasperari*." Vere! et ita omnino explico, supra enim initio capitis καὶ ἡμερώτεροι τὰ ἤθεα legimus.

Pulcherrime Cobetus emendavit ἄρηται p. 272. vs. 4., εὕρηται legens in verbis, ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ εὕρηται, παύεται ἱππαζομένη, ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατείης.

Verissime p. 273. vs. 7., ubi ὀχεῦνται lege pro οἰχ., οἱ ἄνδρες delendum esse iudicat.

Certissimas emendationes Cobetus adnotavit ad p. 274., ubi vs. 4. mss. ἠὴρ τε κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία καὶ ἐν νότοισι διαιτεῦνται, — ille vero legit: ἠὴρ τε κατέχει πουλὺς τὰ πεδία, ἐν ὅτοισι διαιτεῦνται. Et ubi vs. 10. ἃ supplet legens ἀλλ' ἃ οἷά τε ἐστι ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι. — Cum Cobetus tum Franckenius monuerunt de verbis p. eadem vs. 16. obviis, ubi pro ὁμοῖα αὐτά legere oportet ὁμοῖοι αὐτοί ita ut habeamus: διότι καὶ τὰ εἴδεα ὁμοῖοι αὐτοὶ ἑωυτοῖσί εἰσι. Cum qua correctione cohaeret, quod p. 275. vs. 5. Cobetus τε delet legens διὰ πιμελήν τε καὶ ψιλὴν τὴν σάρκα τὰ εἴδεα ἔοικε ἀλλήλοισι τά τε ἄρσενα τοῖσι ἄρσεσι καὶ τὰ θήλεα τοῖσι θήλεσι. Tum p. 277. vs. 7. γε non recipiendum fuisse scribit, sed legendum esse δεδοικότες περὶ ἑωυτῶν ἕκαστοι.

Eadem pag. sub finem legimus: ὁκόταν ἄρχηται ἡ νοῦσος, ὄπισθεν τοῦ ὠτὸς ἑκατέρου

φλέβα τάμνουσι· ὁκόταν δὲ ἀπορρυῇ τὸ αἷμα, ὕπνος ἐπιλαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείης καὶ καθεύδουσι· ἔπειτα ἀνεγείρονται οἱ μὲν ὑγιεῖς ἐόντες, οἱ δ' οὔ. In quibus ἐπιλαμβάνει cum Coraë scripsi, mss. ὑπολαμβάνει ferentibus. Cobetus contendit simplex λαμβάνει scriptum fuisse; — Coraën parum recte tum supra vs. 15. ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτοὺς κέδματα λαμβάνει in ἐπιλαμβάνει, aut καταλαμβάνει mutatum voluisse; — legendum esse ὕπνος λαμβάνει, quemadmodum κέδματα λαμβάνει servavi.

„Quid sit, inquit, ὕπνος ἐπιλαμβάνει τινά nemo facile dixerit; ὑπολαμβάνειν paulo melius est, sed nemo sic loquitur, quantum scio, quamobrem aut ὕπνος λαμβάνει ὑπ' ἀσθενείης emendandum esse censeo, aut certe ὑπολαμβάνει retinendum." Et paulo post: „ubi autem ὕπνος λαμβάνει reposueris, vide mihi an insulsum additamentum καὶ καθεύδουσι concoquere possis. Ubi pueruli sic ad patrem garrulum dicunt πάππα, λαλεῖν τι, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ (Theophr. charact. VII.) num tu putas καὶ καθεύδωμεν addi potuisse? Seri Graeculi talia in ora libri annotabant, si qua locutio antiqua in desuetudinem abiisset." Haec Cobetus: videamus primum de λαμβάνειν, ἐπιλαμβάνειν, ὑπολαμβάνειν, dein de alieno emblemate, quod loco inesse putat. Quod scribit „quid sit ὕπνος ἐπιλαμβάνει τινά, nemo facile dixerit," miror: puto potestatem verbi λαμβάνειν non esse certiorem, quam compositi. Frequens est apud Hipp. πυρετὸς, ῥῖγος, σπασμὸς λαμβάνει, sed Epid. I. p. 170. ἐλάμβανε τρεῖς, διέλιπε μίαν, ἐ π ε λ ά μ β α ν ε μίαν καὶ ἔκρινε. Itaque statim ἐπιλαμβάνειν certo sensu dicitur *iterum prehendere*; sed hoc nihil ad ea, quae agimus. At significat etiam *prehendere post aliud quid, quod antecedit, et ad quod illa prehensio refertur.* Ita libro I. de morbis (vol. II. p. 171. vs. 6.) Ὅτι δὲ μετὰ τὸ ῥῖγος ἀνάγκη πυρετὸν ἐπιλαβεῖν, — ὧδε ἔχει. In talibus ἐπιλαμβάνειν fere idem est quod ἐπιγίγνεσθαι, quod passim occurrit, v. c. Aph. 3. VII. αἵματος πολλοῦ ῥυέντος σπασμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν. Huius autem ἐπιλαμβάνειν usus apud medicos adeo est frequens, ut exempla colligere non attineat: lib. de capitis vuln. p. 391. bis, p. 391. quater occurrit et simili sensu ἐπιγένηται ibid. cap. 29. vs. 3° capitis. Denique illud ἐπιλαμβάνειν etiam positum vidi, ubi simplex λαμβάνειν praestantiorem scriptorem daturum fuisse opinor, v. c. de morbis mull. II. 5. καταρχὰς τῆς νούσου τάδε ἐπιλαμβάνει, ubi causa nulla apparet, quare compositum usurpetur; atque huius quoque usus exempla multa sunt. Longe vero rariora, ubi ὑπολαμβάνειν usurpatur: de septim. partu § 4. ὅταν δὲ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ περιρραγέωσι οἱ ὑμένες καὶ τὸ ἔμβρυον μεταχωρήσῃ, ὑπέλαβον οἱ πόνοι οἱ περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον κ. τ. λ. Legebatur Ep. VII. p. 682. vs. 1. ῥῖγος δ' ἔστι ὅτε καὶ πυρετὸς ὑπελάμβανε καὶ ἱδρὼς καὶ ἔμετος, ubi e Marciano ἐπελάμβανε dedi. Ep. V. p. 731. σπασμὸς δὲ χεῖρα τὴν ἀριστερὴν ὑπελάμβανε vulgata, ubi Littr. ex C. ἐπελάμβανε dedit. Sed ibidem paulo ante: ἐνάτῃ δέ, inquit, τὸ λοιπὸν ἐξεπρίσθη καὶ ὑπεφάνη ὀλίγον πάνυ πῦον ξὺν αἵματι καὶ ἡ μῆνιγξ καθαρὴ ἦν; quibus enarratis statim addit καὶ ὕ π ν ο ς μ ὲ ν ἐ π έ λ α β ε, ὁ δὲ πυρετὸς οὐχ ἠφίει. Non est hoc vitiosum, nam plane simili modo Hipp. Epid. I. p. 196. ἄπυρος ἔδοξε γενέσθαι· οὐ πουλὺ ἐπεκοιμήθη. Sed tandem subsistamus! Coraës minus recte κέδματα ἐπιλαμβάνει legere voluit, quia ista κέδματα sunt primum in morbo signum. Certum est compositum sive ὑπολαμβάνειν, sive ἐπιλαμβάνειν loco, de quo agimus, praestare prae simplici verbo. Probabile mihi est potius ἐπιλαμβάνει quam ὑπολαμβάνει usurpavisse Hippo-

cratem. Nempe non credo in talibus ἐπιλαμβάνειν et ὑπολαμβάνειν idem esse. Si exempla Herodotea respiciam, dixerim ὑπολαμβάνειν maxime usitatum esse, ubi duarum rerum consecutio fortuita significatur, ἐπιλαμβάνειν ubi ex naturae ordine altera alteram excipere aut solet, aut debet. Illius exemplum est in notissimo ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα; huius VIII. 115., ubi milites ὑπὸ λιμοῦ crudis quibuslibet vescebantur et tum ἐπιλαβὼν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη κατ' ὁδὸν διέφθειρε.

Venio nunc ad καὶ καθεύδουσι. Cobetus comparat Theophrasti locum; sed ipse videat, num breve puerulorum in sermone cum patre dictum apte comparetur cum enucleata rei enarratione apud Hipp., in qua non otiosum est καὶ καθεύδουσι, sed significat somnum aliquamdiu protrahi, quod ὕπνος ἐπιλαμβάνει non significat. Equidem contendo, si καὶ καθεύδουσι in Hippocrateis scholion sit ad ὕπνος ἐπιλαμβάνει spectans, Platonem in Symposio (p. 223. C.) non scribere potuisse: καὶ ἄλλους τινὰς ἔφη . . . . οἴχεσθαι ἀπιόντας, ἓ δὲ ὕπνον λαβεῖν καὶ καταδαρθεῖν πάνυ πολὺ, ἅτε μακρῶν τῶν νυκτῶν οὐσῶν, ἐξέγρεσθαι δὲ πρὸς ἡμέραν κ. τ. λ. — Nam quod additur post καταδαρθεῖν illud πάνυ πολύ, non facit ut Hipp. dicere non potuerit καὶ καθεύδουσι sine temporis significatione!

Pag. 278. vs. 13. parum recte τήν ante ἀνανδρίην me intulisse et ἀνανδρίην non ἀνανδρείην scribere me oportuisse monet Cobetus; — errorem confiteor. Sed in verbis illis aliud quid inest. Legimus: ὁκόταν δὲ δὶς καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις αὐτοῖσι πειρωμένοισι μηδὲν ἀλλοιότερον ἀποβαίνῃ, νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι τῷ θεῷ, ὃν ἐπαιτιῶνται, ἐνδύονται στολὴν γυναικείην καταγνόντες ἑωυτῶν ἀνανδρίην. In qua interpunctione, quam sequi solent, iungitur ἡμαρτηκέναι τῷ θεῷ. Franckenius adscripsit se in hac interpunctione ἡμαρτηκέναι ἐς τὸν θεόν requirere; sin nihil eiusmodi mutatum velis, aliter distinguendum esse, nempe sic: νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι, τῷ θεῷ, ὃν ἐπαιτιῶνται, ἐνδύονται στολὴν γυναικείην. Fateor me vulgatam interpunctionem potissimum servatam cupere, neque me offendere ἁμαρτάνειν τι τῷ θεῷ pro ἁμαρτάνειν τι ἐς τὸν θεόν. Sed neque nego altera illa ratione, quam voluit Franckenius, item posse distingui, nisi mirum videatur eos ut satisfiat Deo turpis rei signa turpia palam circumferre!

Initio capitis 30. eadem pagina οἱ πλούσιοι emblema alienum esse iudicat Cobetus. Fateor me primum dubitavisse, sed nunc ipse quoque delendum censeo.

Certum est p. 279. vs. 12. γε et vs. 14. τάς ferri non posse, sed Cobeto monente, legendum esse: ταῦτα δὲ τοῖσί τε Σκύθῃσι πρόσεστι καὶ εὐνουχοειδέστατοί εἰσι ἀνθρώπων διὰ ταύτας τὰς προφάσιας (vel, uti Littréus ex antiqua versione Latina voluit διὰ τὰς προειρημένας προφάσιας) κ. τ. λ. — De ἀπό vs. 19. et 20. paginae sequentis, me iudice non tangendo, supra dixi. — Versu ultimo p. 281. pro ἀπεργάσοιτ' ἂν legendum esse ἀπεργάζεται et postremum libelli vocabulum ἁμαρτήσει scribendum esse monuit; non restant nisi quae de dialecto habet, quae nunc non attingo; de qua re tamen aliquando fortasse sum dicturus.

Haec de libro de aëre, aquis, locis. Utinam pergant philologi medicis nobis viam monstrare, qua incedentibus ad meliorem corruptissimorum scriptorum intelligentiam pervenire liceat. Videant medici in exemplo libelli, de quo nunc egimus, quam non nisi sensim et coniunctis viribus ad veram interpretationem eiusmodi librorum perveniamus.

Atque eo quidem consilio nunc tandem verba et formulas colligam adhuc usque mihi obviam factas, quae partim ab antiquis parum recte sunt expositae, partim plane vitiosae sunt, ita ut in thesaurum dictionis Hippocrateae recipi minime possint. Has quidem asterisco notabo, non illas.

* Ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα in Oecon. Hippocraticam minus recte receptum est, vide adn. ad p. 9. vol. I. Galenus ex hoc loco exponit ἐπίπαγον χνοώδη, sed fallitur.

* Ἀραιὰ ἀλγήματα in Oeconomiam recepit Foës. in voce ἀραιόν. Erotianus ex Prorrh. I. exponit et Bacchium, aliosque veteres idem iam interpretatos esse suo quemque modo narrat, sed puto me ostendisse non scriptum fuisse a praesagii auctore p. xx. prolegg. vol. I.

* Ἔμετοι μετὰ ποικιλίης Foës. in Oecon. in voce ἐμέσματα ἀσώδεα ex Prorrh. I., sed falsa lectio deprehensa est; vid. adnn. p. 14. vol. I.

* Ποικίλλοντα ὑποχόνδρια Foës. in Oecon. Galeno auctore in comm. ad Prorrh. I. exponit, sed librariis debetur vitium et minus rectae vocabulorum connexioni; vid. adn. ad p. 19. vol. I.

* Γριφόμενα Gal. in exegesi explicat et in Oecon. recepit Foës., sed corruptum est; vid. adnn. ad p. 20. vol. I.

* Λαμπηδόνος ἔκθλιψις de oculo in voce ἔκθλιψις Foës. in Oecon., qui ἔκλαμψις alios legere monet. Ego vero ἔκλειψις dedi; vid. adnn. ad p. 63. vol. I.

* Λεπία e Coaca 467. in voce λεπίς a Foësio est receptum in Oecon. Si quid recte cerno ex λεπτά est natum, ita ut hoc respondeat τῷ ἐπιπολαίῳ, quod locis similibus p. 96. vol. I. citatis legitur. Nam quid, quaeso, sint λεπία φλυκταινούμενα? Quin deminutivum nominis λεπίς non est λεπίον, sed λεπίδιον.

* Πτυαλώδεας ὑποστάσιας in vulgata lectione Coacae 582. recte reiectum est a Foës. in Oecon., qui πεταλώδεας legit. Cum adn. ad p. 113. vol. I. describebam, non videram virum praestantissimum emendationem praeoccupavisse.

Ἄναυδος recte est interpretatus Erot., parum recte Galenus, quem glossemate adscripto deceptum sequitur Foës. in Oecon. in voce. Vid. adnn. ad p. 226. vol. I.

Ἀκόνην exponit τὴν θυίαν Gal., quem Foësius sequitur in Oecon. — Theophrasti locus, quem adfert Gal., exstat Hist. pl. IX. 20. 4., ubi iam Schneiderus de hac re monuit. Quod autem Foës. scribit ex Polluce quibusdam ἀκόνην *pilam*, aut *mortarium* dici, illum locum frustra quaesivi. Vid. adnn. ad p. 363. vol. I.

Κοπρίων Gal. exponit μελικηρῶν, quam interpretationem Foës. in Oecon. recepit voce κόπρος. Quod non faciendum esse patet ex adn. ad p. 364. seq. vol. I.

* Σατυρισμοί· οἱ περὶ τὰ ὦτα προμήκεις ὄγκοι τῶν ἀδένων ex Aph. 26. III. exponit Galenus; sed falso, me iudice, vid. adnn. ad p. 415. vol. I. Dubitanter recepit Foës. in Oecon.; sed tuto omittetur. Vocabulum alio modo scribendum.

* Ταγγαί in Oecon. recepit Foës. ex Epid. II., ubi vide adnn. ad p. 468. vol. I. Me iudice duae sunt syllabae reliquias corruptas alius vocabuli referentes.

* Λόποι item recepit ex eodem loco, sed de hac voce eodem modo sentio, quo de antecedente; vid. adnn. l. l.

* Ναυτοπαίδιον non recepit quidem Foës. in Oecon., sed in Lexica tamen irrepsit. Nomen eiusdem farinae, cuius ῥινονυχογραφηθεῖσα et αἱματοφλοιβοιστάσιες; vid. adnn. ad Epid. II. p. 471.

Μυριοχαύνη Ep. II. p. 471., *μυοχαύνη* apud Gal. in Gloss., *μηριοχαύνη* apud Erot., prorsus incertae lectionis nomen proprium est; vid. adnn. ad l. l.

Στυμάργεω item ad incerta vocabula illa pertinere videtur; vid. ibid. adn. ad p. 473. et Foës. in Oecon., voce *στρυμάργου*.

* Ὁλός pro θολός attigi in ipsa hac praefatione p. III. — Foësius in Oecon. recipere non debebat.

Μακρόπνους a Galeno *περὶ δυσπνοίας* expositum est, quasi substantivum esset; sed vide tum de hac voce, tum de opposito *μικρόπνους* adn. ad Ep. II. p. 488. et Oecon. Hipp. Sunt sane nomina Graeca, sed quae eo loco, quo leguntur, non apta sunt.

* Ἀνεμίη in voce *ἄνεμος* a Foësio receptum est; est autem vocabulum nihili. Vid. adnn. ad p. 500. vol. I.

* Εὐσημείη a Foësio translatum est in Oeconomiam auctore Galeno, sed non magis vocabulum Graecum est quam *ἀνεμίη*. vid. adnn. ad p. 570. vol. I.

* Ῥινονυχογραφηθεῖσα apud Erotianum recte reiicit Foës. in voce; vid. adnn. ad p. 595. vol. I.

* Παλιμβόλοισι vitiose scriptum est pro *παλιγκότοισι*, neque in Oecon. inferre debuit Foësius ex Ep. VI. p. 596., ubi vide adnn. et p. VI. praefationis ad vol. I.

* Αἱματοφλοιβοιστάσιες recepit in Oeconomiam Foësius. Vocabulum nihili est, de quo vide adn. p. 602. vol. I.

* Ἀμφιμήτριον σημεῖον ex Galeni Glossario in Oeconomiam recepit Foës., sed vide adn. ad p. 611. vol. I.

* Ἄκροπις exponitur in Oecon. Hipp., sed falsa lectio est pro *ἀκρατής*. Gal. in Exegesi *ἀκροαπὶς γλῶσσα* exponit, quod item vitiosum; vid. adn. ad Ep. VII. p. 670. vol. I.

Σύστημα et *σύναγμα*, uti legit Galenus, ex Epid. VII. eodem loco, in Oeconomiam relatum est. Sed totus locus et ipsum illud vocabulum tam parvae fidei sunt, ut certi nihil de his pronunciare liceat.

Χερνίβιον ex eodem loco de „vase, in quod urina deponatur, aut pro matella" poni in Oecon. docet Foësius. Sed tam dubii loci fide alienam voci significationem tribuere profecto non licet. Vid. adn. l. l.

* Νεῦρον ἔναιμον quasi *φλέψ* esset intelligit Erotianus et exponit in Oecon. Foësius e libello de liquidorum usu, sed nihili dictio debetur loci corruptioni, de qua vide adnn. ad p. 113. vol. II.

* Γόνος ὁ γυμνός in voce *γόνος* exponit Foës. in Oecon. ex eodem libello; sed *τόνος* fuit scriptum. Vid. adn. ad p. 114. vol. II.

* Ὑπερεμέειν e duobus locis libri de morbis II. recepit in Oecon. Foës.; natum autem est ex *ὑπεραιμέειν*, aut *ὑπεραιμοῦν*. Vid. adnn. ad p. 184. vol. II. Cum his confer *αἱμοῖ*, quod lib. II. de mm. Mull. p. 716. reposui pro *ἐμέει*; fortasse *αἱμέει* praestat.

* Πεῖσαι] *ποτίσαι* Erotianus, cuius glossam recepit Foës. in Oecon. — At *πῖσαι*] *ποτίσαι* Erotianus voluit.

Ἕλκεος κρότωνας cum Galeno in exegesi Foës. exponit in Oecon. in voce *κρότων*. Sed ipse Galenus nominis significatum plane ignorans de suo aliquid finxit, quod prorsus ineptum

est. Similes hic ineptias venditat, quales in *ἀκόνη* et *σατυρισμός* explicandis. Vid. adnn. ad p. 226. vol. II.

Ἀποσυμβουλεύειν non quidem receptum est in Oecon. Hipp., sed miro modo legebatur libro de locis in homine p. 398., ubi cf. adn.

* *Ἀλαΐα φθίσις* Galenum secutus exponit Foës. in Oecon., de cuius monstri origine dixi in adn. ad librum de locis in homine p. 406. vol. II.

* *Ἐσάσειε*, formam corruptam, ad *σάττω* refert Foës. in Oecon. in hac voce ex libro de morbis IV. Vid. adn. ad p. 440. vol. II.

Πυρίας exponit Galenus *τοὺς διαπύρους κόχλακας ἢ θρύμματα διακαῆ ἀπὸ σκωρίας σιδήρου* ex lib. de mull. morbis I., sed me iudice pessime fallitur. Foësius locum in Oeconomiam recipere non debebat. Vid. adnn. p. 609. vol. II.

* *Ἰσεννύουσαι* exponit Gal. *ἰσάζουσαι, μεσήλικες οὖσαι* ex lib. II. de mm. Mull. p. 697. vol. II., ubi vid. adn. Foësius vocabulum ne Graecum quidem et interpolatum in Oeconomiam inferre non debebat.

Ῥίζα exponit Galenus: *οὕτω καλεῖται βοτάνιόν τι ἄκαυλον καὶ ἀνανθὲς καὶ ἄκαρπον ἔχον τρία φύλλα κατὰ πάντα προμήκη κατὰ τῆς γῆς κείμενα, δυοῖν δακτύλοιν τὸ μέγεθος, ἐοικότα τοῖς τῆς ἀγχούσης, ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἀσθενῶς καθαίρουσαν.* Foës. in Oecon. quosdam Dioscoridis *ὄνοσμα* esse existimare scribit. Sed descriptiones discrepant. Equidem nondum aliunde confirmatam vidi Galeni narrationem, cui fidem non habeo. De locis, unde glossa Galenica desumpta videtur, cf. adnn. ad vol. I. p. 733. et ad vol. II. p. 710.

Δέλφυϊ] *τῇ μήτρῃ* legis apud Erotianum, cf. Foës. in Oecon., qui glossam refert ad locum e libro *περὶ ἀφόρων* (p. 667. vol. II.) et ex notissimo Rufi loco nominis significationem illustrat. Sed ipsum vocabulum non pertinere ad textum pseudo-Hippocratis monui in adn. ad l. l.

Παχετόν *laqueum* significare apud Hipp. scribit Foës. in Oecon. Hipp. in voce. Me de loco, quem voluit Foësius, alio modo sentire dixi in adn. ad p. 696. vol. II., cum quibus confer vol. II. p. 719., ubi *ποιέειν βάλανον μακρὴν μὴ πάχετον*, e lectione codicis *θ*.

* *Σχεταΐα* recepit Foës. in Oeconomiam suam ex lib. II. de morbis mull. p. 721., ubi codd. veram lect. *σχέτλια* praebuerunt; vid. adnn. ad l. l.

* *Ἀγρησθῶσι* exponit Erotianus e lib. de morbis mull. II., sed natum est ex *ἀναπρησθῶσι*; vid. adnn. ad vol. II. p. 748. Foësius *πρησθῶσι* coniecit in Oecon., merito *ἀγρησθῶσι* suspectum habens.

Ἴκταρ apud Galenum in glossario exponitur *τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον.* Erotianus prorsus incertus est. Foës. vocabulum se apud Hipp. non reperisse profitetur in Oecon. Heringa retulit ad lib. II. de morbis mull. p. 763. vol. II., ubi in adn. dixi de corruptela vocis et Galeni commento.

* *Λιβανωτοῦ καρπόν*] *αὐτόν*, inquit, Gal., *ἴσως τὸν ὀνομαζόμενον* [*οὕτως*] *λιβανωτόν· ἐπεὶ τό γε σπέρμα τοῦ φυτοῦ οὐ γιγνώσκομεν εἰς χρῆσιν ἀγόμενον.* — Merum commentum est: vitiose apud Hipp. scriptum est pro *λίνου καρπόν*; vid. adn. ad lib. II. de mm. mull. (vol. II. p. 779.) Quod apud Suidam legis *λιβανωτός. ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου· λίβανος δὲ αὐτὸ τὸ φυτόν*, — et apud Hesychium *λίβανος τὸ δένδρον καὶ τὸ ὄρος.* *Λιβανωτὸς*

δὲ, ὁ καρπὸς αὐτοῦ, εἶδος θυμιάματος, — falsissimum est; neque enim fructus est arboris, sed succus condensatus. Fefellerunt haec Foësium in Oecon. in voce.

Ὄσχεα de mm. mull. II. (p. 786. vol. II.) ponitur, quasi retinacula quaedam uteri essent. Sed, nisi aliunde confirmatum videam, quod nondum mihi contigit, rei fidem non habeo. Vid. adnn. ad l. l.

* *Ὁλοφλυκτίδες* exponitur *φλύκταιναι* apud Galenum; Erotianus vero plures illi significationes tribuit. Hesychius etiam *ὁλόφυκτις* vitiose legit. Vocabulum nihili est, cuius ortum explicare studui in adn. ad p. 791. vol. II.

Ἐπιφαίνεσθαι nude positum dicitur a Foësio pro *τὰ ἐπιμήνια ἐπιφαίνεσθαι* et *τὰ ἐπιφαινόμενα menstrua* dici adnotat idem in Oecon. Rei fidem non habeo; vid. adnn. ad p. 808. vol. II.

Πυρίνας] *τοὺς χόνδρους. Εἴρηται δὲ ἐπὶ λιβανωτοῦ.* Gal. in Gloss.; sed *πυρῆνας* legendum est; locus habetur libro de superfoetatione cap. 33. (p. 813. vol. II.), ubi vide adnn.

* *Καλωνίη σμύρνα* recepit Foës. in Oecon. ex lib. de nat. mul. cap. 6. Sed *καλωνίη* vocabulum nihili est; est vitiose scriptum *σκαμμωνίη*; vid. adn. ad p. 832. vol. II.

Hunc indicem continuabo in praefatione ad volumen tertium. Sed vide iam L. B. quam vere veterum illorum interpretum et glossarum auctorum operibus prudenter utendum esse dixerim in praefatione ad volumen primum.

Subsidia manu scripta, quibus in hoc volumine edendo uti licuit, sunt: codicis Marciani collatio, quam Cobeto me debere dixi in praefatione ad vol. I., et cod. Vossianus. Ac huius quidem varr. lectt. ad quos libros adscripserim sponte patebit lectori. Lectiones Marciani mihi praesto fuerunt ad Legem, ad libri de Arte partem priorem usque ad vs. 17. p. 10. et ad partem posteriorem, i. e. a p. 16. vs. 8. ad finem libri usque, i. e. ad extremum usque caput 18. p. 19. in nostra editione. Tum adhibui ad libros de Morbo sacro, de Flatibus, de Morbis I. II. III., ad partem e principio de Morbis IV., i. e. ad p. 439. vs. penult. usque, — ad libros de Genitura et de Natura pueri, denique ad libellum De his, quae ad virgines spectant.

De Vossiani libri lectionibus certo mihi constitit, eas persaepe conspirare cum lectionibus Servini exemplaris apud Foësium, quas litera L significavit Littréus. Quod notare videbatur operae pretium.

Et nunc iterum vale! L. B. et nostris utere iisque fave! cras ingens iterabimus aequor.

Scripsi Groningae
mense Februario anni CIƆIƆCCCLXII.

PROLEGOMENA.

§ 13.

De libris, qui vulgo lex, de arte, et de vetere medicina inscribuntur.

In catalogo librorum Hippocrateorum, quem Erotianus in praefatione ad Glossarium nobis reliquit, enumerantur inter eos, qui sunt τῶν εἰς τὸν περὶ τέχνην τεινόντων λόγον, eo ordine, quo iam eos describo: νόμος, περὶ τέχνης, περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς.

Eodem ordine dispositi leguntur in plerisque codicibus mss., quibus Littréus est usus, quique eos continent (vid. vol. I. p. 511. seqq.) Neque aliter res se habet in ms. Vossiano, quo utor, et in Marciano, quo quae contineantur ostendit index, quem debeo Cobeto.

In codice vero Parisiensi 2253. s. A. habentur tantum alter et tertius horum librorum, qui intermediis aliis ibi satis longo intervallo separantur. In cod. 2332., qui brevia excerpta tantum librorum Galeni et Hippocratis continet, etiam libri περὶ τέχνης et περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς inveniuntur et continuo sese excipiunt. In cod. 2146. s. C. solus νόμος descriptus est. In 2148. s. Z. νόμος et liber περὶ τέχνης tantum leguntur, quorum alterum statim alter consequitur.

In Calvi Latina editione operum Hippocratis principio collocatur liber *de arte*, tum *de prisca medicina;* intermediis vero aliis quibusdam libellis pag. 22. demum primum *ius iurandum*, tum *liber de lege*, uti ille appellat, sequitur. In Aldina vita Hippocratis κατὰ Σωρανόν et ὅρκος praemittuntur, tum fol. 1. libellus περὶ τέχνης legitur, quem statim fol. 2. verso excipit tractatus περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Post alios vero intermedios fol. 8. verso demum ὁ νόμος descriptus est; planeque similis est horum opusculorum dispositio in Basileensi editione.

Non alia ratione quam apud Erotianum hi libri sese excipiunt in editionibus Mercurialis, Foësii, Machii; sed Lindanus libros περὶ τέχνης et περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς praemittit τῷ νόμῳ.

Littréus in classes aliquot scripta Hippocratica distribuens principem locum inter libros vere Hippocrateos, qui primam eius classem faciunt, tribuit libro περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς et ad calcem eiusdem classis τὸν νόμον collocavit post *ius iurandum.* Ad quartam vero classem scripta continentem, quae non certo Hippocrati adscripseris, licet ad eius scholam pertineant, retulit librum περὶ τέχνης.

Et in prolegomenorum § 1. vol. I. statim dixi *τὸν νόμον* ad Hippocratem auctorem referri non posse: orationem enim ab Hippocratis simplici sermone toto coelo distare.

Nunc vero contendo libellos, qui *ὁ νόμος*, *περὶ τέχνης*, *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* inscribi solent, sine dubio ordine illo, quem Erotianus indicavit, esse disponendos. Illos vero non esse tria scripta ab auctoribus diversis separatim edita, sed esse tractatum unum ab uno auctore, eoque rhetore ac sophista, illo, quem dixi, ordine conscriptum. Tum tractatum illum unum non esse compositum ab Hippocrate, aut Hippocratis aevo, sed eo tempore, quo Hippocratis ars iam *ἡ ἀρχαίη ἰητρική* dici coepta erat. Divulsum autem esse illum tractatum seriore aevo in partes tres, postquam librarii ad singulas partes titulos illos, aliosve quam quos hodie legimus, adscripserant; neque enim hodiernas inscriptiones ab ipso tractatus illius auctore esse profectas, sed a manu aliena; quin ne plane quidem accommodatas esse argumentis partium operis, quibus sunt adscriptae.

Ut hoc demonstrem primum singularum operis partium argumenta describam. *Νόμος* autem complectebatur §§ 1—5. nostrae editionis; — liber *περὶ τέχνης* §§ 6—18.; — liber tandem *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* §§ 19—40.

Ecce quae *νόμῳ* continebantur:

„Ars medica omnium artium est nobilissima, sed propter illos, qui eam profitentur, et propter artis expertes, qui temere de artificibus iudicant, parvi aestimatur. Medicorum autem vitia inde maxime nascuntur, quod praeter ignominiam nulla in civitatibus poena illis constituta est. Sunt vero medici nomine quidem multi, re ipsa tamen perpauci. Medicinam quidem recte discere cupienti his rebus opus est: indole ad discendum apta, doctrina, loco idoneo, institutione, industria, tempore. Medicinae cognitio aequiparanda frugibus, quae e terra proveniunt: indoles discentis agri instar est; disciplina tradita seminum; institutio a pueris inde sationis tempestivae; locus, in quo quis discat, aëris ambientis; industria agriculturae; tempus vero haec omnia ad maturitatem perducit. Ita demum fiunt medici non nomine tantum, sed ipsa artis facultate insignes. Imperitia omni modo nocet omnique tempore. Scientia nimirum et opinio duo sunt, quorum alterum rerum cognitionem, alterum ignorantiam adfert. Sacra vero haec profanis non patent, sed scientiae mysteriis initiatis."

Aut ego egregie fallor, aut ex argumento huius principii operis minime perspicitur quare haec pars *νόμος* dicatur, de qua re iam dixi § 1. prolegomenorum. Quod statim indicat non ipsum scriptorem nomen illud libro indidisse. Sed haec nunc *ἐν παρέργῳ*, postea eò revertemur.

In illa operis parte, quae *περὶ τέχνης* dici solet, haec fere leguntur:

„Sunt, qui artem exercent artibus obtrectandi, non quidem id quod dico spectantes, sed suam scilicet doctrinam ostentantes, quod valde improbandum est. Illos autem, qui ceteras artes ita vituperant, nunc non curo, sed oppugnabo illos, qui artem medicam vituperant. Mihi quidem nulla ars, quae non exsistat, esse videtur; ridiculum enim aliquid eorum, quae sint, non esse putare. *Ars autem medica ea est, quae aegrotantes a laboribus prorsus liberat et morborum vehementiam retundit, neque eorum curationem suscipit, qui a morbis devincuntur, quia illam perficere non valet.* Artem autem id efficere semperque efficere posse iam demonstrabo simulque adversariorum argumenta refellam."

„Primum hoc in arte reprehendunt, quod nonnullis tantum, non vero omnibus sanitatem restituat, quapropter fortuito casui sanitatem a nonnullis acceptam referunt. Verum fortuna et infortunium artem bene, male factam consequetur: tum vero quare fortunam sanationis causam esse credunt et arti tamen sese committunt? Possit quis contra adferre haud paucos sine medici auxilio sanitatem recuperasse; imo factum esse concedo, sed medicinae auxilium tibi contingere poterit, etiamsi medicum non advocaveris; non tamen ita ut scias quid hac in re recte nec ne sit factum, sed ita ut forte fortuito ea facias ipse, quae medicus fecisset, si adfuisset. Neque vero minus errores quam recte facta artem esse demonstrant; nimirum ubi quod recte fiat a minus recte facto distinguitur, ars non esse nequit. Praeterea ars talia habet praesidia, qualia vel artis imperitus quisque artis instrumenta esse videat. Quodsi igitur neque in perito medico, neque in medicina quidquam inutile insit, is qui sine medici auxilio sanus e morbo evaserit, nullo iure suo τὸ αὐτόματον sanationis causam habere potest, quippe quod nihil nisi nomen sit."

„Quod vero ad eos attinet, qui propter vita defunctorum fatum nullam artem esse contendunt, miror, qui fiat, ut non eorum, qui obierunt, intemperantiam mortis causam esse dicant, sed imprudentiam accusent eorum, qui artem exercent; quandoquidem salutaria medici praecepta saepius ab aegris negliguntur."

„Qui autem artem culpant, quia eius professores quae supra artem sunt posita auxiliis, quae arti sunt, tentare nolunt, nae hi paene insanire videntur; neque enim id, quod artis auxilia superat, horum ope tolli potest. At illi, qui medicos reprehendunt, qui morbo devictorum curam suscipere nolunt, id quod tangere oportet idque quod intactum relinquere praestat pariter tangere iubent, quo fit, ut laudentur ab illis, qui nomine tantum sint medici, rideantur contra ab illis, qui artem re ipsa calleant. Eiusmodi autem res quomodo se habeant in ceteris artibus, alio tempore et loco dicetur; nunc vero de arte medica partim iam egimus, partim exponere pergimus."

„Medicinae peritis morbi pauci in conspectu sunt positi, latent eos plerique in occulto, quia intus sunt abditi. Sunt, qui palam prorumpant colore, tumore, tactui ac visui se prodentes. Horum quidem curationes certas esse oportet, non quod sint faciles, sed quia inventae sunt ab iis, qui invenire potuerunt; potuerunt autem quibus contigit institutio et favet natura. Ad conspicuos igitur morbos artem paratam esse oportet."

„Verum ad eos etiam, qui minus sunt aperti, parata sit necesse est: sunt autem illi, qui ad ossa et interna corporis cava sunt conversi. Habet nempe corpus cava permulta: duo, quibus cibus excipitur et demittitur; tum carnes cavae sunt; eaque cava in sanitate spiritu replentur, morbi vero tempore ichore; sunt eiusmodi carnes in brachiis, femoribus, tibiis; cavus est quoque thorax, quo iecur continetur, caput, in quo cerebrum, dorsum, cui pulmones adiacent; quorum unumquodque cavum est et spatia vacua habet, adeo ut paene vasa esse dixeris. Sunt insuper venae multae et nervi ad ossa protensi, quorum omnium nihil non quasi spumosum est et latibulis plenum, quae produntur ichore, qui multus et multa mala inferens effluit. Nempe oculos haec latent, quapropter occulta appellavi; sed arte cognoscuntur, quippe ea, quae conspectum fugiunt, mentis oculis cernuntur. Illorum vero malorum, quae, quod non statim appareant, aegri patiuntur, culpa non in medico posita est, sed in

natura aegrotantis et morbi. Medicus enim ratiocinatione malum occultum investigat; quod autem de eo referre studet aeger, ex opinione potius quam rei cognitione enarrat, adeo ut medico opus sit tempore, quo malum investiget; cuius tarditatis culpa non in arte, sed in corporum natura est posita. Nimirum ars id spectat, ut recte curet; natura vero, si oculis conspici possit, curationem admittit; sin superet morbus eo tempore, quod ut ille cognoscatur requiritur, aut quia medicus sero ad curationem accedit, aut propter morbi celeritatem, aeger interimitur. Quodsi eiusmodi morbus occultus sanatur, ars magis admiranda est quam si eos, qui sanari non possunt, curare moliatur. Neque enim in ceteris artibus similia requiruntur."

„Medicina vero in iis omnibus, quae in corporis cavis sita sunt, conspectu remota, velut in illis, qui pulmonis, iecinoris, renum ulceribus laborant, alia tamen invenit explorationis instrumenta: vocis quidem sonum clarum, gravem, fluxiones, quae foras prodeunt quocumque exitus datur, quaeque colore, tenuitate, crassitudine censentur. Sin non prodeant foras, naturam ut eas demittat auxiliis idoneis cogit; demissae vero artis peritis quid faciendum sit significant. Ita ignis pituitam diffundit acris cibi et potus ope; spiritus expellitur itinere et cursu per acclivia. Verbo docuit per os ingerere talia, quae maiore calore ea quae corpus incendunt fundunt et fluxa reddunt, quae non effluxissent, nisi id illis accidisset. Iam vero alia per alias partes exeunt et morbum denunciant, adeo ut mirum non sit hunc tardius cognosci et curari, quum per aliena signa ad mentem medici transmitti debeant."

„Medicam igitur artem rationes habere multas ad auxilia administranda illamque quae incurabilia sunt iure intacta relinquere, vel etiamsi tangat, extra culpam tamen positum esse medicum docuit haec oratio."

Itaque conspectum dedimus argumenti illius operis partis, quae *περὶ τέχνης* nomine circumfertur. Neque tamen hic titulus solus illi est datus; sed in codice v. c. Vossiano ad § 6. nobis, i. e. ad libelli principium adscribitur *περὶ τέχνης*; ad § 7[ae] initium vero adpositum legis *ὅτι ὑπαρκτικαί εἰσι αἱ τέχναι*; ad initium § 8. lego inscriptionem *περὶ ὑπάρξεως ἰητρικῆς*, qui titulus deinceps adscribitur in fronte paginarum singularum subsequentium ad finem opusculi usque. Neque solum in cod. Vossiano id factum est, sed etiam in Parisiensibus quibusdam, quod ad singulos, quos indicavi, locos adnotat Littréus. Quodsi iam partis huius alterius titulum solitum *περὶ τέχνης* conferas cum argumento, apparet eum tam late patere, ut eum pariter primae et tertiae parti *λόγου* sophistae nostri praefigere possis et ut parum sit probabile ab ipso auctore esse profectum. Vidimus enim re ipsa agi *περὶ ὑπάρξεως ἰητρικῆς*, et hanc vindicari ab obtrectatorum calumniis, maximamque causam cur morbi nonnulli curari non possint, poni in recondita illorum natura, quum morbus quicumque in tempore cognitus sanabilis esse videatur auctori nostro.

Restat libellus *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* dici solitus, cuius summa huc fere redit:

„Qui de arte medica agere coeperunt vana quadam opinione suscepta calidum vel frigidum, vel humidum, vel siccum, vel aliud quid primam in hominibus mortis et morborum causam esse existimarunt, eandemque in omnibus putant, eorum, quae enumeravi, unum duove. Falluntur isti eorumque error eo gravior est, quod committitur in arte, quae re vera exsistit, qua omnes utuntur et cuius artifices peritos magni faciunt. Sunt autem artifices

alii periti, alii imperiti, quod nisi ars medica re ipsa exsisteret, non fieret; quapropter ne opus quidem esse credo vana opinione, cui innitatur."

„Ars medica a longo inde tempore exculta suam sibi habet viam, qua multa in ea sunt reperta, a quibus profectus si quis quaerere pergat, plura utique inveniet. Sin repudiatis illis alia via investigare volet et sese aliquid reperisse dicat, in errore ipse est aliosque in errorem inducit. In primis vero cognitu facilia de hac arte dicenda videntur illis, qui eius expertes sunt. Nempe non facile morborum ortus et exitus causae ab iis inveniuntur, sed ab aliis inventas facile intelligunt, quia talia audiunt, quae ipsis accidere solent."

„Iam statim ars medica ne quaesita quidem esset, si aegris idem cibus et potus, qui sanis, conveniret; quod quum ita se non habeat, necessitas homines coëgit ut eam et quaererent et invenirent. Quid quod neque sanorum victus, quo hodie utuntur, repertus esset, si hominibus idem qui animalibus cibus accommodatus esset. Quo victu principio quidem usi videntur esse, sed quia noceret, alium corpori humano magis consentaneum faciliusque ad subigendum quaesivisse et panem, mazam, cett. paravisse. Quod quidem inventum quo aptius quam medicinae nomine appellaveris? Nec tamen mirum non ita vocari, quum illud usu noverint."

„Sed videamus de illa arte, quae communi omnium consensu medicina vocatur, quae nomen et artifices sibi habet, num eadem perficere velit et unde originem ducat."

„Qui medicinam quaesiverunt et invenerunt, idem spectantes quod illi, de quibus supra dixi, primo quidem, ut opinor, de copia ipsorum illorum ciborum aliquid detraxerunt. Quae res nonnullis certe aegrotantibus suffecerit, nec tamen omnibus, quod essent, qui ne parvam quidem ciborum solitorum copiam subigere possent. Quibus quum infirmiore opus esset cibo, sorbitiones et potus invenerunt."

„Verum tenendum est, nonnullos esse, quibus sorbitiones in morbis noceant, ita ut his sumptis febris accendatur et augeantur dolores, qui si mazae vel panis vescantur parva quamvis copia, multo magis laedentur. Nempe iusto firmior cibus tum sano tum aegrotanti homini nocet. Itaque me iudice idem detexit ille solitae victus rationis inventor atque ille, qui vere medicus aegris victus rationem instituit. Eadem etiam ratio est inter aegrotantium victum et sanorum, quae inter sanorum et animalium. Nam si morbo laborans exiguo pane et carne vescatur, pariter laedetur ac sanus homo, qui quae boves, equi comedunt, hordeum, ciceres, quamvis pauca, devoraverit."

„Quod unum si tantum accideret, ut firmiora laederent, infirma iuvarent, res sane facilis esset; verum aeque certo peccatur, quum homo iusto minorem cibi copiam sumpsit. Itaque quum iustus modus nec mensura, nec pondere definiri possit, quod exacte conveniat inveniri non potest, nisi referas ad corporis sensum; quin summatim plurimi aestimandus est ille artifex, qui a iusto modo minimum aberraverit, praesertim in morbis periculosis."

„Re ipsa autem non minus graves noxas homini accidere ex abstinentia modum excedente quam e repletione in sanis facile discas; modo reputes quid eveniat illis, qui praeter consuetudinem vel bis uno die vel semel cibum ceperint, prandio praeter morem sive sumpto, sive omisso. Prae ceteris vero debiles naturae cito ex eiusmodi mutatione male afficiuntur. Itaque in arte facienda in aegrotantibus difficile est semper id, quod maxime conveniat, facere; nec tamen ideo ars antiqua repudianda est, quod non semper in omnibus ἀκρίβειαν habeat, sed

contra laudanda, quod ratiocinatione ad ἀκριβὲς illud quam proxime accedit et pulchre inventa est ex multa rerum ignorantia minimeque ab eo, quod forte fortuito fiat, dependet."

„Sed redeo ad eos, qui nova via ex praeiudicata opinione artem invenire conantur."

„Nempe si calidum sit, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, quod hominem laedat, et medicum contraria contrariis curare oporteat, sumamus hominem debilem potius quam robustum triticum crudum comedere et carne cruda vesci et aquam bibere; non erit dubium, quin brevi in morbum incidat. Quid igitur huic pro remedio dandum est? calidumne, an frigidum, humidumne, an siccum? Nimirum horum saltem aliquid administrandum erit, si contrarium eius sit, quod morbum faciat, uti affirmant illi novatores. Optimum quidem remedium erit, si pro crudis illis cibis rite paratos praebeas, quibus datis, nisi iam penitus sit corruptus, homo convalescet. Quid igitur? Dicemusne illum ex frigido laborantem calidis istis assumptis convaluisse? Qui panem paret illumne e tritico calidum aut frigidum, humidum aut siccum expulisse? At panis aqua, igne, aliis multis paratur, quae singula suas habent facultates; tum vero alia amisit principia, alia cum aliis alio modo sunt mista. Verum praeterea aliud panis genus et mazae alio modo hominem afficit, quarum rerum vires qui nescit, non facile is aegrotantem curabit, adeo ut his sit scitu vix quidquam utilius. Pulchre igitur humana natura duce ista repererunt primi inventores, nec frigidum, cett. morborum causas habuerunt, sed id quod iusto firmius esset et cui subigendo non sufficeret natura humana, idque detrahere quidem studuerunt. Est autem valentissimum e dulcium genere id, quod dulcissimum est, ex amarorum, id quod amarissimum, cett., quae homini inesse videbant et noxas edere. Nempe amarum, salsum, dulce, acidum, sexcenta alia diversâ singula potestate in homine insunt et inter se probe mista neque apparent, neque laedunt hominem, sed si quid a reliquis seorsim secernatur, manifesto et apparet et laedit. Similique modo e cibis, qui corpori ingesti nocent, alius pure est amarus, alius salsus, alius acidus, quapropter ab illis laedimur pariter atque a corporis principiis singulis cum reliquis haud probe commistis. Potus vero et cibus vulgaris minime humorem quemdam eiusmodi sincerum habet, ita ut turbae et secretiones τῶν δυνάμεων corporis ex his ingestis minime accidant. Neque vero scio quomodo novatores illi homines curare possint; nam nihil habent, quod per se sit calidum, aut frigidum, aut humidum, sed eosdem habent cibos et potus, quibus omnes utimur, et in quibus ista cum aliis sunt mista, non vero seorsim obvia."

„Neque vero calidum et frigidum maximam potestatem habent, sed contra omnium δυνάμεων minimum haec valere opinor. Nimirum quamdiu secum invicem sunt mista, profecto non nocent, sed tum demum, cum alterum ab altero est seiunctum. Quodsi fiat et frigus v. c. oriatur, statim ex ipso corpore calor adest tum in sano, tum in aegrotante homine."

„Possit quis contra dicere febre ardente laborantes et peripneumonia et aliis morbis vehementioribus non cito a calore liberari, neque amplius ibi calidum et frigidum adesse. Verum id ipsum magnum habeo indicium homines non propter solum calorem febre prehendi, sed amarum et calidum, atque amarum et acre, atque calidum et salsum causas esse itemque frigidum coniunctum cum aliis τῶν δυνάμεων. Hae igitur laedunt, sed una cum illis calor et adest et augetur. Exempli loco sint coryzae, aliae affectiones multae, quae ab acri humore oriuntur, qui contemperari et concoqui debet, sed quae calorem habent coniunctum."

„Sunt autem medici ac sophistae, qui dicant medicam artem callere neminem posse, nisi quid sit homo sciat. Quorum oratio maxime philosophiam tangit, quemadmodum Empedocles, alii de natura scribentes exposuerunt quid sit homo et quomodo nascatur et unde sit compositus. Mihi vero de natura nihil quidquam sciri posse videtur, nisi e medicina; quod facile patet, si quis eam universam rite comprehenderit omnemque eius ambitum complectatur. Nempe in medico requiritur ut sciat, quomodo se habeat homo ad potus, cibos, cetera ad vitam necessaria. Neque vero solum novisse oportet caseum pravum esse cibum, sed quid mali adferat et ad quodnam eorum, quae in homine insunt, non sit adaptatus."

„Praeterea tum inter convalescendum, tum in longis morbis perturbationes fiunt partim ab ingestis quibuslibet, quas ne alii quam cui re vera debentur causae tribuas, prudenter cavendum est."

„Novisse etiam oportet quae affectiones homini accidant propter *τὰς δυνάμιας* et quae pendeant a partium figura, quarum aliae latae ab initio in angustum desinunt, aliae expansae sunt, aliae solidae et rotundae, cett."

„De humorum vero facultatibus, quid singuli efficere valeant vidimus et affinitatis ratione habita quomodo inter se coniungantur, quod ad optima remedia seligenda multum valet; est autem optimum id, quod ab inepto longissime distat."

Quodsi iterum iam hanc quoque *λόγου* nostri partem, quam percucurrimus, cum inscriptione conferamus, fateri cogimur, verum sane esse *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* multa dicta esse, sed non ita ut ars illa vetus summum sit, in quo versetur, argumentum. Quid enim? Habemus in ea defensionem medicinae a veteribus cultae et eadem, qua antiquitus, methodo dein excolendae contra novatores, qui morbos a calido, frigido, humido, sicco repeterent, dum noster contendit veterum methodum esse praestantiorem, ita ut illo etiam tempore, quo scribat, eam tenendam esse iudicet. Ars antiqua illi ab hominibus inventa videtur necessitate coactis, quum solitus sanorum cibus aegris iusto valentior esset. Morbi autem illi non nasci videntur a calido, frigido, cett.; sed *δυνάμεις* humorum, i. e. amarum, acre, salsum eos parere; tandem monet mentem etiam attendendam esse ad perturbationes spontaneas in morbis, ad effectus, qui e partium figura profluant, et ad conversiones facultatum humorum ipsarum; de quibus postremis cum exponit, de vetere medicina ne loquitur quidem amplius.

Itaque vidimus de quibus rebus in his libris agatur, simulque apparuit inscriptiones libellorum partim ineptas esse, partim saltem parum accurate argumentum significare. Inquiramus porro in consecutionem et coniunctionem horum scriptorum.

Et quod ad consecutionem attinet, diversam hanc esse nec debere, nec posse ab ea, quam ab Erotiano traditam vidimus, ex argumento, quod perlustravimus, ultro patet. Apparuit auctorem in primo libro affirmare medicam artem esse nobilissimam, sed defraudari laude debita propter artificum imperitiam et illos, qui temere de his iudicium ferant; — altero libro illum artem medicam ab obtrectatorum calumniis vindicare; tertio illum exponere qualis ars medica sibi maxime placeat. Vel hoc solum iam docet res his libris traditas inter se cohaerere et ea, quam diximus, consecutione antecedentem quemque librum a continuo sequenti excipi. Sed lubet congerere locos nonnullos, e quibus, sive quod orationis genus simile ob-

ferunt, sive quod respiciuntur partes superioris alicuius horum scriptorum, sive placita similia continent, luce clarius apparet libellos hos non esse divellendos, sed omnino forma unius *λόγου* esse edendos.

Exempla tumidae orationis e lege citavi § 1. horum prolegomenorum ad ius iurandum; iam vero concedendum est illum fucum parcius occurrere in ea tractatus parte, quae *περὶ τέχνης* inscribi solet, et in tertia de prisca medicina, sed tamen non deëst; quin idem hîc observatur, quod apud scriptores mediocres saepe cernitur, eos principio magno hiatu orationem inchoare, sed eius vela primum praeter modum distenta dein laxa dependere vento scilicet de primo impetu remittente. Ne tamen credas ampullas illas plane deficere, compara mihi cum locis ex lege iam adlatis principio horum prolegomenorum hunc e § 6. *λόγου* nostri: *ὁ δὲ παρεὼν λόγος τοῖσι ἐς ἰητρικὴν οὕτως ἐμπορευομένοισι ἐναντιώσεται θρασυνόμενος μὲν διὰ τούτους, οὓς ψέγει, εὐπορέων δὲ διὰ τὴν τέχνην, ᾗ βοηθεῖ, δυνάμενος δὲ διὰ τὴν σοφίην, ᾗ πεπαίδευται.* Et ne putes rem alio modo se habere in ea parte, quae *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* audit, ecce locum e § 27. *τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μένος ἰσχυρῶς ἐνδύνεται ἐν τῇ φύσι τοῦ ἀνθρώπου καὶ γυιῶσαι καὶ ἀποκτεῖναι.* Audimus in singulis partibus eundem rhetorem, cuius orationi plane oppositus est antiquus, simplex Hippocratis sermo.

Verum ecce! citabo duos locos, alterum e lege illa, alterum e libello, uti volunt, de arte, qui ostendunt non solum unum eundemque esse utriusque auctorem, sed unum esse tractatum eiusdem scriptoris; nimirum manifesto in altero respicitur id, quod in priore enucleatius exposuerat rhetor noster. Principio § 2. legis: *χρὴ γὰρ ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶνδέ μιν ἐπήβολον γενέσθαι· φύσιος, διδασκαλίης, τόπου εὐφυέος, παιδομαθίης κ. τ. λ.* Haec explicatius dein tractantur eadem § 2. et 3. Respicit autem sine dubio hos locos scriptor noster, cum § 14. sub finem: *ἐξεύρηνταί γε μὴν*, inquit, *οὐ τοῖσι βουληθεῖσι, ἀλλὰ τούτων τοῖσι δυνηθεῖσι· δύνανται δὲ, οἷσι τά τε τῆς παιδείης μὴ ἐμποδὼν, τά τε τῆς φύσιος μὴ ταλαίπωρα.*

Puto hunc saltem locum et priorem ex eodem esse scripto, non e duobus diversis. Sed nunc pariter e libello *περὶ τέχνης* et tertio *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* item plures adferam locos, unde quam arcte hi quoque coniuncti sint, pateat.

Teneamus scilicet e libello de arte quae § 7. leguntur: *δοκέει δή μοι τὸ μὲν ξύμπαν τέχνη εἶναι οὐδεμία οὐκ ἐοῦσα· καὶ γὰρ ἄλογον τῶν ἐόντων τι ἡγεῖσθαι μὴ ἐόν· ἐπεὶ τῶν γε μὴ ἐόντων τίνα ἄν τις οὐσίην θεησάμενος ἀπαγγείλειε ὡς ἔστι*; et locum e § 10. *καὶ τοῦτό γε τεκμήριον μέγα τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, ὅτι ἐοῦσά τέ ἐστι καὶ μεγάλη.* Et eum, qui eadem § 10. postea legitur: *καὶ ἔστι οὐδὲν ἧσσον τὰ ἁμαρτηθέντα τῶν ὠφελησάντων μαρτύρια τῇ τέχνῃ ἐς τὸ εἶναι.* Et verba ex extrema § 11. *ἡ δὲ ἰητρικὴ καὶ ἐν τοῖσι διά τι καὶ ἐν τοῖσι προνοουμένοισι φαίνεταί τε καὶ φανεῖται αἰεὶ οὐσίην ἔχουσα.* Videmus quam frequenter ista *εἶναι* et *οὐσίη τῆς τέχνης* et *τέχνη ἐοῦσα* a sophista usurpentur. Idem autem fit in libro de vetere medicina: principio statim libelli, § 19. mihi, legimus *μάλιστα δὲ ἄξιοι μέμφεσθαι, ὅτι ἀμφὶ τέχνης ἐούσης (εἰσὶ ἁμαρτάνοντες).* Ibidem paulo post: *ἅπερ, εἰ μὴ ἦν ἰητρικὴ ὅλως, οὐκ ἂν ἦν.* Et § 30. *οὐ φημὶ δὴ διὰ τοῦτο δεῖν τὴν τέχνην ὡς οὐκ ἐοῦσαν, οὐδὲ καλῶς ζητεομένην τὴν ἀρχαίην ἀποβαλέσθαι.* Quid alius sentiat, haud facile quis dicat, sed mihi his collatis certo patet libellum *περὶ τέχνης* alterumque

περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς unum esse opus eiusdem scriptoris, non duorum diversorum scriptorum opera diversa, nec duo eiusdem auctoris scripta, sed unum.

Quum igitur primus et secundus, perinde ac secundus et tertius, ita coniuncti sint, non possunt non omnes tres eiusdem viri operis unius partes esse. Sed magis puto, etiam id constabit, ubi inquisiverimus quomodo libelli isti, quos dicunt, cum libro de victu acutorum sint coniuncti.

Locos esse in libro de vetere medicina, qui cum locis in libro de victu acutorum conveniant, iam Foësius vidit et post eum Littréus (vid. vol. I. p. 314.) Aut ego fallor, aut cum germana libri de victu acutorum parte tres libelli illi, seu potius tres *λόγου* nostri partes ita cohaerent, ut ille veluti fundamentum sit, cui hunc superstruxit rhetor ac sophista noster.

Rem sequentibus demonstrare conabor. Omnis illa disputatio in *νόμῳ* et libro *περὶ τέχνης* de artis praestantia et calumniis medicinae expertium omniaque illa, quae supra excitavimus ad *τὸ εἶναι* et *τὴν οὐσίην τῆς τέχνης* et *τὴν τέχνην ἐοῦσαν* spectantia, profluxerunt me iudice ex iis, quae § 8. libri de victu acutorum exstant, *καίτοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι.* Illud in *νόμου* fine obvium: *οὕτω καὶ ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοί, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί* pendet ex Hippocratico *οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ ἰητροὶ δοκέουσι εἶναι* § 6.; convenit saltem in utroque libro medicorum arte insignium et minus peritorum inter se oppositio. In verbis libri de vetere medicina § 26. mihi: *ἀνὴρ γὰρ κάμνων νοσήματι, μήτε τῶν χαλεπῶν τε καὶ ἀπόρων, μήτ' αὖ τῶν παντάπασι ὀλεθρίων, ἀλλ' ἢ αὐτῷ ἁμαρτάνοντι μέλλει ἐπίδηλον ἔσεσθαι κ. τ. λ.*, — in his, inquam, imitationem habemus loci e lib. de victu acutorum § 46. *εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ μήτε λίην ἐπίκαιρον, μήτε λίην εὐήθες, μήτε ἄγαν εὐελκὴς ἐών, μήτε ἄγαν δυσελκής, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο κ. τ. λ.* Comparatio illa, quam § 27. sub finem habemus in libro de vetere medicina, qua medicus morbum periculi plenum curans componitur cum nauta in vehementi procella navem gubernante, mihi quidem originem traxisse videtur e loco § 5. de V. acutorum: *μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τούτοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον.* Quod dein principio § 28 legitur: *ὅτι δὲ οὐδὲν ἔλασσον ἀπὸ κενώσιος ἀκαίρου κακοπάθειαι γίγνονται τῷ ἀνθρώπῳ ἢ ἀπὸ πληρώσιος καταμανθάνειν καλῶς ἔχει ἐπαναφέροντας ἐπὶ τοὺς ὑγιαίνοντας· ἔστι γὰρ αὐτῶν κ. τ. λ.* desumptum est e libro de V. A. § 26. *χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει κ. τ. λ.* De qua re iam monuit Foës. in adn., Littréus l. l. Id, quod legitur § 32. *οἶδα μὲν γὰρ καὶ τάδε δήπου, ὅτι διαφέρει εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου καθαρὸς ἄρτος ἢ ξυγκόμιστος κ. τ. λ.*, translatum est e § 37. libri de V. A. *καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκόμιστοι παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες κ. τ. λ.*

Ex iis, quae congessimus, luce clarius apparet hos libros post Hippocratem esse compositos et pluribus locis nexum, quo res propositae inter se continentur, ex Hippocratis scripto de victu acutorum pendere. Sed non minus certum est rhetorem nostrum artem illam Hippocraticam *τὴν ἀρχαίην* appellare, ita ut eius *λόγον* satis diu post Hippocratis aevum scriptis mandatum esse appareat. Advertit me insuper sophistam nostrum locos partis spuriae non respicere, neque indicia apparent illum alios usurpare locos ex libro de victu acutorum, quam qui etiam

nunc supersunt. Unde fere effeceris quodammodo saltem probabile esse iam illo tempore periisse reliquas illius operis Hippocratis partes. Non affirmo rem certam esse, sed cum aliqua veri specie ita statui posse contendo. Non me fugit locus e § 34. *τὰ δὲ κατὰ τοὺς νοσέοντας, οὐχὶ οἶσι ἂν ῥῖγος γένηται, τούτοισι ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπει, — καὶ ὅσον ἂν χρόνον παρέῃ διάθερμος καὶ διεξιὼν διὰ παντὸς τελευτᾷ ἐς τοὺς πόδας μάλιστα, οὗπερ τὸ ῥῖγος καὶ ἡ ψύξις νενικωτάτη κ. τ. λ.*; neque non animadverti esse in his aliquam similitudinem cum iis, quae § 13. partis spuriae libri de V. A. (p. 335. vol. I.) leguntur; sed ego non ausim inde conficere rhetorem nostrum illum locum respicere, aut imitari, quum notiones in utroque obviae pervulgatae illo tempore apud omnes fere esse debuerint. Sed haec *ἐν παρέργῳ*, pergimus ad alia.

Est nempe operae pretium etiam de nonnullis *λόγου* nostri partibus videre, qui cum Platonis et aliorum locis sunt comparati ab aliis, aut quos ipsi cum illis contulimus.

Ubi § 2. mentio facta est *παιδομαθίης*, iam Coraës adnotavit locum Platonis de rep. p. 408. libri III.: *ἰητροὶ μὲν δεινότατοι ἂν γένοιντο, εἰ ἐκ παίδων ἀρξάμενοι πρὸς τῷ μανθάνειν τὴν τέχνην ὡς πλείστοις τε καὶ πονηροτάτοις σώμασι ὁμιλήσειαν κ. τ. λ.* — Ad comparationem in § 3. adponit locum ex eodem opere Platonis lib. VI. p. 491. D. *παντὸς — σπέρματος πέρι ἢ φυτοῦ, εἴτε ἐγγείων, εἴτε τῶν ζῴων, ἴσμεν ὅτι τὸ μὴ τυχὸν τροφῆς, ἧς προσήκει ἑκάστῳ, μηδ' ὥρας, μηδὲ τόπου, ὅσῳ ἂν ἐρρωμενέστερον ᾖ, τοσούτῳ πλειόνων ἐνδεῖ τῶν πρεπόντων κ. τ. λ.* Certum est Platonem hic simili comparatione uti ac nostrum et lectionem *τόπος* pro *τρόπος* apud nostrum confirmari isto loco. Provocat idem ad locum Plutarchi *περὶ παίδων ἀγωγῆς*, qui vel apertius cum sophistae nostri *λόγῳ* convenit; vid. cap. IV.

Quod de illa arte *τοῦ τὰς τέχνας αἰσχροποιεῖν* disputat noster § 6. sine dubio adversus sophistas dictum est, apud quos eiusmodi *ἀντιλογίαι* et *ἀμφισβητήσεις* plurimum valebant, cf. Platonis Sophistam p. 232. D. (vid. p. 115. in ed. Stallbaumii et huius adn. illo loco.) — Ad ea, quae disputantur § 7., ubi in medio capitulo: *τὰ δὲ μὴ ἐόντα*, inquit, *οὔτε ὁρᾶται, οὔτε γιγνώσκεται* cf. Parmenidis versus p. 32. Ed. Karsten.

οὔτε γὰρ ἂν γνοίης τό γε μὴ ἐόν, — οὐ γὰρ ἀνυστόν, —
οὔτε φράσαις,

Et ad verba ibidem paulo superius obvia *καὶ γὰρ ἄλογον τῶν ἐόντων τι ἡγεῖσθαι μὴ ἐόν* cf. Parmenidis illud apud Platonem in Sophista p. 237. A. *οὐ γὰρ μήποτε τοῦτ' οὐδαμῇ, εἶναι μὴ ὄντα.* Nempe ex hisce certe fontes discimus, unde nonnulla noster hauserit.

Monui iam in adn. ad § 7. de loco *τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα φύσιος νομοθετήματα* cum Platonis in Charmide loco, uti Littréus animadvertit, conveniente. Sed in adn. ad § 37. dixi me in prolegomenis rediturum esse ad locum, ubi *τῆς γραφικῆς* mentio facta est. Quid igitur? Ni fallor in verbis *ἐγὼ δὲ τούτων μὲν ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιστῇ ἢ ἰητρῷ, ἢ γέγραπται περὶ φύσιος, ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν ἢ τῇ γραφικῇ*, ipsa illa ars *γραφική* cum aliqua irrisione commemoratur. Itaque mihi subnata est cogitatio, quam dubitanter propono, num forte sophista noster aliquid respexerit, quale apud Platonem in Sophista disputat hospes Eleaticus, ubi p. 234. A. *τί δέ;* inquit, *τὴν τοῦ λέγοντος ὅτι πάντα οἶδε καὶ ταῦτα ἕτερον ἂν διδάξειεν ὀλίγου καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, μῶν οὐ παιδιὰν νομιστέον;* et paulo post pergit: *οὐκοῦν τόν γ' ὑπισχνούμενον δυνατὸν εἶναι μιᾷ τέχνῃ πάντα ποιεῖν γι-*

γνώσκομέν που τοῦτον, ὅτι μιμήματα καὶ ὁμώνυμα τῶν ὄντων ἀπεργαζόμενος τῇ γραφικῇ τέχνῃ δυνατὸς ἔσται τοὺς ἀνοήτους τῶν νέων παίδων, πόρρωθεν τὰ γεγραμμένα ἐπιδεικνὺς, λανθάνειν ὡς, ὅ τι περ ἂν βουληθῇ δρᾶν, τοῦτο ἱκανώτατος ὢν ἀποτελεῖν ἔργῳ. Quaero num forte simili quodam modo, atque ab hospite Platonico, memoretur *ἡ τέχνη ἡ γραφική* a nostro sophista ac rhetore, ita ut eius commemoratione pro vanis explodat philosophorum de rerum ortu placita?

Initio § 19. noster reprehendit eos, qui *ὑπόθεσιν σφίσι αὐτοῖσι ὑποθέμενοι τῷ λόγῳ* calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum hominibus causam morborum et mortis esse dicerent, *πᾶσι τὴν αὐτὴν ἓν ἢ δύο προθέμενοι.* Physicorum veterum plurium fuit illud placitum, quod ab iis, quos reprehendit noster, in pathologiam fuit traductum. De Archelao Diog. Laërt. II. 4. *ἔλεγε δὲ δύας αἰτίας εἶναι γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρόν.* De duobus autem hisce sophista noster praesertim agit. Memorantur vero ista rerum principia etiam in Platonis Sophista p. 242. C. D., ubi haec: *μῦθόν τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν, ὁ μὲν ὡς τρία τὰ ὄντα, πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἄττα πῃ, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γιγνόμενα γάμους τε καὶ τόκους καὶ τροφὰς τῶν ἐκγόνων παρέχεται· δύο δὲ ἕτερος εἰπὼν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, ἢ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, συνοικίζει τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι.* Quo loco vide quae v. c. a Stallbaumio adferuntur. Sed noster repudiato illo placito amplectitur alterum: corpori inesse statuit *δυνάμεις* amaras, salsas, acres, dulces, cett., quarum iustam compositionem et mixtionem sanitatem facere, morbum contra alicuius harum a reliquis secessum, seiunctionem. E qua doctrina interpretatur etiam sanitatis laesionem, ingestis illis, quae *δύναμιν* eiusmodi aliquam habeant insignem, cui subigendae impar sit natura humana. Hoc autem ipsum principium esse affirmat, e quo veterum ars medica, i. e. magna pars Hippocratis monitorum in libro de victu acutorum, sit profecta. Illam autem doctrinam Alcmaeonis esse dudum alii recte viderunt et citarunt locum e libro de placitis philosophorum Plutarchi nomine inscripto, ubi V. 30. haec: *Ἀλκμαίων τῆς μὲν ὑγιείας εἶναι συνεκτικὴν ἰσονομίαν τῶν δυνάμεων, ὑγροῦ, θερμοῦ, ξηροῦ, ψυχροῦ, πικροῦ, γλυκέος καὶ τῶν λοιπῶν· τὴν δ' ἐν αὐτοῖς μοναρχίαν νόσου ποιητικήν· φθοροποιὸν γὰρ ἑκατέρου μοναρχία· καὶ νόσων αἰτία, ὡς μὲν ὑφ' ἧς, ὑπερβολὴ θερμότητος, ἢ ψυχρότητος· ὡς δ' ἐξ ἧς, διὰ πλῆθος, ἢ ἔνδειαν· ὡς δ' ἐν οἷς, αἷμα ἐνδέον* (?) *ἢ ἐγκέφαλος· τὴν δὲ ὑγίειαν σύμμετρον τῶν ποιῶν τὴν κρᾶσιν.* Notandum tamen nostrum calido et frigido non primas tribuere partes, quod philosophum fecisse ex l. l. fere sequitur. Sed hoc utut est, noster maximam partem ex Alcmaeonis et Hippocratis doctrina et arte sua composuit; seu potius ex illius placito *περὶ τῆς ἰσονομίας τῶν δυνάμεων* huius monita practica in libro de victu acutorum et doctrinam de morbi coctione et crisi interpretari studuit. Ceterum notandum istarum *δυνάμεων* etiam mentionem fieri in Platonis Timaeo, ubi (p. 333. Ed. Stallb.): *ὅταν γάρ*, inquit, *τηκομένη σὰρξ ἀνάπαλιν εἰς τὰς φλέβας τὴν τηκεδόνα ἐξιῇ, τότε μετὰ πνεύματος αἷμα πολύ τε καὶ παντοδαπὸν ἐν ταῖς φλεψὶ χρώμασι καὶ πικρότησι ποικιλλόμενον, ἔτι δὲ ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα παλαιὰ ἴσχει.*

Advertit me etiam locus e cap. 2. libri primi *περὶ διαίτης*, ubi: *Φημὶ δὲ δεῖν*, inquit eius auctor, *τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ξυγγράφειν περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης πρῶτον μὲν παντὸς*

φύσιν ἀνθρώπου γνῶναι καὶ διαγνῶναι· γνῶναι μὲν ἀπὸ τίνων συνέστηκε ἐξ ἀρχῆς, διαγνῶναι δὲ ὑπὸ τίνων μερῶν κεκράτηται· εἴτε γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν μὴ γνώσεται, ἀδύνατος ἔσται τὰ ὑπ' ἐκείνων γιγνόμενα γνῶναι· εἴτε μὴ γνώσεται τὸ ἐπικρατέον ἐν τῷ σώματι, οὐχ ἱκανὸς ἔσται τὰ ξυμφέροντα τῷ ἀνθρώπῳ προσενεγκεῖν. Dixeris paene auctorem librorum περὶ διαίτης esse ex iis, quibus adversatur noster § 37. initio; locum mox describam.

Nimirum Littréus solam eam partem τοῦ λόγου nostri sophistae, quae περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς inscribi solebat, Hippocrati tribuere vult propter Platonis in Phaedro locum, ubi philosophus haec scribit: Σωκρ. Ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου κατανοῆσαι οἴει δυνατὸν εἶναι ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως; Φαιδρ. Εἰ μὲν Ἱπποκράτει γε τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι, οὐδὲ περὶ σώματος ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης. Itaque Plato affirmat Hippocratem existimavisse corpus hominis cognoscere neminem recte posse, nisi τὴν τοῦ ὅλου φύσιν cognoscat. Noster autem sophista adversatur adeo τοῖς ἰατροῖς καὶ σοφισταῖς, qui dicant (vide l. l.) ὡς οὐκ εἴη δυνατὸν ἰητρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδε ὅ τι ἐστὶ ἄνθρωπος· ἀλλὰ τοῦτο δέοι καταμαθεῖν τὸν μέλλοντα ὀρθῶς θεραπεύσειν τοὺς ἀνθρώπους. Ita sentientibus adversatur; nam ecce! ita pergit: τείνει δ' αὐτοῖσι ὁ λόγος ἐς φιλοσοφίην, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς ἢ ἄλλοι, οἳ περὶ φύσιος γεγράφασι, ἔλεγον ἐξ ἀρχῆς ὅ τί ἐστι ἄνθρωπος καὶ ὁπόθεν ξυνεπάγη. Ἐγὼ δὲ τούτων μέν, ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιστῇ ἢ ἰητρῷ, ἢ γέγραπται περὶ φύσιος, ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν ἢ τῇ γραφικῇ. Νομίζω δὲ περὶ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν εἶναι ἢ ἐξ ἰητρικῆς. Τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν, ὅταν αὐτήν τις τὴν ἰητρικὴν ὀρθῶς περιλάβῃ, μέχρι δὲ τούτου πολλοῦ μοι δοκέει δεῖν· λέγω δὴ τὴν ἱστορίην ταύτην, εἰδέναι ἄνθρωπος τί ἐστι καὶ δι' οἵας αἰτίας γίγνεται καὶ τἄλλα ἀκριβέως. Ἐπεί τοί γέ μοι δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι παντὶ ἰητρῷ περὶ φύσιος εἰδέναι καὶ πάνυ σπουδάσαι ὡς εἴσεται, εἴπερ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν, ὅ τί ἐστι ἄνθρωπος πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα καὶ ὅ τι πρὸς τὰ ἄλλα ἐπιτηδεύματα καὶ ὅ τι ἀφ' ἑκάστου ξυμβήσεται. καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέειν ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρὸς, πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτοῦ, ἀλλὰ τίνα τε πόνον καὶ διὰ τί καὶ τίνι τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀνεπιτήδειον. Quid igitur? Istane respiciuntur loco Platonis, ubi Hippocrates cognitionem τῆς τοῦ ὅλου φύσεως commendasse dicitur, ut melius corpus humanum cognoscatur? — Auctor noster philosophorum, qui de natura rerum scripserunt, placita de hominis genesi et compositione ad medicam artem non pertinere dixit; nec nisi e disciplina medica περὶ φύσιος probe sciri aliquid posse, modo omnem medicinae ambitum aliquis complectatur. At in hisce quidem omnia miro modo miscet: mox enim φύσεως scientia illi est naturae rerum omnium scientia; mox tantum pars eius, quae ad hominis ortum et compositionem spectat; tum physica (ex veterum philosophiae distributione) ad medicinam non pertinere illi videtur, et paulo post physicam ex medicina demum rite cognosci posse affirmat, quia medicinam scilicet recte investigaturo physicâ opus sit. Quis credat excellentis ingenii virum, qualis Hippocrates fuit, hoc modo fuisse ratiocinatum? Aut talem locum a Platone item praeclari ingenii viro fuisse laudatum? Sed neque factum est, neque ullus nexus est inter Platonis in Phaedro locum et miseri sophistae nostri scriptiunculam. Hippocrates vero, si operum viri eximii reliquias respiciamus, quo modo cognitio τῆς τοῦ ὅλου φύσεως ad

hominis cognitionem transferenda sit illustri exemplo potius quam verbis docuit in eximio illo de aëre, aquis et locis libro, quem forsitan vidit Plato. Forsitan inquam, nam quis pro certo id affirmet? Nempe Platonis de Hippocrate verba tam late patent, ut num huius scripta viderit ipse philosophus, an vero fama tantum medici eximii ad illum pervenerit et alios modo de eo narrantes audiverit, plane nescias. Itaque etiamsi nihil aliud repugnaret, — vidimus autem esse permulta et gravissima, — hic Platonis locus saltem nequaquam scriptum, de quo agimus, Hippocrati ipsi vindicare poterit.

Sed operae pretium est, ut hoc magis constet, paulo intentius rem perquirere, quam principio huius capitis iam attigi, scilicet librum hunc compositum esse eo tempore, quo medicina Hippocratica iam *ἡ ἀρχαίη* dici coepta esset. Facit enim hoc ad libri aetatem non quidem definiendam, sed tamen ad demonstrandum scriptum hoc esse recentius non solum Hippocratis, sed etiam Platonis aetate. Puto autem nos indicium certum habere in verbis § 30. *οὐ φημὶ δὴ διὰ τοῦτο δεῖν τὴν τέχνην ὡς οὐκ ἐοῦσαν, οὐδὲ καλῶς ζητεομένην τὴν ἀρχαίην ἀποβαλέσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντα ἀκρίβειαν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγὺς οἶμαι τοῦ ἀτρεκεστάτου δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ προσίεσθαι καὶ τὰ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης ἐξευρημένα θαυμάζειν, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης.* Quaenam est illa ars antiqua, de qua loquitur? Est ea, de qua in fine § 25. sermonem fecit, ubi de medico inventore: *ὁ δέ*, inquit, *ὅσων ἡ διάθεσις, ἐν οἵῃ ἂν ἑκάστοτε ἕκαστος τύχῃ διακείμενος μὴ ἦν δυνατὸς ἐπικρατέειν, ταῦτα ἐζήτησε ἀφελεῖν.* Sed in qua, uti initio § 27. monuit, non solum ciborum detractio semper spectatur, sed contra ab eo, quod in hac detractione nimium est, cavendum sit. Comprobat autem has artis notas, ut ita dicam, exemplis maximam partem ex Hippocrate de victu acutorum desumptis. Itaque licet id non aperte dicat, sponte tamen inde sequitur eum artem, quam ab Hippocrate inde traditam noverat, contra novatores vindicare; qua defensione ipsa ostendit se diu post Hippocratem vivere. Quin si hac de re dissentias, saltem haec non negabis: primum orationem libri minime antiqui sermonis praestantiam referre, sed ornamentis rhetoricis esse onustam, quorum nullum in artis Coae monumentis vestigium; — tum modum, quo locos Hippocratis in usum suum convertit sophista noster, eum esse, qui potius multo post obitum auctoris, quam vivo auctore obtinere soleat.

Lubet autem occurrere rei, quam num quis forte mihi obiecturus sit, nescio, sed de qua tamen tacere nolo. Quomodo, inquit aliquis, si tres illi libri, quos coniungis in unum, re ipsa unum sint sophistae unius scriptum, fit ut § 23. haud procul ab initio dicat *ὅπερ ἐν ἀρχῇ εἶπον*? Illud *ἐν ἀρχῇ* manifesto spectat ad § 21. Ipse autem liber *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* incipit § 19.: itaque illud *ἐν ἀρχῇ* est initio libri de vetere medicina, non initio totius *λόγου*, quem tu e tribus scriptis separatis conflavisti, a cuius principio ille locus procul distat! — Equidem hanc rem non neglexi; sed putavi nostrum *ἐν ἀρχῇ* dicere initio eius argumentationis in qua tunc occupatus esset; quod quare in medio etiam *τῷ λόγῳ* facere non potuisset, non video. Eum autem re ipsa fecisse puto e gravissimis argumentis, quibus supra probavi unum re ipsa *λόγον* sophistae hunc esse, sponte sequi; nempe talis obiectio ista refellere minime valet.

Sed iam brevibus quorsum tota haec disputatio deducta sit, respiciamus.

Ipsum singulorum libellorum, quos in unum coniunximus, argumentum eiusmodi est, ut

summatim ad unam ἀπολογίαν τῆς ἰητρικῆς spectet, neque alio modo hanc dispositam fuisse sit censendum quam quo apud Erotianum factum esse vidimus, id unum si excipias, quod hi tres libelli unius operis sunt partes. Inscriptiones ab auctore ipso non sunt inditae, quod patet ex iis, quae de earum cum argumento librorum, aut partium potius libri, ad quas adscribuntur, partim repugnantia, partim non pleno consensu monuimus. Auctorem fuisse σοφιστὴν καὶ ῥήτορα ipsa oratio ostendit, quae ab Hippocratea adeo est diversa, ut magis dissimiles sermonis formas vix reperias. Vixit autem sophista ille satis longo post Hippocratem tempore, licet fieri nequeat, ut eius aetatem accurate definias. Vix dubitare licet, quin Platonis etiam scripta triverit.

Καὶ ταύτῃ μὲν δὴ ταῦτα, pergimus ad alia!

§ 14.

De libro de morbo sacro.

Ad principium huius libelli in edd. antiquis et mss. pluribus, etiam in Vossiano et Marciano legitur haec adnotatio: οὐ γνήσιον Ἱπποκράτους, ἀξιολόγου δὲ ἀνδρός, φησὶν ὁ Γαληνός, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν. Ἱπποκράτους δὲ οὐδὲν ἐν αὐτῷ, οὔτε κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἑρμηνείας, οὔτε κατὰ τὸ τῆς διανοίας ἀκριβές. Eiusmodi locum frustra apud Galenum quaeri Littréus monuit, neque ipse eum reperi; sed verba citata solitum colorem orationis Pergameni referre non facile quis negaverit. Sintne igitur fortasse desumpta e libro aliquo deperdito, an lateant in angulo aliquo operum eius, quae omnia ita memoria me tenere ut nihil me fugiat haud affirmabo, equidem nescio. Sed sunt loci duo, ubi de hoc libro loquitur Galenus, quorum alter est in comm. in prognosticum p. 18. Ed. Kühn.: φαίνεται γοῦν ὁ Ἱπποκράτης, inquit, οὐδὲ καθ' ἓν τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων εἰς θεούς ποτε ἀναφέρων αἰτίαν νοσήματος, ὅς γε καὶ τοὺς βλητοὺς καλουμένους ἀπό τινος ὁρμηθέντες οὕτως ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ διῆλθε ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων. τοῦτο μὲν οὖν τὸ σύγγραμμα τῶν ὁμολογουμένως γνησίων ἐστίν· ἐν δὲ τῷ περὶ ἱερῆς νούσου καὶ πλείω γέγραπται πρὸς ἔλεγχον τῶν οἰομένων ὑπὸ θεῶν γίνεσθαι τὰ νοσήματα. Ex hisce non liquet Galenum re ipsa librum de morbo sacro Hippocrati auctori acceptum referre. Altero loco, in comm. ad Ep. VI. vol. XVII.[b] p. 343. Kühnio legimus: τὴν ἐπιληψίαν οἱ παλαιοὶ καὶ μεγάλην νόσον ἐκάλουν καὶ πάθος παιδίων (παίδειον legisse Galenum aut saltem ex memoria citare opinor) ὥσπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων, dein vero paulo post: ἱερὰν δὲ νόσον ἔνιοι κατὰ ψευδῆ δόξαν ὠνόμασαν, ὡς κἀν τῷ περὶ ἱερῆς νόσου συγγράμματι δεδήλωται. Itaque neque h. l. diserte Hippocrati tribuit libellum nostrum, quin potius utroque loco opponit hoc opusculum τοῖς γνησίως Ἱπποκρατείοις, adeo ut hi duo loci minime pugnent cum adnotatione ad principium e Galeno, ut aiunt, ducta.

Video autem Littréum, ubi in primo volumine de hoc libro agit, scribere criticos nonnullos eum Democrito tribuisse, sed non docere qui factum sit, ut philosopho illi adscriberent. Haec quidem opinio parum firmo nititur argumento, nempe initio τοῦ περὶ μανίης

λόγου inter epistolas Hippocratis relato legimus: *μαινομένῳ δὲ, ὡς ἔφην ἐν τῷ περὶ ἱερῆς νούσου, ὑπὸ ὑγρότητος τοῦ ἐγκεφάλου, ἐν ᾧ ἐστὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα, ὅταν ὑγρότερος τῆς φύσιος ᾖ, ἀνάγκη κινεῖσθαι κ. τ. λ.* — Et in fine antecedentis epistolae Democriti, si Dîs placet, ad Hippocratem habentur verba: *ἀπέσταλκα δέ σοι τὸν περὶ μανίης λόγον.* Itaque qui librum de morbo sacro Democrito adscripserunt, non dubitarunt quin Democritus illam epistolam scripsisset, in qua quia Democritus dicat ad Hippocratem se *τὸν περὶ μανίης λόγον ἀπεσταλκέναι*, illum quoque sermonem Democrito tribuunt; et quia eius auctor, si auctoris nomine falsarium appellare liceat, tanquam opus suum citat partem libelli *περὶ ἱερῆς νούσου*, cuius fragmentum continet iste *περὶ μανίης λόγος*, scriptiunculam, de qua nunc agimus, Democrito tribuerunt. — Vides quam ineptis indiciis usi sint.

Iam vero relinquamus sibi veterum testimonia, quae parvi rursus in quaestione de origine libelli momenti sunt, et ipsi videamus, quid ex ipso opusculo de morbo sacro ad hanc rem cognoscendam erui possit. Quod tamen antequam faciamus, primum eius argumentum perlustrabimus.

„De morbo, inquit scriptor, quem *sacrum* vocant, ita sentio. Mihi quidem aliis morbis neutiquam aut divinior aut magis sacer esse videtur, sed perinde ac ceteri suam habere naturam, unde oriatur. Putarunt autem homines eius originem esse divinam, quod mirabilis est et a reliquis morbis multum diversus. Curant autem eum, quia facile per expiationes et incantationes sanatur. At si propter mirabilem naturam suam divinus esse putatur, multi etiam alii morbi divini sunt. Mihi vero illi, qui primum hunc morbum sacrum esse dixerunt, homines fuisse videntur, quales hodie sunt magi et expiatores et circulatores, qui valde pios se esse simulant et aliis plus scire. Hi autem idcirco maxime accusant divinam morbi naturam, ut habeant, quo sese exculpent, si forte pro variis et absurdis, quae hominibus praecipiunt, ipsis non ex voto succedat curatio; sin rite succedat, felici exitu gloriantur. Verum mihi, ut hoc utar, Libyae regionem mediam incolentes propterea adversa valetudine affligi videntur, quod in caprinis pellibus decumbunt et caprinis carnibus vescuntur, quippe nihil possident, nisi quod a capris bobusve proveniat. Quodsi igitur talia morbum augeant, et abstinentia ab iis morbo immunes praestet, non profuerint expiationes, sed quodcumque sive idonei, sive nocui cibi sumpserint. Itaque non divini, sed potius humani quid in causa est et apparet eos homines desipere ipsorumque pietatem et divinitatem potius impietatem et nefas esse; — quod demonstrabo. Nimirum ubi homines isti lunam deducere et solem obscurare similiaque alia se posse dicunt sive sacrorum mysteriorum ope, sive aliorum auxiliorum, deos ne esse quidem credere mihi videntur, si quidem res divinas in hominum potestate esse arbitrantur. Nec tamen ita se res habere videtur, sed homines propter victus inopiam multa moliuntur cum in aliis, tum in hoc morbo, in cuius formis singulis Deum aliquem in causa esse perhibent et modo Neptunum, modo Hecaten Enodiam, modo Apollinem, Martem cett. accusant. Et expiationibus et incantationibus utuntur et divinum numen adeo sceleratissimum et impium faciunt. Etenim morbo detentos expiant perinde ac sceleribus inquinatos, quum potius sacrificare et preces fundere illos oporteret, et piacula in terra abscondunt aut in mare proiiciunt, quum contra, si Deus causa esset, potius ad Deorum templa ea mittere deberent. Non vero fieri posse credo, ut hominis corpus a Deo inquinetur, quum contra purum reddi, si forte sordeat, sit necesse. Haec de expiationibus."

„At mihi ille morbus ceteris non divinior esse videtur, sed a sua pendere causa et sanari posse, nisi temporis tractu nimis invaluerit. Scilicet quemadmodum a pituitosis pituitosi nascuntur et e biliosis biliosi, quid impedit, quo minus a parentibus hic morbus quoque proli tradatur? Alterum autem indicium morbum hunc reliquis diviniorem non esse hoc est, quod pituitosis accidere quidem solet, biliosis non item. Et in illis cerebrum morbum progignit, ad quod in primis duae venae crassae tendunt, altera a iecinore, a liene altera, per quas maximam spiritus partem ducimus, nam sunt haec corporis spiracula, quae aërem ad se attrahunt et ad reliquum corpus deferunt et ad venulas et refrigerant corpus et spiritum rursus dimittunt, neque enim hic consistere potest; quod si fiat et alicubi concludatur, torpor illas partes occupat. Fit autem morbus in pituitosis, non in biliosis et originem habet in foetu utero etiamnum incluso; nam sicuti reliquae partes, ita cerebrum quoque purgatur et efflorescit, antequam foetus in lucem editur. Quae purgatio si rite procedat, caput est sanissimum; sin iusto maior fiat colliquatio ex toto cerebro, puer quando adolevit habebit caput morbosum et sonitus plenum, nec solem, nec frigus ferre poterit; sin nulla fiat purgatio, necessario pituitosus fiet et illi quidem, quibus ulcera in capite et ad aures et reliquam cutem nascuntur et pituita effunditur, facillime degunt aetatis progressu, nec morbo, de quo agimus, tanguntur. Sed maxime illi obnoxii sunt, quibus nihil horum evenit; quodsi fluxio ad cor et pulmonem tendat, palpitatio et anhelitus prehendunt et pectus corrumpitur; nonnulli etiam curvi redduntur; sin in ventrem, alvi fluxus oriuntur; sin ad venas supra dictas, voce destituuntur et suffocantur et spuma ex ore profluit et dentes colliduntur et manus convelluntur et oculi pervertuntur, nec mens sibi constat; nonnullis etiam stercus demittitur, alii pedibus calcitrant. Quae omnia patiuntur, quando pituita frigida in sanguinem calidum effunditur, nam hunc refrigerat et sistit. Cum multa sit fluxio et crassa, statim interimit; sin minor, perbreviter tantum superat et intercipit respirationem. Et quicumque parvuli hoc morbo corripiuntur, fere interimuntur, si maior sit fluxio; sin minor et in utramque venam descendat, vel in alterutram, sui vestigia relinquit perverso oculo, ore, cervice, manu; ceterum fere postea non amplius prehendit. Quibus vero grandioribus fluxio parva in dextram partem se convertit, ii fere sine manifesto eius indicio superesse solent, verum periculum est, ne morbus per totam vitam inhaereat, nisi idonea remedia administrentur. Ad hunc fere modum se habet morbus in pueris. Aetate provectiores autem prehendens non interficit, nec contorquet, nam venae in his latius patent et calido sanguine plenae sunt, ita ut pituita hunc superare non valeat, neque ita refrigerare ut cogat, sed ipsa superatur et brevi cum eo miscetur. Unde fit ut venae aërem recuperent et intelligentia integra sit; et praedicta signa propter corporis robur minus fortiter prehendunt. At si invadat senes, ideo eos interimit, vel partes eorum resolvit, quod venae sint vacuae et exiguus in iis sanguis, tenuis, aquosus. Quare si multum pituitae idque hiemali tempore defluat, eos necat; sin in alteram partem tantum deferatur, ea siderantur; potissimum vero in dextram partem defluit, quum in ea venae sint ampliores et numero plures. At praecipue defertur fluxio in pueris, quibus caput a sole igneve incaluerit, postea subito refriguerit. Liquescit enim propter calorem et diffusionem cerebri; secernitur vero a frigore et concretione cerebri, qua fit ut defluat. Aliis igitur haec causa est, aliis cum ventus e boreali subito fiat austrinus; ita ut cerebrum consistens illico

resolvatur et pituita abundet; quin defluxio fit etiam ob terrorem, quo sanguis consistit et pituita secernitur. Hae causae temporariae in pueris: provectioribus autem aetate in primis inimica est hiems. Quum enim ab igne caput et cerebrum incaluit et postea in frigore homo horrescit et e frigore ad ignem accedit, idem patitur. Periculum etiam ne vere eodem modo afficiantur, si sole caput incalescat: minus vero aestate, quia illo anni tempore minus magnae tempestatis mutationes accidere solent. Post vigesimum autem annum completum morbus vix amplius invadit, nisi eos, quibus a pueris est familiaris; nam venae sanguine turgent et cerebrum consistit et durius factum est, ita ut in venas non amplius descendat pituita, neque licet descendat sanguinem superet, utpote copiosum et calidum. At quibus a pueris inde accidere soleat, maxime id patiuntur in ventorum vicissitudine et praecipue flante austro et difficilis est eius sanatio: nam cerebrum naturae modum humoris abundantia et pituitae excedit, ita ut fluxio crebrior sit, nec tamen excerni possit pituita, nec resiccari cerebrum. Res maxime apparet in capris, quae ex animalibus praesertim hoc morbo tanguntur, quarum caput si disseces, cerebrum humidum conspicies et humore repletum et male olens, unde constat non Deum corpus laedere, sed morbum. Neque aliter res se habet in hominibus: nam ubi diutius inhaesit morbus, sanari non amplius potest, quum cerebrum a pituita corrodatur et diffluat."

„Iam vero ii, qui morbo adsueverunt, praesentiunt quando ipsos sit prehensurus et ex hominum conspectu aufugiunt domumque se recipiunt, vel nisi haec in propinquo sit, in solitudinem abeunt et vestibus sese contegunt pudore moti, non numinis metu, ut vulgo putatur. Pari autem modo pueri morbo adsueti ad matres confugiunt formidine perculsi, necdum enim mali hos pudet."

„His igitur de causis in ventorum vicissitudine epilepsiam eos invadere affirmo maximeque austro spirante, tum etiam borea, qui venti maxime sibi sunt contrarii. Boreas enim aërem densat et purgat et ex rebus omnibus humorem et caliginem excernit, ut sit saluberrimus. Auster vero contraria omnia efficit; nam aërem densatum diffundit idque temporis tractu demum, quum primo leniter spirare incipiens aërem densatum superare nondum possit, idemque facit in rebus quibusvis, quibus humor inest, quae e limpidis fiunt caliginosae, e frigidis calidae, e siccis humidae. Sol autem et astra hebetiore lumine ut fulgeant efficit. In homine cerebrum dissolvit et venas laxat, quum contra spirante Borea sanior cerebri pars densetur, morbosa vero excernatur, unde fluxiones in horum ventorum vicissitudine."

„Tenendum autem hominibus e cerebro oriri et voluptates et gaudia et tristitiam et dolores; illo sapimus, intelligimus, cernimus, audimus; eodem insanimus, et deliramus, et metuimus et insomnia fiunt et curae. Quorum omnium cerebrum origo est, cum minus recte valet. Et insanimus quidem propter eius humiditatem; quodsi enim humidius est, necesse est ut moveatur, quo facto nec visus, neque auditus sibi constant, sed alio tempore aliud quid videmus et audimus et lingua ea profert, quae alia alio tempore homo videt et audit. Fit autem cerebri corruptio a pituita et bile; utrumque vero hac ratione dignoscitur: qui propter pituitam insaniunt tranquilli sunt, nec clamant, nec tumultuantur; qui vero propter bilem, vociferantur et mala quaevis perpetrant. Hae igitur causae sunt iis, qui perpetuo insaniunt. Sin terrores et metus subinde infestent, a cerebri commotione oriuntur, commovetur autem

calore incalescitque bile ad cerebrum advecta e corpore per venas sanguiferas. Deprimitur vero homo et angitur cerebro refrigerato et praeter consuetudinem densato, quod ex pituita fit, ab eademque affectione existit oblivio. Noctu vero in somnis clamant et vociferantur, quando cerebrum bile incalescit. Itaque his in rebus istam partem plurimum valere existimo. Quippe si valet, ea quae ab aëre accidunt nobis significat; aër autem illi intellectum praebet; oculi vero et aures et lingua et manus et pedes ea, quae cerebrum vult, administrant. Quantum enim aëris fit particeps, tantum corpus intelligit: cerebrum autem ad intellectum est internuncius. Nam cum homo spiritum ducit, aër primum ad cerebrum fertur et inde ad partes ceteras relicto in illo vigore suo et quidquid habet prudentiae et intelligentiae. Nimirum si prius ad reliquum corpus aër deveniret et dein ad cerebrum, calidus et impurus mixtusque humore, quem habent carnes et sanguis, adferretur. Ideo affirmo cerebrum esse intelligentiae interpretem. At *αἱ φρένες* fortuito et ex communi linguae usu illud nomen obtinuerunt, neque enim quidquam ad intelligentiam et mentem conferunt, sed si quis inexspectato valde gaudeat, vel doleat, resiliunt propter suam tenuitatem et tensionem. Nonnulli vero corde nos sapere dicunt idque esse quod in nobis dolorem et curas sentiat; verum secus est, sed convellitur perinde ac *φρένες*, quin magis etiam iisdem de causis. Scilicet ex toto corpore venae ad cor tendunt easque cor in se conclusas continet, ita ut sentiat, si quis dolor aut contentio quaedam homini accidat. Nec tamen sive cor, sive *φρένες* intelligentiae sunt participes, verum horum omnium origo est cerebrum. Quemadmodum igitur cerebrum omnium corporis partium primum intelligit et aërem sentit, ita et si quae maior mutatio in aëre fiat propter anni tempestatem, ipsum etiam ab aëre mutatur."

„Morbus autem, qui sacer dicitur, ab iisdem originem ducit causis, a quibus ceteri etiam oriuntur, i. e. ab iis, quae ad corpus admoventur, vel ab eo semoventur, a frigore, sole, ventis perpetuo mutabilibus, nec sibi constantibus. Sunt autem ista divina, ita ut hunc morbum a reliquis seiungere et illis diviniorem habere non liceat, sed omnes pari modo et divini et humani sint reputandi. Singuli vero suam habent potestatem, neque ullus remediis et auxiliis est superior, sed plerique ipsis illis rebus, unde nascuntur, sanari possunt: alterum enim alteri alimento est interdumque pernicies. Quod quidem medicum novisse oportet et occasiones captare ut alterum augeat, alterum minuat et demat. Decet autem et hunc morbum et ceteros omnes minuere administratis illis, quae maxime adversa sunt; nam ab his decrescunt et evanescunt. Qui vero in hominibus eiusmodi mutationem efficere valet et hominem victus rationis ope humidum et siccum et calidum et frigidum reddere, is, si occasionem, qua singula profutura sint, probe dignoscat, hunc quoque morbum curare poterit sine expiationibus et arte magica et illiberalibus aliis quibuslibet."

Huc redit libri argumentum: eum autem iterum percurremus, ut videamus, num quid sit quod advertat et ad rem faciat.

Advertit quidem statim exordium libri: *περὶ μὲν τῆς ἱερῆς νούσου καλεομένης ὧδε ἔχει· οὐδέν τί μοι δοκέει τῶν ἄλλων θειοτέρη εἶναι νούσων οὐδὲ ἱερωτέρη, ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχειν, ἥν καὶ τὰ λοιπὰ νοσήματα, ὅθεν γίγνεται.* Scilicet tum ad haec verba, tum ad omnem in hoc libello demonstrationem non divinam, nec ceteris magis sacram esse *τὴν ἱερὴν νόσον*, sed a sua eam pendere causa, conferri debent duo loci e libro de aëre, aquis et locis, qui veluti

fundamentum subiecti sunt universae auctoris nostri argumentationi. Alter est p. 244. vol. I.: *τοῖσι δὲ παιδίοισι ἐπιπίπτειν σπασμοὺς καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ θεῖον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι.* Alter est l. l. p. 277. de Scytharum eviratorum morbo: *Οἱ μὲν οὖν ἐπιχώριοι τὴν αἰτίην προστιθέασι θεῷ καὶ σέβονται τούτους τοὺς ἀνθρώπους καὶ προσκυνέουσι δεδοικότες περὶ ἑωυτῶν ἕκαστοι. Ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτῷ δοκεῖ ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι καὶ τἄλλα πάντα καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου θειότερον, οὐδὲ ἀνθρωπινώτερον, ἀλλὰ πάντα ὁμοῖα καὶ πάντα θεῖα· ἕκαστον δὲ ἔχει φύσιν τῶν τοιούτων καὶ οὐδὲν ἄνευ φύσιος γίγνεται.* Ecce! aut ego fallor, aut e duobus hisce locis totus de morbo sacro libellus veluti natus est. Vel hoc solum iam suspicionem movet libellum esse recentioris temporis quam Hippocratis. Sed tota argumentandi ratio in hoc libello ab Hippocratis persona aliena est, quod exemplo paulo post probabimus.

Quodsi intenta mente persequamur capitis 2[i] partem, quae est ab eius principio usque ad verba *Ἐγὼ δὲ δοκέω Λιβύων κ. τ. λ.*, vel sola haec tam longe ducta expositio de simulatione et ineptis praeceptis circulatorum indicio est hoc opusculum non ab ipsius Hippocratis manu esse. Si rem existimare licet ex iis, quae Hippocrates de aliorum reprehensione habet in libro de victu acutorum et de aëre, aquis, locis, in eiusmodi nugis enarrandis tam amplus profecto non fuerit divinus senex. Tum vero parum probabilia nec magni ingenii viro digna censeo verba: *ἐμοὶ δὲ δοκέουσι οἱ πρῶτον τοῦτο τὸ νόσημα ἀφιερώσαντες τοιοῦτοι εἶναι ἄνθρωποι, οἷοι καὶ νῦν εἰσι μάγοι τε καὶ καθαρταὶ καὶ ἀγύρται καὶ ἀλαζόνες, ὁκόσοι δὴ προσποιέονται σφόδρα θεοσεβέες εἶναι καὶ πλέον τι εἰδέναι.* Nempe populum scilicet fallendi causa antiquo tempore hunc morbum sacrum fuisse aestimatum, nemo facile credat; certissimum est symptomatum vehementiam et invasionem ex inopinato et metum, quem spectantibus iniicit, morbi *ἀφιερώσει* ansam praebuisse, qua de re vix aliter sentire potuisse Hippocratem conficio e locis paulo ante adlatis e libro de aëre, aquis et locis.

Memorabilis etiam locus est eiusdem capitis, ubi auctor: *Ἐγὼ δὲ δοκέω*, inquit, *Λιβύων τῶν τὴν μεσόγειον οἰκεόντων οὐδένα ὑγιαίνειν, ὅτι ἐν αἰγείοισι δέρμασι κατακέαται καὶ κρέασι αἰγείοισι χρῶνται, ἐπεὶ οὐκ ἔχουσι οὔτε στρῶμα, οὔτε ἱμάτιον, οὔτε ὑπόδημα ὅ τι μὴ αἴγειόν ἐστι· οὐ γάρ ἐστι ἄλλο προβάτιον οὐδὲν ἢ αἶγες καὶ βόες.* Cum quo conferenda verba libri de morbis IV. (p. 474. huius vol. II.): *καὶ τῶν μὲν Λιβύων χρέονται οἱ πλεῖστοι τῶν κτηνέων τοῖσι μὲν δέρμασι ἀντὶ ἱματίων, τῇσι δὲ κοιλίῃσι ἀντὶ θυλάκων· ἰσχυρὸν γὰρ χρῆμα ἡ κοιλίη ἐστι.* Nempe advertit in utroque libro, in quo manifesta imitationis libri de aëre, cett. vestigia deprehenduntur, sermonem fieri de eadem fere re ad Libycos pertinente, ita ut suspicio sponte nascatur ista desumpta esse e deperdita parte scripti illius vere Hippocratei. Praeterea vero me iudice vix credere licet, incertum auctorem nostrum hoc loco non respicere ipsum morbum sacrum cum dicit *οὐδένα ὑγιαίνειν τῶν Λιβύων*, modo comparemus locum de capris, qui habetur § 14. libelli, de quo agimus.

Quodsi respiciamus totum locum, qui est a verbis sub finem capitis 3. *καί τοι ἐμοί γε οὐ περὶ εὐσεβείης κ. τ. λ.* usque ad extremum caput 4., in his omnibus argumentatio inest talis, qualem potius a sophista aliquo quam ab Hippocrate exspectes. Quin ipsa quoque oratio dissimilis est simplici orationi Hippocrateae. Exempla si velis, in fine cap. 3. legis *τό τε εὐσεβὲς καὶ θεῖον αὐτῶν ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιόν ἐστι ὡς ἐγὼ διδάξω.* Paulo infra initium

cap. 4: *εἰ γὰρ ἄνθρωπος μαγεύων τε καὶ θύων σελήνην τε καταιρήσει καὶ ἥλιον ἀφανιεῖ καὶ χειμῶνα καὶ εὐδίην ποιήσει, οὐκ ἂν ἔγωγέ τι θεῖον νομίσαιμι τούτων εἶναι ἀλλ' ἀνθρώπινον, εἰ δὴ τοῦ θείου ἡ δύναμις ὑπὸ ἀνθρώπου γνώμης κρατέεται καὶ δεδούλωται.* Et eodem cap. sub finem: *οὐ μέν τοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι, τὸ ἐπικηρότατον ὑπὸ τοῦ ἁγνοτάτου.* In talibus potius rhetorem ac sophistam audire mihi videor quam senem Coum.

Quod autem dixi de imitatione libri de aëre, cett. in hoc libello observanda, huius rei illustre exemplum habemus in his verbis capitis 5.: *εἰ γὰρ ἐκ φλεγματώδεος φλεγματώδης καὶ ἐκ χολώδεος χολώδης γίγνεται καὶ ἐκ φθινώδεος φθινώδης καὶ ἐκ σπληνώδεος σπληνώδης, τί κωλύει ὅτῳ πατὴρ καὶ μήτηρ εἴχετο νοσήματι καὶ τῶν ἐκγόνων ἔχεσθαί τινα; ὡς ὁ γόνος ἔρχεται παντόθεν τοῦ σώματος ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός.* Compara mihi cum hisce locum (p. 268. vol. I.) e lib. de aëre cett.: *Ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται τοῦ σώματος ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός. Εἰ οὖν γίγνονται ἔκ τε τῶν φαλακρῶν φαλακροὶ καὶ ἐκ γλαυκῶν γλαυκοὶ καὶ ἐκ διεστραμμένων στρεβλοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος καὶ περὶ τῆς ἄλλης μορφῆς ὁ αὐτὸς λόγος, τί κωλύει καὶ ἐκ μακροκεφάλου μακροκέφαλον γίγνεσθαι;* — Quid quaeris? Itane se ipsum descripsisse Hippocratem? Manifesto furti reus deprehenditur sophista. Putidam habemus loci Hippocratei imitationem, nihil aliud. Formula autem *τί κωλύει* legitur etiam cap. 3. haud procul ab initio.

Alio nomine memorabilis est locus cap. 6., ubi venarum descriptio haec: *καὶ φλέβες δ' ἐς αὐτὸν τείνουσι* (i. e. *ἐς τὸν ἐγκέφαλον*) *ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος πολλαὶ καὶ λεπταὶ, δύο δὲ παχεῖαι, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ σπληνός.* Et in fine eiusdem cap.: *διατέταται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς φλὲψ ἐς τὰ ἀριστερὰ καὶ κάτω καὶ ἄνω, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, λεπτοτέρη δὲ καὶ ἀσθενεστέρη.* Quippe mihi quidem quae auctor noster monet de venarum ortu ac decursu maxime convenire videntur cum iis, quae de Diogenis Apolloniatae illarum descriptione tradit Aristot. hist. anim. III. 2. *Εἰσὶ δύο αἱ μέγισται· — καὶ καλεῖται ἡ μὲν σπληνῖτις, ἡ δὲ ἡπατῖτις.* Videbimus autem infra iterum vestigium doctrinae eiusdem Diogenis.

Quod ad ea attinet, quae habentur cap. 8. *ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίγνεται τοῖσι μὲν φλεγματίῃσι, τοῖσι δὲ χολώδεσι οὔ* et quaecumque de morbi sacri ortu et causis praeviis et temporariis auctor incertus disputat, ea mihi videntur pendere e locis libri de aëre, cett. de fluxionibus e capite ad reliquum corpus descendentibus. Statim observandus locus e fine cap. 3. (p. 245. vol. I.) *καὶ ὁκόταν τὰ πεντήκοντα ἔτεα ὑπερβάλωσι κατάρροοι ἐπιγενόμενοι ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου παραπληκτικοὺς ποιέουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὁκόταν ἐξαίφνης ἡλιωθέωσι τὴν κεφαλὴν, ἢ ῥιγώσωσι.* Tum in censum venit is, qui § 15. (p. 261. l. l.) legitur: . . . *τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι κατάρρους διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ τὴν ἔκτηξιν τῶν φλεβῶν, ὥστε ἐξαίφνης τοὺς μὲν ἀπόλλυσθαι τοὺς δὲ παραπλήκτους γίγνεσθαι τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερά. Ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ ἐπόμβρου καὶ θερμοῦ τὸ σῶμα μὴ ξυνίστηται, μηδὲ αἱ φλέβες τοῦ ἦρος ἐπιγενομένου βορείου καὶ αὐχμηροῦ καὶ ψυχροῦ, ὁ ἐγκέφαλος ὁπηνίκα αὐτὸν ἔδει ἅμα τῷ ἦρι διαλύεσθαι καὶ καθαίρεσθαι ὑπό τε κορύζης καὶ βράγχων, τηνικαῦτα πήγνυταί τε καὶ ξυνίσταται, ὥστε ἐξαίφνης τοῦ θέρεος ἐπιγε-*

νομένου καὶ τοῦ καύματος καὶ τῆς μεταβολῆς ἐπιγενομένης, ταῦτα τὰ νοσεύματα ἐπιπίπτειν. — Ex duobus hisce locis Hippocratis, me iudice, universa morbi causarum et symptomatum interpretatio, quam in libello περὶ τῆς ἱρῆς νούσου legimus, originem duxit. Quod breviter adnotasse sufficiat; unusquisque enim singula eo spectantia iam facillime reperiet.

Cum his proxime cohaerent quae de catarrhis in venas defluentibus sanguinemque sistentibus et de aëre intercluso proponuntur § 10. sub finem, aliis locis et quae convenire cum doctrina § 7. seqq. additamentorum spuriorum ad librum de victu acutorum in adnotatis vol. I. scripsimus.

In § 16. libelli, de quo agimus, iterum habemus luculenta imitationis libri de aëre, cett. exempla; nam de Borea ibi similia dicuntur atque in hoc de sole. Nempe § 16.: ἐκκρίνει γάρ, inquit, ἐξ ἁπάντων τὴν νοτίδα καὶ τὸ δνοφερὸν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων. Et ubi de austro paulo post loquitur: τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο, inquit, καὶ τὴν γῆν ἐργάζεται καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς κρήνας καὶ τὰ φρέατα καὶ ὅσα φύεται καὶ ἐν οἷσι ὑγρόν ἐνεστι· ἔστι δὲ ἐν παντὶ, ἐν μὲν τῷ πλέον, ἐν δὲ τῷ ἔλασσον. Cum quibus mihi confer locum e § 10. libri de aëre, cett. (p. 254. vol. I.): ἀνάγει δὲ (ὁ ἥλιος) τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μόνον τῶν λιμναίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ θαλάσσης καὶ ἐξ ἁπάντων ἐν ὁκόσοισι ὑγρόν τί ἐστι· ἔνεστι δὲ ἐν παντὶ χρήματι· καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων ἀνάγει τὸ λεπτότατον τῆς ἰκμάδος καὶ κουφότατον. — Apparet iterum librum de aëre, cett. ab incerto auctore nostro fuisse tritum, orationem illum perinde ac placita summa in usum suum convertisse.

Eodem capite legimus verbum λαγαρίζειν, de quo in adn. dixi (p. 69. vol. II.) Locus e libello de corde, ubi λαγαρός legitur, est p. 487. ed. Kühn.: ἀτὰρ ἥδε (ἡ τῆς καρδίης κοιλίη ἡ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι) καὶ πάμπαν εὐρυκοίλιος καὶ λαγαρωτέρη πολλῷ τῆς ἑτέρης.

Advertit placitum § 19. propositum de cerebro ab aëre τὴν φρόνησιν accipiente et ea, quae de sensibus ibi dicuntur, et quod § 20. scribitur, ubi redarguitur doctrina illorum, qui τῇ καρδίῃ nos φρονεῖν contendant. Nimirum in his vestigia apparent doctrinae Anaximenis rerum principium aërem esse statuentis: ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίγνεσθαι καὶ εἰς αὐτὸν πάντα ἀναλύεσθαι· οἷον ἡ ψυχὴ, φησὶ, ἡ ἡμετέρα ἀὴρ οὖσα συγκρατεῖ ἡμᾶς καὶ ὅλον τὸν κόσμον πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει. Plut. de placitis philosoph. I. 3. Sed quemadmodum Anaximenis placitum hoc loco basis est doctrinae sophistae nostri, ita Diogenem Apolloniaten plura protulisse de illo constat eaque talia ut partim cum auctoris nostri monitis conspirent, partim non. Ita l. l. IV. 5. Plutarchus: (τὸ ἡγεμονικόν, inquit, τῆς ψυχῆς τίθησι) Διογένης ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίῃ τῆς καρδίας, ἥ τις ἐστὶ καὶ πνευματική. Quod non congruit cum sophistae nostri verbis § 20. Λέγουσι δέ τινες, ὡς φρονέομεν τῇ καρδίῃ κ. τ. λ. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. Sed idem, quod Diogenes, statuit auctor libelli de corde p. 490. Kühn., ubi: γνώμη γάρ, inquit, ἡ τοῦ ἀνθρώπου πέφυκε ἐν τῇ λαιῇ κοιλίῃ καὶ ἄρχει τῆς ἄλλης ψυχῆς. Hinc puto constare auctorem nostrum fortasse legisse, sed profecto non composuisse libellum de corde, de qua re paulo post plura. Sed apud Theophr. περὶ αἰσθήσιος (p. 682. ed. Schneid.) legimus: Διογένης δ' ὥσπερ τὸ ζῆν καὶ τὸ φρονεῖν τῷ ἀέρι καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀνάπτει. Quod rursus satis convenit cum iis, quae noster § 19. habet et quae inde explicanda videntur.

Quod autem dixi libellum de corde non esse conscriptum ab incerto auctore nostro, ideo monui, quia loci sunt in utroque libello, qui in eam opinionem aliquem inducere possint. Noster § 20.: *αἱ δὲ Φρένες*, inquit, *ἄλλως οὔνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημένον καὶ τῷ νόμῳ, τῷ δ' ἐόντι οὐκ, οὐδὲ τῇ Φύσι, οὐδὲ οἶδα ἔγωγε τίνα δύναμιν ἔχουσί αἱ Φρένες, ὥστε Φρονέειν τε καὶ νοέειν .... ἀλλὰ μάτην τοῦτο τὸ οὔνομα ἔχουσι καὶ τὴν αἰτίην, ὥσπερ τὰ πρὸς τῇ καρδίῃ ὦτα καλέεται οὐδὲν ἐς τὴν ἀκοὴν ξυμβαλλόμενα.* Moneo primum *ὡς ἐν παρέργῳ* neminem in his facile Hippocratem agnoscere. Sed de quo dicere coeperam, confer mihi cum his locum libelli *περὶ καρδίης* (p. 488. Kühn.): *ἀγχοῦ δὲ τῆς ἐκΦύσιος τῶν Φλεβῶν σώματα τῇσι κοιλίῃσι ἀμΦιβέβηκε μαλθακὰ σηραγγώδεα, ἃ κικλήσκεται μὲν οὔατα, τρήματα δὲ οὐκ ἔστι οὐάτων· ταῦτα γὰρ οὐκ ἐνακούουσι ἰαχῆς, ἔστι δὲ ὄργανα, τοῖσι ἡ Φύσις ἀρπάζει τὸν ἠέρα.* — Hinc fere effeceris sophistam nostrum legisse libellum *περὶ καρδίης*, quem illum non conscripsisse conficio praeterquam ex opinionum diversitate ratione habita placiti primarii de mentis sede, etiam ex colore orationis diverso, quippe qui in libello de corde ornatior scilicet quam in hoc est. Fieri igitur possit, ut ex eo libello noster tum ea, quae de cordis auriculis citavi, habeat, tum verbum *λαγαρίζειν*; neque vero negligendum § 21. libelli nostri legi *ὑπὸ μὲν γὰρ τῆς ξυνηθείης θάλλει τε καὶ αὔξεται* et § 16. sub finem *ἡ νοῦσος αὕτη γίγνεταί τε καὶ θάλλει*, cum in libro de corde haud procul ab initio legas: *γεγένηται δὲ τούτου ἕνεκα, ὅκως θάλλῃ* (vitiose *θάλληται* scriptum est) *ῥωσκόμενος ἐν Φυλακῇ.*

Quodsi omnia, quae huc usque disputavimus, reputemus, sententia nostra de hoc libello huc fere redit.

Opusculum de morbo sacro inscriptum profecto Hippocratem non habet auctorem; cui quo minus tribuamus plura vetant. Et primum quidem totum argumentum libelli indignum est summo et ingenioso naturae observatore Graeco; tum argumentandi ratio sophistam prorsus redolet et a mente senis Coi quam alienissima est. Ipsa porro oratio Hippocratis opus non esse ostendit, quin certissima putidissimae imitationis locorum Hippocrateorum e libro de aëre, aquis et locis obfert exempla. Totum autem opusculi argumentum pendet e duobus locis ex isto scripto senis Coi.

Quis auctor sit, prorsus incertum; sed illum libellum de corde legisse fere suspiceris. Utrumque tamen libellum diversis scriptoribus deberi docet orationis diversitas et opinio diversa de mentis sede. Mediocris ingenii sophistam libellum conscripsisse omnia testantur, quae circa materiam et formam libelli annotavimus.

§ 15.

De libris de Natura hominis et de Victu salubri.

Quare hos libellos coniunxerim statim apparebit, cum Galeni, cuius in utrumque habemus commentarium, aliorum, qui apud eum memorantur, de illis sententiam cognoverimus.

Haud procul ab initio commentarii (p. 4. ed. Kühn.) libellum *περὶ Φύσιος ἀνθρώπου* appellat *σύγγραμμα Ἱπποκράτειον*. Eidemque auctori adscribit in opere de Elem. sec. Hipp. cett. (vide p. 419. 426. 448. seqq., 456. 476. seqq., 501. 506.).

Paulo post locum habemus, quem licet longior sit describam: p. 9.: *διό*, inquit, *καὶ θαυμάσειεν ἄν τις ἐκείνων, ὅσοι νομίζουσι τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου βιβλίον οὐκ εἶναι τῶν γνησίων Ἱπποκράτους, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ καλεῖν εἰώθασι, νόθον, ἀπατηθέντες ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ διεσκευασμένων τε καὶ παρεγγεγραμμένων, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν αὐτοῖς τούτοις ἐπιδείξω τοῖς ὑπομνήμασι, ἀρκεῖ δὲ νῦν ἐρεῖν ὅσα κἂν τῷ γνησίῳ ἢ καὶ νόθῳ Ἱπποκράτους συγγράμματι εἴρηται κατὰ λέξιν οὕτως ἔχοντα* (eximenda videntur verba *κατὰ λέξιν οὕτως ἔχοντα*; referunt solitam formulam citationis locorum, sed hic nullus citatur)· *τούτου τοῦ βιβλίου τὸ μὲν κατὰ τὸ ἓν γράμμα μέρος τὸ πρῶτον εἰς διακοσίους καὶ τεσσαράκοντα στίχους ἐξήκει, δεικνῦον ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ τὰ μὲν* (*τῶν* lege) *ζώων σώματα γεγονέναι μετὰ τοῦ καὶ διδάξαι περὶ τῆς τῶν χυμῶν φύσεως, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ποικίλον τ'* (dele *τ'*) *ἐστί· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αὐτοῦ μέρος διακρίνει τὰς σποραδικὰς ὀνομαζομένας νόσους ἀπὸ τῶν ἐπιδημίων γε* (lege *τε*) *καὶ λοιμωδῶν ἰδίαν τε θεραπείαν ἑκατέρου τοῦ γένους ἐν τῷ καθόλου διδάσκει· τὸ δὲ μετ' αὐτὸ ἀνατομὴν φλεβῶν διέρχεται· κἄπειτα περὶ νοσημάτων ἐστὶ ποικίλη διδασκαλία καὶ μετὰ ταῦτα ὑγιεινὴ δίαιτα προς ἰδιώτας γεγραμμένη· κἄπειτ' ἐφεξῆς ὅπως ἄν τις τοὺς παχυτάτους ἀνθρώπους λεπτύνειεν, ἢ τοὺς λεπτοτάτους σαρκώσειεν, οἷς ἔζευκται διδασκαλία περὶ ἐμέτων· εἶτά τις ὑπογραφὴ διὰ βραχέων διαίτης παιδίων καὶ μετὰ ταῦτα γυναικῶν, εἶτα τῶν γυμναζομένων, εἶτ' ἐπὶ τέλει πρόσκειται διὰ στίχων ὡς δέκα περὶ τῶν ἐγκεφάλου νόσων εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε προσερριμμένον. εὔδηλον οὖν ὅτι τὸ μὲν ὅλον βιβλίον ἐκ πολλῶν διεσκεύασται καὶ σύγκειται σχεδὸν εἰς ἑξακοσίους στίχους, ἢ βραχύ τι ἧττον ἐκτεταμένον.*

Constat Galenum de utroque libello hic loqui, quasi unum opusculum efficiant alter de natura hominis, alterque, qui de victu salubri inscribitur.

Primam quidem, quam distinguit, partem efficiunt §§ 1—8. libri *περὶ φύσιος ἀνθρώπου*. Ab hac inde reliqua *ποικίλον* aliquod scriptum illi referre videntur.

Altera vero pars eius componitur §§ 9. 10. 11. nobis. Tertia § 12. Quarta §§ 13—16.

Quintam partem ex Galeni divisione efficit libelli *περὶ διαίτης ὑγιεινῆς* § 1.; sextam § 2—5.; septimam § 6.; octavam § 7.

Nona est locus ille e libro de morbis II., quem in adn. descripsi; cum quo num coniunctum viderit illud initium libri *περὶ παθῶν*, quod in superioribus editionibus loco e libro *περὶ νούσων* subiungitur, non certo constat. Etenim in enumeratione partium libri, quam iam persecuti sumus, de illo altum silentium itemque in commentarii fine, i. e. in exegesi loci de morbis ab encephalo, quem suppressi. Nec tamen inde certo statuere ausim Pergamenum illam periodum non vidisse, quum facile fieri potuerit, ut eius mentionem facere noluerit in explicatione, etiamsi eam viderit. Neque enim perspexit hos locos, aut priorem saltem pertinere ad alium librum in sylloge operum Hippocrati adscriptorum.

Deinceps autem Galenus proponit iudicium suum de partibus singulis (p. 10. 11.), ubi obiter scripturae vitio illum liberabimus, nam cum: *ἔχει δέ*, inquit, *τὸν μὲν πρῶτον λόγον, ἔνθα περὶ τῶν στοιχείων καὶ τῶν χυμῶν διέρχεται παντοίως ἐχόμενον τῆς Ἱπποκράτους τέχνης*, legendum est *πάντως ἐχόμενον*. Simile autem iudicium profert de parte altera. Tertiam contra de venis pravam esse totam dicit, quum neque cum rebus ipsis congruat descriptio, neque cum iis, quae Epid. II. de eodem argumento leguntur. E sequentibus dein

alia *παρεγκεῖσθαι* dicit, alia cum Hippocratis arte conspirare, *ὥσπερ ὅσα περὶ τῆς ὑγιεινῆς διαίτης εἴρηται.*

His traditis redit ad partem illam primam et: *τὸ δὲ πρῶτον*, inquit, *αὐτοῦ μέρος ἁπάσης τῆς Ἱπποκράτους τέχνης ἔχει τὴν οἷον κρηπῖδα, διὸ καὶ θαυμάζειν ἔφην ἐνίων ἀποξενούντων αὐτὸ τῆς τοῦ Ἱπποκράτους ἐννοίας. οἱ πλεῖστοι μὲν γὰρ τῶν γνόντων* (*τὴν* interpone) *Ἱπποκράτειον τέχνην τοῖς γνησίοις αὐτὸ συγκαταριθμοῦσι νομίζοντες τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους σύγγραμμα, τινὲς δὲ Πολύβου τοῦ μαθητοῦ τε ἅμα καὶ διαδεξαμένου τὴν τῶν νέων διδασκαλίαν.* Polybum autem fuisse virum dicit, *ὃς οὐδὲν φαίνεται μετακινήσας τῶν Ἱπποκράτους δογμάτων ἐν οὐδενὶ τῶν ἑαυτοῦ βιβλίων.* Quo tamen audito fere quaeras ex Galeno, qui sint illi libri, quos certo Polybo tribuat?

Provocat porro ad Platonem et locum, quem vidimus supra § 13. horum prolegomenorum usurpatum a Littréo, ut librum de vetere medicina Hippocrati vindicaret, adfert e Phaedro ut hunc nostrum libellum a Platone respici demonstret. Neque vero hoc loco solum id facit, sed postea iterum, ubi de fine § 8vae agit (p. 104.). At ex eiusmodi Platonis loco, quod supra ad librum de vetere medicina iam diximus, non multum certi, quod attinet ad auctoritatem libelli nostri, deduxeris.

Advertit dein locus p. 13. commentarii ubi: *τὸ σύγγραμμα τοίνυν*, inquit, *ἔστω μήθ' Ἱπποκράτους, μήτ' αὐτοῦ* (lege *αὖ τοῦ*) *Πολύβου, μήδ' εἰ βούλοιντο, γεγράφθω τὴν ἀρχήν τι σύγγραμμα περὶ φύσιος ἀνθρώπου, δεικνύον ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ τὰ σώμαθ' ἡμῶν γεγονέναι. εἰ γὰρ καὶ τοῦτ' αὐτοῖς χαρισόμεθα, τό γε ἐκ τούτων συγκεῖσθαι τὰ σώματα ἡμῶν Ἱπποκράτους ἐστὶ δόγμα.* Videmus Galenum moleste ferre se quaestionem dirimere non posse; quin in seqq. me iudice adeo omnia miscet, ut ea silentio supprimere quam in lucem protrahere malim.

Haec quidem e prooemio Galeni tenenda videntur; sed non minus ad rem, de qua agimus, faciunt loci alii, quos deinceps colligere iuvat.

Principio commentarii secundi: *αὐτὸ μέν*, inquit, *τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου βιβλίον ἐν τῷ προτέρῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἐξήγημαι. νυνὶ δὲ τὰ προσκείμενα κακῶς αὐτῷ προχειριοῦμαι συγκείμενα καὶ αὐτὰ μετὰ διασκευῆς. ἓν μὲν γάρ ἐστι μικρὸν βιβλίον, ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων διαίτης γέγραπται καὶ δοκεῖ Πολύβου εἶναι σύγγραμμα τοῦ Ἱπποκράτους μαθητοῦ. τὸ δὲ μεταξὺ τούτου τε καὶ τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου διεσκεύασται παρεγγεγραμμένον ὑπὸ τοῦ πρῶτον συνθέντος ἐς ταὐτὸ τὰ δύο ταῦτα βιβλίδια, τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου, τοῦ Ἱπποκράτους αὐτοῦ σύγγραμμα, καὶ τὸ Πολύβου περὶ διαίτης ὑγιεινῆς. ἐν γὰρ τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων, ἡ περὶ τὰς ἀπογραφὰς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν εἰς τοὺς βασιλέας ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα· μικρῶν οὖν ὄντων ἀμφοτέρων τῶν βιβλίων τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ τοῦ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, εὐκαταφρόνητον ἑκάτερον τοῦτο εἶναί τις δόξας διὰ τὴν μικρότητα συνέθηκεν εἰς ταὐτὸ ἄμφω, καί τις ἴσως ἄλλος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ πρῶτος αὐτὰ συνθεὶς παρενέθηκέ τινα μεταξὺ τῶν δύο ταυτὶ τὰ νῦν προχειρίζεσθαι μέλλοντα.*

Itaque Galeno teste duo fuerunt libelli per se constantes, quorum alter de natura hominis

Hippocratis scriptum fuerit, alter de victu salubri Polybi, reliqua interpolata ei videntur et illis addita, sive quum in unum utrumque opusculum coniungebatur, sive postquam hoc acciderat.

Quemadmodum in prooemio ad commentarium secundum illa exposuit Pergamenus, ita aliud quid narrat in explicatione verborum, quae § 9. nobis leguntur. Nempe p. 110.: *ταύτης ὅλης*, inquit, *τῆς ῥήσεως ἑκάστῳ στίχῳ Διοσκουρίδης προέγραψε σημεῖον, ὃ καλοῦσιν ὀβελὸν, οἵῳ σημείῳ καὶ Ἀρίσταρχος ἐχρήσατο παρὰ τῷ ποιητῇ πρὸς τοὺς ὑποπτευομένους ὑπ' αὐτοῦ στίχους. ταῦτα μὲν ὁ Διοσκορίδης ἔγραψεν εἰκάζων εἶναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν Ἱπποκράτους, τοῦ Θεσσαλοῦ υἱέος. δύο γὰρ υἱοὶ οὗτοι γεγόνασι τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους, Θεσσαλὸς καὶ Δράκων, ὧν ἑκάτεροι πάλιν Ἱπποκράτεις ἐγέννησαν.*

Advertunt haec verba ideo, quod ex iis constat Dioscoridem illum locum tanquam in se plenum notavisse. Ceterum quod Galenus affirmat Dioscoridem hunc locum Hippocratis nepoti tribuisse, ne temere eo auctore hoc credideris.

Auctorem vero fragmenti de venis *νέον* quemdam *Προμηθέα* appellat Galenus (p. 146.). Comparat hunc locum cum alio similis argumenti, qui Ep. II. legitur, ubi (p. 147.) *καθάπερ γοῦν*, inquit, *ἐπὶ τῆς νῦν εἰρημένης ἀνατομῆς οὐδὲν ὅλως, οὐδ' ἄχρι ῥήματος ἑνὸς ἀληθὲς εἶπεν ὁ πλάστης αὐτῶν, οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν οὐδὲν ὅλως ὁ Ἱπποκράτης ἐψεύσατο. παραφρονοῦσιν οὖν ὅσοι οὐδ' ὄναρ ἀνατομῆς ἁψάμενοι τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων ἐξηγήσεις ἐπιχειροῦσι ποιεῖσθαι. καὶ μάλιστ' αὐτῶν οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς Ἱπποκρατείους, ἑνὸς ἀνδρὸς ἡγούμενοι καὶ τοῦτον εἶναι τὸν λῆρον ἅπαντα τῆς τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς καὶ τὴν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἀκρίβειαν.*

De Polybo huius fragmenti de venis in libello, de quo agimus, auctore apud Galenum ne verbum quidem. Perstringit descriptionem, quam iure imaginariam esse dicit. Polybum doctiorem et anatomes peritiorem sibi fingit, quam ut eiusmodi *λῆρον* ab eo exspectes. Et tamen apud Aristotelem (hist. anim. III. 2. p. 91. Schneid.) pro Polybi venarum descriptione haec ipsa profertur. Nullum contra habemus argumentum, quo libellum de victu salubri, quem Polybo tribuit Galenus, huic confidenter adscribamus. De epidemiorum vero secundi auctoritate in Prolegomenis ad vol. I. suo loco vidimus. Dubitaveris fere num forte alii antiqui propter fragmentum de venis alias horum libellorum partes Polybo tribuerint; sed adhuc nulla reperi huius rei vestigia, ita ut fere potius e vana quadam opinione quam e certo aliquo indicio ita existimavisse videantur.

Notatu autem digni sunt etiam loci quidam e comm. ad § 16am de febribus. Ita p. 167.: *Ὅμοιόν τι*, inquit Galenus, *μοι δοκοῦσι πεπονθέναι οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ Σαβῖνος, τῷ νοσοῦντι μὲν ὑδερικῶς ἀνθρώπῳ, παρωνυχίαν δὲ αὐτοῦ θεραπεῦσαι φιλότερον τὸν ἰατρὸν ἀξιοῦντι.* Nimirum interpretes loco de febribus *ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἐγερθέντες* animadverterunt repugnantiam cum iis, quae in Ep. I. (scilicet *ἐν τοῖς παρεγγεγραμμένοις*) et in aphorismis dicuntur de tertiana brevi iudicio cessare solita, cum hîc febris quotidiana brevior dicatur tertiana. Sed cum in descriptione venarum (ita loquitur p. 171.) omnino nihil veri insit, id non viderunt. Tum ita pergit: *θαυμαστὸν οὖν ὅπως ἐπ' ἐκείνων μὲν οὐδὲν ἐμέμψατο τῷ γράψαντι τὰ μετὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου μέχρι δεῦρο πάντα, νυνὶ δὲ μέμφεται, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ οὐκέτι δοκεῖ τὸ βιβλίον Ἱπποκράτους εἶναι.*

Σαβίνου δὲ καὶ τῶν πλείστων ἐξηγητῶν ἔτι καὶ τοῦτ' ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι τὰ προγεγραμμένα πάντα ἐπαινοῦντες ἀεὶ θαυμασίως εἰρῆσθαι, τὸ δέ τι τἀνδρὶ καὶ δαιμονίως, τὸ δέ τι καὶ θείως, τὸ δέ τι (at hocce *τὸ δέ τι* abundat, aut post aliquid omissum est) *νῦν ἐξαίφνης μὲν ἐκείνων ἁπάντων ἐπελάθοντο. διὰ μίαν δ' ἀντιλογίαν οὐκέτ' αὐτοῖς Ἱπποκράτους εἶναι τὸ βιβλίον δοκεῖ. ἀλλὰ μετακινοῦσιν ἐπὶ Πόλυβον, ὡς αὐτοὶ μὲν ἀνεγνωκότες τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν, οὐκ ἀνεγνωκότος δὲ ταῦτα Πολύβου, ὃν ἀδύνατον ἦν, μαθητὴν Ἱπποκράτους ὄντα μὴ οὐ πολλάκις μὲν ἀκηκοέναι παρ' αὐτοῦ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν.*

Hic locus vel ideo magnopere advertit quod ex eo liquet veteres, ne Galeno quidem excepto, uti aliunde constat, Polybum aliumve librorum aut locorum auctorem sibi sumere, si quid iis insit, quod cum Hippocrateis sibi visis pugnare crederent aut indignum esse Hippocrate, cuius ipsius scripta non satis diligenter exploraverant ut germana a spuriis rite distinguerent.

Sed lepidum est quod Pergamenus dein habet: *ὥσθ' ὁ ταῦτα γράψας ἤτοι οὗτος ἦν σοφιστής, ἢ πανοῦργος ἄνθρωπος, ὡς ἔοικε, παραγράψας τὸ ψεῦδος ἕνεκα τοῦ προστρίψασθαι ψόγον τῷ παλαιῷ.* Quam quidem opinionem Galeno permittemus, nec tamen ea utemur. Verum maioris momenti est quod dicit ipsam *τοῦ συνόχου* denominationem indicio esse recentiorem aliquem haec de febribus adiecisse, quum neque Hippocrates, nec quisquam veterum *τὸν συνεχῆ πυρετὸν ὠνόμασε σύνοχον, ὥσπερ οὐδὲ οὐρήματα τὰ οὖρα, ἀλλὰ ταῦτα ὀνόματα νεωτέρων ἐστὶν ἰατρῶν, ὅσοι τὴν παλαιὰν λέξιν ἠγνόησαν.* Me iudice haec Galeno concedere oportet; sed si nomina illa occurrerent in libro, qui ceterum Hippocrati notis certis vindicari posset, liceret tamen statuere eiusmodi vocabula veteribus dictionibus fuisse supposita a librariis.

Quod postremo attuli in fine commentarii secundi in librum de natura hominis Galenus profert, qui inde pergit ad *τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, ὅ,* inquit, *Πολύβου φασὶν εἶναι σύγγραμμα.* Itaque videamus quae in comm. ad hoc scriptum memoratu digna sint.

Ac statim quidem hic rursus advertit *τὸ προοίμιον*, quod totum describere iuvat: *Ἓν τοῦτό ἐστι,* inquit, *βιβλίον ἰδίαν ἐπαγγελίαν ἔχον, ὥσπερ τὸ πρῶτον μέρος ὅλου τοῦ προκειμένου βιβλίου, καθ' ὃ περὶ φύσιος ἀνθρώπου διαλέγεται. συντετέλεσται γὰρ ἐν ἐκείνῳ τὸ ἐπαγγελθὲν, οὐδεμιᾶς ἔτι προφάσεως δεόμενον.* At hic fallitur noster eiusque verba indicio sunt, quam negligens ipse in eiusmodi rebus diiudicandis fuerit; nam infra certis argumentis demonstrabo primae partis auctorem ad operis sui partes deperditas dimittere lectorem. Sed pergamus audire Galenum! *ἐν τούτῳ δέ,* inquit, *πάλιν ἃ προὔθετο διδάσκει δι' ὅλου τοῦ βιβλίου καὶ διὰ τοῦτο τῶν μεταξὺ τῶν δύο βιβλίων τούτων ἐξαιρεθέντων, προσηκούσης ἐπιγραφῆς ἰδίας ἔτυχε τὸ σύμπαν, ἣν ἐπέγραψάν τινες αὐτῷ, περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης. ὥσπερ δὲ ἄμεμπτον μέν ἐστι πάντη τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου, μεμπτὰ δὲ πάντη τὰ παρεγγεγραμμένα μεταξὺ τῶν δύο βιβλίων, οὕτω τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς ἐν τοῖς πλείστοις μὲν ἄμεμπτόν ἐστιν, ἐχόμενον ἀεὶ τῆς Ἱπποκράτους στοιχειώσεως· ἔν τισι δ' ἄν τις αὐτῷ μέμψαιτο, παντελῶς ὀλίγοις· ὑποκείσθω δ' εἶναι Πολύβου, καθότι πολλοῖς ἔδοξε.*

Mira rursus iudicia! probat Galenus fragmentum de natura hominis et alterum de victu

salubri in unum coniungi et tamen alterum Hippocrati ipsi, alterum Polybo tribuit; hunc autem Polybo concedit *καθότι πολλοῖς ἔδοξε.* Quae, quaeso, iam fides haberi poterit veterum de his scriptis iudiciis, quos constat in iis omni modo vacillare atque omnia susque deque miscere. Habetur autem inter ea, quae inculpat Galenus, locus de vestitu in fine § 3. (vide p. 192. in comm.)

Iam vero alios ea reiecisse, quae in textu omisi, sed quorum in fine adnotationis mentionem feci, docet Galenus p. 223. extremi commentarii verbis: *εἰκότως ὑπωπτεύκασι ταύτην τὴν ῥῆσιν, ἔνιοι δὲ καὶ τελείως κατεγνώκασιν, ὡς οὔτε Πολύβου γεγραφότος αὐτὴν, οὔτε πολὺ μᾶλλον Ἱπποκράτους· ἥ τε γὰρ ἀρχὴ τοῦ λόγου παντάπασιν ἀδιόριστος, ἀξιοῦσα τὰς ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου* (*νόσους* suppleo) *νάρκην τε καὶ στραγγουρίαν ἐπιφέρειν, οὔτε εἴπερ ἡγήσαιτό τις αὐτὸν οὐ πάσας τὰς ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου νόσους ἀποφαίνεσθαι τοιαύτας ὑπάρχειν, ἀλλὰ μόνας ἐφ' ὧν κατὰ τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας ὕδωρ καὶ βλέννα ῥυεῖσα τὴν νόσον ἔπαυσεν, ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, οὔτε γὰρ ἀεὶ φαίνεται τοῦτο γιγνόμενον, οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.*

Locum integrum describo cum quia Galenus in comm. nullam facit mentionem verborum, quae initium libri *περὶ παθῶν* referre in adnotatione dixi, tum quia neque antiqui videntur, neque videtur ipse Galenus suspicatus esse locum, quem reiiciunt, ad librum II. de morbis esse referendum.

Itaque constat quid Galenus et qui ab illo memorantur veteres de his libellis senserint. Videamus iam quomodo ipsi de iis iudicare debeamus et de veterum opusculorum horum existimatione.

Primum autem hoc agamus, ut quot librorum horum partes distinguere oporteat, videamus. Nemo facile dubitaverit, quin cum veteribus aliis et Galeno § 1—8. unum quemdam continuum sermonem referre statuere debeamus. At statim observemus hunc integrum non esse nam § 8. *τὴν δὲ περίοδον*, inquit auctor, *αὖθις φράσω τὴν τῶν ἡμερέων*, cum tamen de hac re dein nihil in hoc fragmento legamus. Sed iam sponte etiam sequitur incertum esse, num titulus *περὶ φύσιος ἀνθρώπου* ipsi auctori debeatur. Quippe facile fieri possit, ut ad hoc fragmentum solum adscriptus sit a recentiore, cum forsitan totum opus, cuius partem in his capitulis 1—8. habemus, aliam tulerit inscriptionem et de pluribus quam de natura hominis egerit. Nullus dubito, quin exordium operis alicuius in hoc fragmento habeamus, sed quum manifesto fragmentum sit operis maioris, non data est copia contenta cum inscriptione comparandi, ut num haec illis respondeat appareat et probabiliter conficiamus utrum titulus ipsi debeatur auctori, an nescio cui alteri. His autem id superaddam falso sane Galenum Hippocrati ipsi hoc fragmentum adscribere: oratio omnino iatrosophistae est, non magni medici Coi, neque desunt loci, ubi veterum philosophorum placita auctor horum capitulorum imitatur, quod Hippocratem facere non memini in scriptis germanis. Sed hac de re infra plura.

Refert § 9. illum locum, quem Dioscorides obelo notavit, quod quum solum hîc Dioscoridem fecisse narret Galenus, fere inde efficias illum capitulum 10. rursus continuationem esse credidisse superiorum. Mihi vero capitulum illud 9. fragmentum esse videtur per se constans; saltem non apparere dixerim nexum certum eius neque cum superioribus, neque cum sequentibus. Repugnantia cum doctrina in §§ 1—8 proposita non inest; nam potuit scriptor

in elementis et qualitatibus et humoribus quibusdam primas ponere morborum causas et tamen secundas, de quibus hic sermo est, item agnoscere. Dein vero videbimus illam *ὑπεναντίωσιν*, cuius exempla hic plura proponuntur, etiam in capitulis aliis memorari. Quocirca de sequentibus videre pergimus.

Tota § 10[a] item unum continuum locum nobis offert, cuius tamen certus nexus cum antecedentibus, aut sequentibus non apparet. Qui hunc locum nobis reliquit bis dimittit lectorem ad alia, quae antea tradiderit, primum verbis *ὁκόταν δ' αἱ νοῦσοι γίγνωνται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματά ἐστι αἴτια ἕκαστα ἑκάστοισι καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσι τῆς νούσου, ὥσπερ μοι πέφρασται, καὶ ἑτέρωθι καὶ τῇ τῶν διαιτημάτων μεταβολῇ.* — Et iterum paulo post verbis: ... *τὴν θεραπείην ποιέεσθαι, ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ δὲ προστιθέντα, ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς ἕκαστα τῶν ἡλικιέων καὶ τῶν ὡρέων καὶ τῶν εἰδέων καὶ τῶν νούσων ἔν τε τῇσι φαρμακείῃσι προτρέπεσθαι καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασι.* Semper difficile est de eiusmodi rebus iudicium ferre, ubi scripta antiquorum non habes integra. Sed probabile tamen mihi videtur utramque laudationem pertinere ad eandem operis partem, cuius fragmentum in § 10.; et posterior locus me iudice non sine veri specie referri possit ad libellum *περὶ διαίτης ὑγιεινῆς*, in quo victus ratio praescribitur diversa pro diversis anni temporibus et hominum naturis, ubi de vomitoriis remediis et infusis per alvum agitur, de victus ratione puellarum et mulierum, tandem *τῶν γυμναζομένων*, quibus omnibus ea methodus, quae *ὑπεναντίωσις* iure dicatur, summatim commendatur. Verum haec *ὑπεναντίωσις* etiam in praeceptis hac § traditis elucet. Itaque sentis rem sensim eo deduci ut fortasse unius cuiusdam operis membra disiecta in his libellis habeamus, quibus fortasse perpauca tantum aliena sunt admista. Nam etiamsi hac § de duobus summis momentis ab aëre et a victus ratione morbos repetat auctor, hic idem valet, quod ad § 9. dixi: potuit humores, cett. primas habere causas, haec duo momenta contra secundas quasdam. Sed ne praecipiamus opinionem aliquam, pergamus statim ad reliqua.

Capite 11. rursus non certas nexus cum superioribus aut sequentibus notas cernimus; sed neque certo affirmare possis illud non item unius cuiusdam operis particulam esse posse cum multis aliis capitulis utriusque libelli.

Sequitur autem § 12. illa venarum descriptio, quam Galenum Polybo abiudicare vidimus et quam dixi apud Aristotelem huic acceptam referri. Locus est libro III. hist. anim. cap. 2. Ed. Schneid., ubi paululum diversis verbis leguntur eadem, quae § nostra usque ad verba *ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσι ἀμφότεραι*; — reliqua: *καὶ αἱ παχέαι τῶν φλεβῶν ὧδε ἔχουσι* usque ad finem capituli apud Aristotelem non leguntur. Mirum loci Aristotelici nullam apud Galenum fieri mentionem. Est autem unicus ille de venis locus in utroque libello, quem tali testimonio Polybo tribuere possis, quippe de ceteris id non nisi ex opinione levitur suscepta a Galeno, aliis veteribus, affirmari videtur. Contra de fragmento de venis mirum esset, si dubitare liceret; nam Aristoteles sedulo aliorum de venarum decursu opiniones eo loco colligit, Syennesis, Diogenis Apolloniatae, Polybi, quibus suam tandem subiungit; ita ut paene vel inviti cogamur philosopho fidem habere et *τὸν λῆρον ἅπαντα*, ut Galenica formula utar, Polybo tribuere. Merito quidem vanam et futilem hanc descriptionem habet Galenus, qui

ipse anatomen exercens meliora ab ipsa natura erat doctus; sed falso opinatur Polybum tam imaginariam descriptionem dare non potuisse, modo reputes quae de suturis capitis apud Hippocratem et Aristotelem reperimus (vid. p. 371. vol. I. in textu et in adnn.).

Verum tenendum est hoc fragmentum maximam partem anatomici argumenti esse et eo tantum nomine practici quid continere, quatenus de venae sectionibus instituendis corollaria practica ex anatomicis illis deducuntur; nulloque aperto nexu cum vicinis id coniungi. Videtur potissimum anatomici operis fragmentum esse. Si quis dicat hoc iudicium incertum esse propter id ipsum, quod est fragmentum e nexu suo dissolutum, non ego negabo; sed tamen in hac quaestione sequi quidem oportet opinionem, quae prae reliquis probabilis videtur, et levissimi sane essemus, si propter hoc fragmentum reliquas libelli utriusque partes Polybo adscribere vellemus; permirum autem, Galenum eam partem, quae certo Polybi esse videtur, huic abiudicare; contra illi adscribere eas partes, de quibus prorsus incertum sit quis eas conscripserit.

Quae sequitur § 13. item unum continuum exhibet locum et in quo insunt quae advertunt. Morbi hic rursus a laboribus repetuntur verbis *ἀνάγκη γὰρ τούτους ταλαιπώρους τε γενέσθαι καὶ Φιλοπόνους τῷ σώματι καὶ ἐργάτας νεηνίσκους ἐόντας κ. τ. λ.*, quod § 9. item factum est verbis *ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίγνεται, ἀναπαῦσις ἰᾶται.* Est hoc aliquid; — sed magis me advertit locus in postremis partibus § 13^{ae} ubi: *ἀνάγκη γάρ*, inquit, *αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην, θερμὸν εἶναι. ὁκόταν δὲ ἄρχηται μαραίνεσθαι τὸ σῶμα καταρρέον πρὸς εὐπέτειαν ψυχρότερον γίγνεται.* Nimirum § 7. legimus *περὶ τοῦ Φλέγματος* haec: *καίτοι γλισχρότατόν ἐστι καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν· ὁκόσα δὲ βίῃ ἔρχεται θερμότερα γίγνεται ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης.* Aut ego fallor aut in his vestigia habemus eiusdem doctrinae: nexus sumitur inter *τὴν βίην* et *τὸ θερμόν*, ita ut hoc illius sequela habeatur utroque loco. Itaque vix te negaturum esse puto connexionem aliquam hic apparere inter fragmentum, quod Galenus Hippocrati tribuit, alterumque, quod neque huic, neque Polybo tribuit, sed *παρεγκεῖσθαι* dixit; nam § 1—8. unum et non interruptum locum referunt idemque affirmare licet de hac §. Itaque iam magis confirmatur opinio, quam supra proposui, nos hic plura habere unius alicuius operis antiqui fragmenta. Quin tenue vestigium aliud praeter supra dicta mihi detegere videor in verbis sub finem § 13. obviis: *ὑγιέες δὲ γίγνονται αὐτόματοι οἱ οὕτω διακείμενοι πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ, ᾗ ἂν ἄρξωνται τήκεσθαι πεντεκαιτεσσαρακονθήμεροι*, — scilicet nî fallor haec pertinent ad illam *περίοδον ἡμερέων*, de qua loquitur scriptor § 8., ubi vide haud procul ab initio.

Iterum sententiam per se constantem habemus in brevi capitulo 14., quod quare eo loco nobis obviam fiat, non apparet; sed in quo verba *ἐναντιούμενον τῇ προΦάσι τῆς νούσου* non dubium nexum ostendunt cum §§ 9. et 10., ubi idem illud *ἐναντιούμενον τῇ προΦάσι τῆς νούσου* legimus.

De § 15. quod attinet ad quaestionem, quam attigimus, nihil certo affirmari potest, neque enim video certa indicia nexus cum aliis, neque contrarii. Licet Galenus *οὔρημα* pro *οὖρον* recens vocabulum esse dicat, locus tamen non recentior videtur Aphorismorum collectione, nam Aphh. 78. 76. 77. IV. hinc ducti videntur. Praeterea alterum vocabulum, quod recen-

tius Galeno videtur, in sequenti § legitur, quae ita est comparata, ut ad reliqua illa unius cuiusdam operis fragmenta satis certo referenda videatur.

Doctrina enim de febribus § 16. proposita, maxime quod de quartanis in fine legitur, plane congruit cum pathogenesi, quae §§ 1—8. traditur, adeo ut hîc iterum fragmentum agnoscam operis illius, cuius principium habere nobis videmur in illis capitulis, quae librum *περὶ Φύσιος ἀνθρώπου* componere et integrum opusculum referre Galenus perhibet.

Pervenimus ita ad libellum de victu salubri, cuius partes singulae ad idem argumentum sane pertinent, licet non audeam certo affirmare nos eas eo possidere ordine, quo primus auctor eas disposuerit, quippe de hac re iudicium difficile et anceps. Sed manifesta me iudice indicia obferunt haec capitula, unde conficias ea ad unum opus referenda esse, nec sane multum turbata esse ordine, multo saltem minus quam partes antecedentes. Supra ad § 10. libri *περὶ Φύσιος ἀνθρώπου* iam dixi probabile esse scriptorem illic citare hunc libellum, idque ita ut haec pars illam § 10[am] praecessisse non secuta esse sit existimanda. Ubi § 1. de diversa victus ratione diversis anni temporibus agit, praecepta tradit, quae cum §§ 1—8. superioris libelli adeo congruunt, ut ab eodem auctore et has et illam profectas esse suspiceris. In fine § 2. verba *δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην καὶ τὴν ὥρην καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν χώρην καὶ τὰ εἴδεα τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τοῖσι καθισταμένοισι καὶ θάλπεσι καὶ χειμῶσι· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὑγιαίνοιεν* statim in memoriam revocant § 9. superioris libelli et quod attinet ad illam *ὑπεναντίωσιν* vide quae non multo ante ad § 14. libri *περὶ Φύσιος ἀνθρώπου* in his prolegomenis monuimus.

De locis illis, quos in fine suppressi, hoc nunc dicendum habeo: alter quare subiunctus sit huic libello minime liquet; sed principium libri *περὶ παθῶν* illi adhaerere fortasse inde explicandum quod antiquitus hic libellus *περὶ διαίτης ὑγιεινῆς* alterque *περὶ παθῶν* coniunctim fuerint editi, quod ideo fortasse factum, quod uterque *τοῖς ἰδιώταις* destinatus erat; aliam saltem causam rei reperire mihi non contigit.

Verum nunc aliud quid quaero, sitne scilicet in oratione locorum, quos percucurrimus, aliquid, quod faciat, ut alii originis diversae quam alii esse videantur. Observo maiorem aliquanto esse orationis impetum in §§ 1—8. quam in reliquis, sed hoc in mediocrium scriptorum operibus saepius apparet, et praeterea vividior esse debuit orationis color, ubi doctrinae suae *κρηπῖδα* proponebat quam ubi ad expositionem rerum singillatim descendebat. In reliquis autem unus idemque videtur color orationis. Quin fragmentum de venis magis quam propter orationem suam alienum a reliquis censeo propter argumentum: scilicet in tanta argumenti dissimilitudine de orationis generis sive convenientia sive discrepantia iudicium fallax. Itaque summatim oratio in his libellis, uno de venis fragmento excepto, non vetat quominus unius operis vetusti plura fragmenta in iis agnoscamus, seu potius ut id faciamus nos invitat.

At tandem in brevius contrahamus quod in superioribus disputavimus, ut quid de his libellis statuendum nobis videatur, facilius appareat.

Nulla apparet interruptio in §§ 1—8. libelli de natura hominis, cum quo veteres cohaerere existimarunt alterum *περὶ διαίτης ὑγιεινῆς*, quae opinio probabilis est, aut si prudentius loqui velis, nulla repugnantia improbabilis redditur. Sed pariter verisimile est posteriorem hunc libellum citari § 10., qua in re, nisi fallimur, capitula illum libellum componentia praeces-

serint § 10. libelli prioris. Verum §§ 9. 10. 14. commune habent placitum circa *ὑπεναντίωσιν* in morborum curatione. Ac videtur § 13. rursus cohaerere cum 9. et 7. dogmatis et vocabulis technicis similibus. Postremum vero libri prioris capitulum 16. cum doctrina de humoribus in §§ 1—8. procul dubio est coniunctum. De §§ 11. 14. 15. sic existimo, nulla in iis certa se obferre indicia coniunctionis cum reliquarum aliqua, sed neque notas habere, quibus certo efficias eas cum illis in unum opus coniunctas esse non potuisse.

Itaque puto probabilius esse nos in his omnibus habere membra disiecta unius cuiusdam operis antiqui, quam fragmenta operum diversorum, aut interpolationes plurimas, quod Galenum velle vidimus.

Fragmentum de venis ab his excipio: opinor hoc forte fortuito ex alio opere huc devenisse, sicuti fragmentum de eodem argumento in Ep. II. obvio illuc nescio quo casu appulit. Est autem illud capitulum de venis unicum, de quo Aristotelis testimonium superest Polybo id deberi dicentis. De reliquis sive Hippocrati, sive Polybo adscribendis non nisi vanae opiniones veterum et Galeni leguntur, quibus fidem habere non licet. Itaque opus illud, cuius plurima fragmenta nos in utroque libello habere nobis videmur, incerti auctoris esse dixerim.

Ostendi in opere illo antiquo sine dubio aliam fuisse locorum consecutionem, quam quo nunc dispositos cernimus. Sed quum haec res ad amussim exigi vix posse mihi videatur, in editione nihil de sede sua movi, sed distinxi locos non cohaerentes et insiticium fragmentum de venis uncis intersepsi.

Non credo quemquam esse postulaturum demonstrationem, haec fragmenta Hippocrati non esse adscribenda. Res ipsa loquitur: neque oratio, neque materies eiusmodi est ut ab auctore libri de victu acutorum, de aëre, aquis et locis, cett. talia exspectes. Principio statim agnoscis dogmaticum iatrosophistam, non ingeniosum naturae observatorem, qualis Hippocrates fuit. Vestigium imitationis doctrinae Hippocraticae e libro *περὶ διαίτης ὀξέων* agnosco locis illis, ubi de transitu ad aliam victus rationem sensim, non subito, faciendo monetur, quod fit in utroque libello.

De aetate, qua compositum fuerit opus, ad quod hi loci omnes, Polybi fragmento anatomico excepto, pertinent, coniectura admodum incerta videtur.

Melissi in priore libello fit mentio, de quo nonnulla adnoto, non ut libellorum aetatem definiam, sed quia pauca quaedam in illis obvia inde lucem accipiunt.

Melissum unum tantum opus scriptum reliquisse narrat Diog. Laërtius prooemio cap. 11. Galenus de Elem. sec. Hipp. I. p. 487. Kühnio: *τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν*, inquit, *ἅπαντα περὶ Φύσεως ἐπιγέγραπται, τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδοκλέους, Ἀλκμαίωνός τε καὶ Γοργίου καὶ Προδίκου.* Itaque si unum opus reliquit, fuerit hoc *περὶ Φύσεως* inscriptum. Iam vero Pergamenus l. l. p. 447. verba illa libelli de natura hominis explicans: *ὁ γάρ τοι*, inquit, *Μέλισσος ἀλλόκοτα μὲν καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἀπεφήνατο, ὡς ἕν τε εἴη καὶ ἀμετάβλητον καὶ ἄπειρον.* — Vide etiam quae deinceps ibi leguntur et Arist. phys. ausc. I. 3. In libro de phil. hist. Galeno adscripto p. 260. Ed. Kühn.: *οἱ περὶ Παρμενίδην*, inquit auctor, *καὶ Μέλισσον καὶ Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην γένεσιν καὶ Φθορὰν ἀνῃρήκασιν, ἀκίνητον εἶναι τὸ πᾶν ὑπολαβόντες.* Similia vero legis apud Plutarchum de placitis philosophorum I. 24. Quin videntur cum hoc placito coniuncta esse,

quae nostrorum fragmentorum auctor habet sub finem § 3., ubi hominis elementa singula ad suum quodque genus redire scribit post mortem. Melissi vero placitum interpretatur Galenus comm. in lib. de nat. hom. p. 29., ubi de illis, qui unum quoddam ex elementis hominem esse statuerent: *ἓν μὲν γάρ*, inquit, *τῶν τεττάρων εἶναι τὸν ἄνθρωπον οὐ κατασκευάζουσι.* Tum pergit: *τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦσιν ἡγουμένου μὲν ἓν εἶναι καὶ αὐτὸ τοῦτο, οὐ μὴν ἐκ τῶν τεττάρων γ' ἕν τι τούτων, ἀέρος καὶ γῆς, ὕδατός τε καὶ πυρός. ἔοικε δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐννοῆσαι μὲν εἶναί τινα οὐσίαν κοινήν, ὑποβεβλημένην τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις ἀγέννητόν τε καὶ ἄφθαρτον, ἣν οἱ μετ' αὐτὸν ὕλην ἐκάλεσαν, οὐ μὴν διηρθρωμένως γε δυνηθῆναι τοῦτο δηλῶσαι.* Haec de Melisso.

§ 16.

De libello de liquidorum usu.

Grünerus de hoc libello affirmat, eius argumento titulum non plane respondere; Galenum illum sub titulo, quo hodie inscribitur, citare docuit Littréus (vol. I. p. 370.), idemque monet de illius inscriptione *περὶ ὑδάτων* apud Erotianum et Athenaeum; de Athenaei autem loco monuit Coraës ad lib. de aëre, aq., l. (vol. I. p. CXLII). Verissime sane dicit Foësius eum pessime corruptum ad nos pervenisse, quod textum, quem edidimus et adnotationes nostras perlustranti statim apparebit, neque latuit, nec latere potuit Littréum, de cuius iudicio postea dicam.

Argumentum autem libelli hic persequi operae pretium videtur; en eius conspectum!

Primo capitulo agitur de aquae potioni idoneae, — dulcem appellabo brevitatis ergo, — usu in officina medici. In cutem aqua dulcis nullum effectum edere dicitur, nisi quod madefacit, refrigerat aut calefacit. De eius usu modico agitur loco, quem non intelligo propter corruptelam. Dein de calidae usu et facultatibus auctor exponit; tum de modo, quo *τὸ μέτριον* calidi et frigidi censeatur et de noxis a nimio calidae et frigidae usu.

Altera § haec fere monentur:

Partes corporis in profundo sitae et prope calorem internum facillime ferunt calidam, saltem *τὸ θερμόν*, quod ambiguum, quum vocabulum et calorem et aquam calidam significet; neque vero mihi hoc capitulum perlegenti semper apertum esse videtur, utram vocis significationem auctor maxime voluerit; licet satis constet illum plurimis locis aquam calidam respicere. *Τὸ θερμόν* etiam facillime ferunt partes natura sua frigidiores, aut solidiores; item partes corporis posteriores facilius quam anteriores. Cutis saepe a frigore aut calore (aquae, uti videtur) superatur et alterutra saepe indiget aqua, ad voluptatem maxime calida. Quemadmodum cutis, ita extrema quoque facillime multarum rerum externarum vim experiuntur. — Ulcera calidam facile ferunt, quum contegi consueverint; venae et thorax, quia in loco calido esse solent. Ventriculus moleste admodum se habet, quando a frigore superatur, licet hoc non facile accidat. Cutis abrasiones et adustiones superficiei, licet partes ubi fiant tectae esse non soleant, neque in profundo delitescere, ideo frigidâ male afficiuntur, quod citissime a frigore superantur et natura sua in *νέκρωσιν* sunt pronae. — Hypogastrium, extrema, vesica,

pudenda ideo videntur calida gaudere, quia frigidiores sunt partes quam quis putet; — scilicet quia calor sursum quidem fertur, non deorsum. Post calidae usum corpus, quum diffundatur, postea magis friget; post usum aquae frigidae contra, quum contrahatur, magis calet quam antea.

Capitulo tertio aqua marina utilis esse dicitur ad lotiones et fotum, calida nempe; — in pruriginosis et morsu laborantibus; sed ubi insuetis administratur, eos, antequam marinam admoveas, pinguedine inungere oportet. Ad cutim abrasam et ambusta adhibita nocet; piscatorum ulceribus prodest et depascentibus.

Acetum (ita § 4.) ad cutim et articulos administratum eodem modo, quo aqua marina agit, nisi quod in affusione et fotu valentius sit; recens inflictis vulneribus, grumis sanguinis, pudendorum denigrationi prodest, item in lotione aurium, dentium; calido vero utendum. Commendatur etiam ad varia exanthemata, ad *μυρμηκίας*, aurium sordes. Cutim praeterea emollit et nisi odore mulieribus praesertim noceret, multo frequentioris usus esse possit. Neque alio modo de aceti faece sentiendum.

Quinto capitulo vinum dulce commendatur nonnullis in morbis, sed loci lectio adeo est corrupta, ut nihil intelligas. Memorantur dein, si fidem lectioni tribuere licet, usus vini albi et nigri austeri frigidi ad ulcera. Tandem traduntur nonnulla, quae pariter intelligi nequeunt, de remediis variis externis, maximam partem adstringentibus.

§ 6. Agitur de frigidae usu in eruptionibus cutis quibusdam et memorantur tales, quibus noceat. De articulorum tumoribus, adversus quos utiliter usurpatur, exponitur; porro de aliis morbis diversis, in quibus prosit. Memorantur dein articulorum morbi per calidam curandi et oculorum affectiones. De nocivo effectu frigidae in ulceribus, aliis morbis. Tandem per antithesin memoratur calidae in certis casibus utilitas.

Denique capitulum septimum conclusionem aliquam opusculi referre dixeris, sed est id item tam prave descriptum, ut quid sibi velit non certo constet.

Hic igitur brevis quidam conspectus est argumenti; pergimus ad alia, quae advertunt.

Quodsi ad rerum et sententiarum consecutionem in hac scriptiuncula respiciamus, neque iam computemus singulorum locorum corruptionem, fatendum est aptam eorum dispositionem minime apparere. Principium libelli, si quod olim habuit, deest, totusque refert corpus deforme, *ἀκέφαλον*. Vocabula initio posita *ὕδωρ ποτὸν, ἁλμυρόν*, aut si malis *ὕδωρ ποτόν, θάλασσα*, inscriptionem aliquam referunt, sed haec inscriptio non refert argumentum totius, quum etiam de aceto, vini speciebus, aliis remediis sermo sit. Inscriptio *περὶ ὑγρῶν χρήσιος* ita est comparata, ut partim saltem argumentum ei respondeat, licet non omnia, quae memorantur, re ipsa ad liquida medicamenta referri possint. Sed etiamsi hoc mittas, titulus est eiusmodi, ut eo lecto exspectes aliud quid quam quod praebet libellus. Quippe exspectaveris plenum de illa materie tractatum, quum tamen hic non habeamus, nisi fragmenta distracta de rebus nonnullis ad illud argumentum referendis. Est autem eorum dispositio parum apta, nam § 1—3. de aqua dulci et marina agitur, § 4. de aceto, § 5. de vini speciebus et § 6. rursus de aqua frigida et calida sermo est, cui capitulo tandem in fine adhaeret quaedam periodus, quam perorationem, saltem conclusionem aliquam referre putandum est. Quam quidem si respicias et cum ea sententiam postremam § 5. conferas, dixeris vere iudicavisse Grü-

nerum, cum affirmat argumento libelli titulum non respondere περὶ ὑγρῶν χρήσιος, quia, sicuti supra dicere coeperam, memorantur locis indicatis remedia, quae ad τὰ ὑγρά referre non liceat. Et tamen iudicium de hac re vix certum esse poterit, quum et § 7. et § 5. sint ita corruptae ut quid describatur, aut moneatur, non satis intelligas. Credo tamen inscriptionem esse recentem; aliquem nempe fragmenta haec reperisse, descripsisse, tum titulum istum praemisisse; ita intelligimus alium rursus titulum περὶ ὑδάτων illis dedisse.

Certum sane est nos in hoc libello non habere integrum aliquod opusculum, sed fragmenta disiuncta, quae neque quo modo, neque unde hîc coaluerint scio et pessime descripta et interpolata iam ante corruptionem fuisse videntur.

Interpolatio hîc illîc mihi in memoriam revocavit eam, quam in Epidemiis spuriis animadvertimus, et pluribus locis tanta est corruptela, ut quid cum auctor, tum interpolator voluerint, non perspicias.

Advertit me hoc nomine locus e § 2.: τὰ δ' ἕλκεα — οὕτω ὁμολογέει ταῦτα πάντα. Nam licet alia forma in editionibus describatur, hîc agnoscere mihi videor interpolationis genus illud, de quo ad Prorrh. I. dixi, qua sententias in quaestionum formam redegerunt. Quin vidi locum, ubi Littréus in varr. lectt. pro ἄρα librum antiquum ἆρα legere monet, ita ut existimem loci illius primos versus ita fuisse descriptos:

Τὰ δ' ἕλκεα θερμῷ ἥδεται ὁμολογουμένως ὅτι ἐν σκέπῃ εἴθισται.
Εἰκότως!
Ἆρα καὶ αὐτοὶ αἱ φλέβες, ὅτι ἐν θερμῷ εἰσί;
Εἰκότως!
Ἆρα καὶ αὐτὸς ὁ θώρηξ;
κ. τ. λ.

Sed etiam ὅτι saepe illatum est sententiarum principio, ut interpolationem, quemadmodum in Epidemiis spuriis, non raro referat; qua de re adnotatio conferri poterit.

Est autem una de hoc libello, qui sane perexigui est pretii per se, observatio, quae alicuius momenti est. Nimirum occurrunt in eo Aphorismi nonnulli e Sect. V. Num igitur statuendum aphorismos illos ex hoc libello esse desumptos, an contra aphorismos e sylloge, quam hodie possidemus huc esse translatos? Equidem probabile esse puto hoc accidisse, non illud. Cuius rei indicio mihi est, tales etiam receptos hic esse aphorismos, qui manifesto referunt adnotationem ad locum aliquem superiorem; quod factum est Aphh. 20. 21. V., de quibus in adn. ad hos ipsos vol. I. dixi.

Littréus opinatur hunc libellum esse ortum ex opere aliquo antiquo ampliore, quod hîc in brevius sit contractum. Contulit eum cum Mochlico, qui liber fere compendium sit libri περὶ ἄρθρων. Mihi vero haec comparatio non placet ab omni parte et potius, quod iam dixi, cum interpolatis quibusdam in Epidemiis spuriis similitudinem agnosco. Sed quemadmodum horum origo mihi obscura et inexplicabilis pluribus locis, ita eodem modo me iudice res se habet in hoc libello. Est praeterea ita mutilatus, ut hîc illîc aliquid intelligas, aliis locis sani nihil omnino appareat, iudicium vero de toto sit anceps et lubricum. Summatim vix ullius est pretii!

§ 17.

De libro de flatibus.

Argumenti huius libelli conspectum praemitto, de aliis nonnullis postea moniturus:

„Sunt artes quaedam, ita fere auctor incertus, quae professoribus suis sunt molestae, illis vero, in quorum usum exercentur, utiles; ad quas referre etiam oportet artem medicam. In qua quae vilia sunt, cognitu sunt difficillima, quae contra seria sunt, facile cognoscuntur. Vilia autem illa non cognoscuntur, nisi ab artis professoribus, neque enim corporis, sed mentis est iste labor. Ad eos morbos, quibus manu medemur, exercitatione opus est, in magis occultis et difficilioribus potius opinione quam arte iudicari solet; multum vero in iis omnibus differt peritia ab imperitia. Est autem eorum unum quoddam hocce: quid sit quod morbos faciat et quod sit principium et fons malorum, quae corpori accidunt. Causam enim morbi tenenti facilis est curatio, quia contraria contrariis sanantur. Nimirum ars medica est additio et subtractio, ita ut qui has prae ceteris calleat, optimus sit medicus."

„Omnium morborum ratio quidem una, sed locus diversus est: itaque una illorum species et causa, quae qualis sit, explicare conabor. Nempe hominis, ut reliquorum animantium corpus alitur cibo, potu, spiritu. Spiritus autem corporibus inclusus, flatus appellatur, qui extra est, aër; cuius maxima vis est, sicuti in ventis apparet; nam ventus aëris fluxio est et effusio; tum vero omne spatium coelum inter et terram spiritu plenum est. Idem spiritus causa est aestatis et hiemis et cursus solis, lunae, astrorum; neque mare spiritus expers est, neque enim sine eo animantia marina vivere possunt. Spiritui autem terra fundamentum praebet et simul huius ille vehiculum est, neque illo vacuum est quidquam. Unde constat quae vis sit aëris in res ceteras. Idem vero hominibus vitae est causa et morborum. Aëre autem corporibus adeo opus est, ut homo omni cibo et potu abstinens tres pluresve etiam dies vivere possit; sin spiritus vias quis intercludat, exigua diei particula interibit, neque etiam ulla est per totam vitam respirationis intermissio."

„Ostendam autem morbos omnes a spiritu ortum ducere initio facto a febre, quae morbos omnes ac praecipue inflammationes comitatur: sunt vero duo febris genera summa, alterum pestis, omnibus commune, alterum si quis propter pravam victus rationem eo corripiatur. Utriusque causa aër est."

„Febris illa communis propterea talis existit, quod omnes eundem spiritum ducunt. Ratio vero, quare eiusmodi morbi non omnia animantia, sed unum tantum eorum genus tangere soleant, posita est in illorum corporum diversitate."

„Nunc quidem eam febrem, quae a pravo victu oritur, interpretabor. Prava victus ratio ea est, qua quis plus sive liquidi, sive sicci alimenti sumat, quam ferre corpus queat, nec maiorem laborem maiori cibi copiae opponat; vel qua quis varios et inter se dissimiles cibos ingerat, qui inter se pugnant et quorum alii aliis citius, tardius concoquuntur. Patet ex eructatione post cibum et potum aliter fieri non posse, quin cum multa cibi copia multus quoque aër ingeratur. Quod si igitur corpus cibis repleatur adeoque et spiritu, cibis alvo inferiore interclusa diutius remorantibus per totum diffunditur spiritus. Flatus autem ad san-

guine plenas corporis partes delati has refrigerant, refrigeratisque partibus, quae sanguinis fontes sunt et origo, horror totum corpus pervadit. In quo etiam tremores fiunt; nam sanguis horrorem praesentem fugiens ad loca calidissima undecumque confluit. Recedente vero sanguine ex extremis corporis partibus viscera et carnes tremunt; aliae enim partes sanguine replentur, aliae illo destituuntur, itaque sanguinis expertes partes non quiescunt propter frigus, sed pulsant, sanguinis plenae vero propter eius abundantiam tremunt et inflammantur."

„Oscitant autem homines invadente febre, quod aër multus intus collectus confertim prorumpens os aperit. Solvuntur eodem tempore artus, quum nervi calefacti relaxantur. Quum vero sanguinis pars maxima sensim colligitur, aër, qui illum refrigeravit, vicissim invalescit superatus a calido, ita ut iam toti corpori calorem inferat, eique opem ferat sanguis, qui calefactus liquescit et spiritum emittit. Spiritu vero ad corporis poros accedente ibique condensato oriuntur sudores. Dolet autem corpus in febre hac de causa: viae sanguinis ad caput angustiores fiunt, quia replentur aëre, repletae vero et inflatae dolorem pariunt, quippe sanguis calefactus violenter per angustas vias fertur, nec celeriter procedere valet, quum plura obstent impedimenta, quae res quidem simul causa est, cur pulsationes ad tempora fiant. Haec de febribus."

„Ad reliquos autem morbos quod attinet, quivis facile intelligit volvulorum, aliorum morborum sedem firmam habentium causam esse flatum, qui si molles et sensiles locos offendat, instar teli inhaerentis ad hypochondria et laterum inanitates incumbit; itaque fomentis locum emollire tentamus, quorum calore cute rarefacta spiritus exit et dolor remittit."

„Verum etiam fluxiones a flatu repetendae et sanguinis circa pectus eruptiones. Nempe venae in capite quum aëre replentur, primo quidem caput gravatur, tum vero spiritus et sanguis coacervantur propter viarum angustiam. Tenuissima vero sanguinis pars per venas exprimitur, qui humor colligitur et per alios poros perfluit et confertim ad aliquam partem corporis devehitur, ubi morbum facit. Quodsi igitur ad visum deferatur, hic quidem laborat, sin ad aures, hae afficiuntur, sin ad nares, coryza oritur, sin ad pectus, raucedo vocatur; nam pituita cum acribus humoribus mista cum devehitur in locum insuetum, hunc exulcerat, fauces vero, quippe quae molles sunt, asperas reddit. Spiritus enim per fauces attractus in pectus descendit, unde rursus eadem via foras redit. Spiritui igitur sursum redeunti si occurrat fluxio descendens, tussis et difficilis respiratio oritur et pituita eiicitur. Quo modo fauces ulcerantur et asperae fiunt et incalescunt et propter calorem e capite humorem attrahunt; caput vero a reliquo corpore acceptum illis tradit. Quodsi igitur fluxio hac via pergere consuevit, et meatus largiores sunt facti, hi ad pectus etiam illam transmittunt. Pituita vero acris carni incumbens exulcerat et perrumpit venas. Sanguis autem cum effunditur, et in aliquem locum delapsus ibi commoratur, putrescit et in pus convertitur, nec sursum aut deorsum vehi et eiici potest. Fluxio autem sponte erumpit; erumpit etiam propter dolorem: ac sponte quidem quando aër sponte venas intrans angustiam facit in sanguinis viis, quo facto sanguis copiosus compressus poros perrumpit eo loco, ad quem maximo impetu fertur. Sed quando multus sanguis est effusus, dolores spiritu repleverunt venas; aliter enim fieri non potest, quin dolore tactus locus spiritum contineat et cetera simili modo ac supra dictum est eveniant."

„Rupta, *ῥήγματα* Graecis, hac de causa fiunt; quando carnes vi inter se distrahuntur, ad locum, ubi id fit, flatus advehitur, qui dolorem facit. Sin flatus per carnes penetrantes poros corporis rarefaciant, eos consequitur humor, cui viam munivit aër, corporeque madente carnes colliquescunt et crura tument et morbus oritur, quem hydropem appellant. Maximum vero indicium morbi causam esse flatum hoc est, quod aqua, quando ventre emittitur, ipso quo exit tempore, multa esse videtur, postea vero copia minuitur, quod fit aëre, qui primo cum aqua commistus fuerat, evadente, ita ut illa sola remaneat. Aliud indicium hoc est, quod venter prorsus vacuatus ante tertium diem rursus completur, quod quomodo accidere possit, nisi a spiritu fiat?"

„Etiam apoplexiae propter flatum accidunt: quum enim flatus frigidi multi carnes inflent, corporis partes illae sensu destituuntur. Quodsi igitur multi flatus in corpore circumferuntur, totus homo fit apoplecticus, sin in parte aliqua, sola illa pars fit attonita."

„Me autem iudice etiam morbus sacer eadem causa progignitur. Nempe nulla res in corpore plus ad intelligentiam conferre mihi videtur quam sanguis, qui si in solito habitu persistit, manet intelligentia, sin mutetur sanguis, etiam intelligentia mutatur. Multa autem huius rei sunt documenta: primum somnus, qui corpus tenet refrigerato sanguine; nam somnus natura sua refrigerat; sanguis vero refrigeratus tardius perfluit et corpus gravatur et oculi clauduntur et mens pervertitur et alienae opiniones in illa remorantur, quae insomnia vocantur. Alterum rei indicium est in ebrietate, qua mens mutatur sanguine derepente multum aucto, possimque plura adferre, quibus probem sanguinis mutationem intelligentiam mutare. Itaque si sanguis omnis perturbatur, prorsus etiam perit intelligentia; quae enim discuntur et agnoscuntur sunt consuetudines; quum autem a solito more recedimus, intelligentia nobis adimitur."

„Iam vero simili quodam modo morbus sacer oriri videtur. Quum per totum corpus multus spiritus cum omni sanguine miscetur, in venis multae fiunt obstructiones; itaque si aër in venas crassas multus incumbit et ibi loci manet, sanguinis pertransitus impeditur; ita ut alio loco consistat, alio tardius, alio citius perfluat; cuius fluxu inaequabili reddito omnigenae inaequalitates oriuntur. Totum enim corpus undique vellitur et partes corporis sanguinis turbis obsequentes conquassantur, quo facto nihil sentiunt et spuma ex ore effluit; nam aër per venas iugulares transiens ipse quidem advenit et secum rapit tenuissimam sanguinis partem; est autem humor aërem circumdans albus, quum sit tenuis, ut spuma omnis. Illae vero turbae ita sedantur: corpore laboribus illis calefacto sanguis etiam incalescit, qui sua vice spiritus calefacit, qui incalescentes dissolvuntur et sanguinem coactum dissolvunt et partim cum spiritu, partim cum pituita foras prodeunt; spuma autem defervescente et sanguine composito tranquillitas redit et morbus finitur."

„Itaque flatus causae sunt principes illorum omnium; cetera causae secundae."

„Demonstravi igitur flatum esse morborum causam orationemque ad vulgo notos morbos deduxi, qua in re vera comperta est nostra opinio."

Sunt haec igitur, quae libro *περὶ Φυσῶν* fere continentur, quem vere iudicavit Littréus esse *λόγον* quemdam, uti veteres dicere solent. Manifesto autem *σοφιστοῦ* sermo est, quippe tota oratio et demonstratio indolem referunt operis sophistici. Videtur quidem iste *λόγος* esse

integer; codicum vero mss. mira est ratio. Credo equidem vulgatum textum id praebere, quod proxime ad scriptoris verba accedat; cod. A. omnino novam recensionem textus refert, qua quidem carere non potes, si libellum intelligere velis, sed cui tamen non valde magnam fidem habeo. Unde factum est, ut nonnumquam vulgatam lectionem ubi opus erat emendatam restituerem, ubi Littréus codicem A. erat secutus. Marcianus nonnullis sane locis conspirat cum codicis A. scriptura; summatim tamen propius ad vulgatum textum accedit. Libellum non sine vulneribus ad nos pervenisse lectionis diversitas trium illorum emendationis fontium ultro ostendit. In capitulo postremo me iudice textum habemus parum certum, nec fidum, sed quo meliorem e subsidiis, quibus uti licuit, dare non potuimus.

Notabo iam locos nonnullos, qui quacumque tandem de causa advertunt.

§ 1. *Εἰσί τινες τῶν τεχνέων κ. τ. λ.* In memoriam revocat hoc libri initium verba principii libelli *περὶ τέχνης* olim inscripti, (cf. § 6. p. 5. huius vol.) *εἰσί τινες, οἳ τέχνην πεποίηνται τὸ τὰς τέχνας αἰσχροποιεῖν.* Nolo demonstrare hunc de flatibus libellum eosque quos in unum coniunximus, eiusdem scriptoris esse; neque enim verum hoc; sed in utriusque verbis citatis principium sive libelli, sive capitis novi habemus, quale a sophista, non quale ab Hippocrate exspectes; eo vero nomine hos locos inter se compono.

§ 1. *Αὖθις αὖ δίψαν ἔπαυσε πόσις κ. τ. λ.* et *ἑνὶ δὲ ξυντόμῳ λόγῳ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶ ἰήματα.* — Cum his cf. § 9. libelli *περὶ Φύσιος ἀνθρώπου*, ubi: *τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰατρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστεῶσι καὶ νοσήμασι καὶ εἴδεσι κ. τ. λ.*, cum quibus § 15. prolegomenorum iam contuli verba e fine § 2. libelli de victu salubri et § 14. libelli de natura hominis. Vid. Aph. 22. II. — Omnes illi loci commune habent praeceptum practicum morbos esse sanandos per *ὑπεναντίωσιν.*

Eodem capitulo primo magnopere advertit primum hoc placitum: *ἰητρικὴ γάρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις· ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων.* Nimirum eiusmodi legibus late patentibus, quae veri quidem aliquid habent, sed tamen latius extenduntur quam ut in artis usu multum valeant, delectabantur illi scioli, qui scilicet, quemadmodum ipse sophista noster, *τὰ φλαῦρα τῆς τέχνης*, uti hic appellat, non assequebantur.

Neque alius generis est quod § 2. monet: *τῶν δὲ δὴ νούσων ἁπασέων ὁ μὲν τρόπος ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ τόπος διαφέρει.* Est hoc aperte falsum, neque ab Hippocrate tale quid proficisci potuit.

Admodum notabile dictum est, quod § 3. legimus: *οὗτος* (i. e. *ὁ ἀήρ*) *μέγιστός ἐστι ἐν ἅπασι τῶν ξυμπάντων δυνάστης.* In eo enim, quod alii iam notarunt, habemus Anaximenis placitum, qui teste Diog. Laërt. II. 2. *ἀρχὴν ἀέρα εἶπε καὶ τὸ ἄπειρον.* Arist. metaph. I. 3. item refert hunc philosophum credidisse aërem esse *τὴν πρώτην αἰτίην.*

Sequitur ibidem: *ἄνεμος γάρ ἐστιν ἠέρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα*, quod quidem refert Anaximandri, cuius discipulus Anaximenes fuit, effatum. Nam Plut. de placitis philos. III. 7.: *Ἀναξίμανδρος*, inquit, *ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος, τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ καὶ ὑγροτάτων ὑπὸ τοῦ ἡλίου κινουμένων, ἢ τηκομένων.* — Patet inde e quo fonte sophistae nostri doctrina demanet, neque e pneumaticorum secta eam prodire, sed ex scholis philosophorum veterum.

§ 6. *ἔστι δέ*, inquit noster, *δισσὰ ἔθνεα πυρετῶν — ὁ μὲν κοινὸς ἅπασι καλεόμενος*

λοιμός, ὁ δὲ διὰ πονηρὴν δίαιταν ἰδίῃ τοῖσι πονηρῶς διαιτευμένοισι γενόμενος. Qui locus advertit propter similitudinem distinctionis morborum hic traditae cum eorum divisione § 10. libelli περὶ φύσιος ἀνθρώπου, ubi vide; nolo enim longiorem locum hîc describere.

Sermo est § 10. de sanguinis effusione in pectore et: ἄνω γάρ, inquit noster, οὐκ εὔπορος ἡ πορείη προσάντης τις οὖσα ὑγρῷ χρήματι. Cum qua re convenit quod cap. 13. libelli de nat. hominis legis: ἅτε γὰρ τῆς καθάρσιος ἀνάντεος ἐούσης κ. τ. λ.

Admodum memorabilis videtur etiam locus e § 14. ἡγεῦμαι δὲ μηδὲν εἶναι μᾶλλον τῶν ἐν τῷ σώματι ξυμβαλλόμενον ἐς φρόνησιν ἢ τὸ αἷμα. Scilicet hoc quoque veterum philosophorum placito nititur, quo animam esse sanguinem dicerent. Vide Gal. de placitis Hipp. et Platonis p. 283. sub finem libri II.: καὶ αὐτὸς (ὁ Διογένης) ἐπιλανθανόμενος τῶν οἰκείων δογμάτων αἷμά φησιν εἶναι τὴν ψυχήν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Κριτίας ὑπέλαβον. Fortasse Empedoclis doctrina nostro maxime ob mentem obversabatur, quum ista scriberet; nam philosophus ille secundum Plut. l. l. IV. 4. τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν posuit ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει. Vid. quae hac de re disputat Karsten. de Emped. philos. § 35. p. 494. seq., 498.

Omnibus hisce computatis neminem fore confido, qui hanc scriptiunculam Hippocrati ipsi tribuat. Iure optimo Littréus illam λόγον τινά referre dixit; est autem sine dubio λόγος σοφιστοῦ, qui Anaximandri et Anaximenis placita suae pathologiae substravit, et qui fortasse librum de natura hominis cognovit, quum hunc sermonem componeret; quod tamen non confidenter affirmem, quia sentio analogiam doctrinae, quam observamus, fortasse alio modo explicari posse. Neque vero deëst similitudo doctrinae inter ea, quae § 10. περὶ τῆς στενοχωρίης in venis dicuntur, et § 4. additamentorum ad librum de Victu acutorum, ubi vide adnn. Quin in libro de morbo sacro item placita cum nostri doctrina conspirantia leguntur.

§ 18.

De libro de morbis primo.

De hoc libro dicturus ante omnia alia eius argumentum breviter expono; quo facto statim apparebit causa, quare eum in duo τμήματα diviserim.

„Qui de morborum, inquit auctor, sanatione recte interrogare et respondere et contra alios disputare volet, hunc ad sequentia mentem attendere oportet. Primo quibus rebus morbi omnes hominibus accidant, tum qui morbi necessario sint longi, breves, letales, non letales, qui mutilam aliquam corporis partem reddant, qui non; qui dubium habeant eventum; qui morbi aliis succedant; quas res medicus bona fortuna faciat; quae bona et mala aegrotantes in morbis patiantur; quae intempestive a medico erga aegrotantem dicantur, agantur, vel ab aegrotante erga medicum cett."

De praecipuis momentis, quae in introductione enumerat noster, singulatim deinceps exponit in seqq. Ita statim § 2. morbos, qui ab internis causis oriuntur, repetit a bile et pituita, eos vero, qui externis causis debentur, tribuit vulneribus, laboribus, calido et frigido modum excedentibus.

Dein § 3. agitur de rebus necessario in morbis accidentibus; — de vulneribus mortem

adferentibus, non adferentibus, de morbis, quorum vi necessario pereant aegrotantes; — de aliis eventus ancipitis; — de non letalibus et iis, quibus pars aliqua corporis mutiletur; — de morbis necessario longis et aliis brevi iudicio finiri solitis; — de morborum nonnullorum in alios transitu.

Pergit noster § 4. scribere de malis necessario malis supervenientibus; — § 5. de occasione captanda in artis usu et curatione tempestiva, intempestiva; — § 6. de iis, quae recte, minus recte in arte iudicentur, agantur; — § 7. de bonis et malis sponte aegris in morbis evenientibus; — § 8. de bona et mala fortuna in morbis et iniusta medicorum laudatione et reprehensione; § 9. monet principium aliquod, quod rite sit demonstratum, in arte non dari; — § 10. tandem quid sit *εὐχειρίη* docet et quae in arte ad eam non referantur, sed extra eam esse putentur.

Haec quidem pars prior libri est, in qua omnia referuntur ad notitiam, quam sibi comparare oporteat medicum, ut de morbis disserere, interrogare, disceptare valeat. Quibus primum summatim, uti dixi, in introductione, porro enucleatius in capitulis sequentibus expositis in altera scripti parte subiunguntur capitula, quae summatim pathologici argumenti esse dicere licet et in quibus de curatione morborum item agitur; sed haec capitula cum superioris partis argumento minime congruunt eique nescio quo modo adsuta sunt, ita ut debitus nexus inter utramque libri partem nullus animadvertatur.

„Qui pus colligunt, ita fere noster loquitur § 11., in pulmone aut in ventre superiore, aut in inferiore, vel tubercula iis locis habent, vel intus ulcera, vel qui sanguinem vomunt, exspuunt, vel in pectore dorsove dolorem habent, iis hoc accidit a bile et pituita in corpore, vel ab externis, aëre misto cum calore ingenito, laboribus, vulneribus."

Porro § 12. exponitur de modo, quo ex peripneumonia fiant suppurati et de ratione mortis in hoc morbo; — § 13. de suppuratis ex pituitae in pulmonem defluxione et modo, quo hi moriantur; — § 14. de suppuratis ex venae in pulmone ruptione, vel e varice in vena orta; — § 15. de iis, qui in superiore ventre pus colligunt a pituitae ex capite in hanc partem descensu, ex pleuritide, a pituitae ex capite defluxione in latus, a venae ruptione, vel varice in ea orta propter labores, exercitationes.

Tum § 16. ex his omnibus alii citius, alii tardius perire dicuntur, quod quare accidat, docetur.

Agitur § 17. de inferiore ventre suppuratis; — § 18. de erysipelate in pulmone; — § 19. de tuberculo in pulmone; — § 20. de tuberculis in latere et de vulsis; — § 21. de suppuratis ex vulneribus; — § 22. de horum morborum diversitate pro diversitate hominum, quos afficiunt; maxime de diversitate inter senes et iuniores.

Dein § 23. exponit de modo, quo febris oriatur; § 24. de frigore cum tremore, de rigore solo et de horripilatione; § 25. de sudoribus et de calido et frigido sudore.

Sermo tandem est de pleuritide et peripneumonia § 26. 27.; — de iisdem morbis sine sputorum eductione § 28.; — § 29. de febre ardente; — § 30. de phrenitide; — § 31. de sputo subcruento et livido in pleuritide et peripneumonia; — et § 32. 33. 34. de morte ex pleuritide, febre ardente, phrenitide.

Haec quidem altera libri de morbis primi parte continentur.

Quodsi iam alius non agens utramque libri partem perlegeris, videbis priorem sophistae deberi, alteram medico alicui dogmatico. Sophistam illum libros de morbis in illam redegisse formam, quam hodie referunt, coniicio; sed certum est partem alteram dogmatico deberi, qui alios quoque libros e collectione Hippocratica composuit. De quibus rebus iam paulo enucleatius est exponendum.

Galenus in exegesi in voce ἀμαλῶς locum excitat e nostro libro de morbis I.; nempe corrupte apud eum leguntur verba οὐχ ὁμαλῶς ἐπαινέουσι e § 8., quae legi dicit ἐν τῷ περὶ ἐμπύων, qui titulus sane prorsus convenit cum argumento capitum 11—22., adeo ut dubium non sit, quin Pergamenus librum nostrum respiciat. Tum vero ex eodem libro nostro videtur adferre nomina ἐξάντης et σπάδων. Porro locis duobus Pergamenus significat hunc librum non recte appellari de morbis primum, quae res tamen indicio est Galeni tempore omnino eum isto titulo fuisse cognitum. Comm. in lib. de Artic. (vol. XVIII° p. 513. Kühn.) περὶ δ' οὖν, inquit, τῶν κατὰ πνεύμονα χρονίων εἴρηται . . . . . κἀν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων οὐκ ὀρθῶς ἐπιγραφομένῳ, οὗ ἡ ἀρχή· Ὃς ἂν περὶ ἰήσιος ἐθέλῃ ἐρωτᾷν ὀρθῶς καὶ ἐρωτώμενος ἀποκρίνεσθαι. Est longe certissimum illum iterum de nostro libro loqui, eundemque respicit comm. 3. in Epid. I. (XVII^a p. 276.) ubi: ἐν γοῦν, inquit, τῷ προοιμίῳ τοῦ οὐ (negationem dudum supplevit Foësius collato altero loco) καλῶς ἐπιγεγραμμένου πρώτου περὶ νούσων, ὡς ἐξ ἀνάγκης ἑπομένου τῷ ῥίγεϊ τοῦ πυρετοῦ γέγραπται. Significat locum e cap. 4.: ῥῖγος ἢν λάβῃ, πῦρ ἐπιλαμβάνειν, non locum e § 24.: ὅτι δὲ μετὰ τὸ ῥῖγος ἀνάγκη πυρετὸν ἐπιλαβεῖν ἢ πλέω, ἢ ἐλάσσω, ὧδε ἔχει; quibus quidem verbis in errorem inductum fuisse Littréum suspicor, quum (p. 362. vol. I.) diceret verba a Galeno citata non principio libri occurrere, sed sub finem legi.

Galenus igitur librum nostrum de morbis primum vidit et titulum eius περὶ νούσων τὸ πρῶτον cognovit, sed perperam ei tribui contendit eundemque librum περὶ ἐμπύων fuisse appellatum affirmat. Nempe dudum Littréus vere docuit Galeno librum de morbis secundum dici solitum fuisse primum, tertium e vulgari denominatione secundum. Haec, ut opinor, partim saltem causa est, cur Galenum inscriptionem libri non probare audiamus. Verum ego non levibus argumentis demonstrabo Galeni titulum περὶ ἐμπύων esse antiquum et ab ipso illo, qui partem posteriorem scripsit, profectum; — alterum esse novum, probabiliter impositum a sophista aliquo, qui et partem priorem composuit et librum περὶ ἐμπύων et de morbis secundum descripsit, cuius paucas adnotationes e textu reiecimus.

Libro περὶ παθῶν § 33. in fine (p. 296. huius voluminis): ταῦτα μέν, inquit scriptor, ὅσα κατὰ κοιλίην γίγνεται νοσήματα πλὴν περὶ ἐμπύων καὶ φθινόντων καὶ τῶν γυναικείων· ταῦτα γὰρ χωρὶς γεγράψεται. Ecce! auctor libri περὶ παθῶν profitetur se separatim scripturum esse περὶ ἐμπύων καὶ φθινόντων et περὶ τῶν γυναικείων. Utrum illud opus περὶ γυναικείων in collectione Hippocratica lateat, nec ne, ignoro; sed non dubito quin inter titulum περὶ ἐμπύων a Galeno commendatum et inter scriptoris libri περὶ παθῶν professionem de libro περὶ ἐμπύων a se scribendo et inter argumentum partis alterius libri primi de morbis ea intercedat ratio, ut haec altera pars respiciatur ab auctore libri περὶ παθῶν et ut titulus περὶ ἐμπύων sit antiqua huius partis, saltem capitulorum 11—22., inscriptio.

Num pars illa altera postquam conscripta fuit ab auctore libri περὶ παθῶν mutationes

subierit, non facile quis certo dixerit, nisi quod coniuncta est cum parte illa prima, quae sine dubio alii viro debetur. Prioris enim partis auctor quam Φύσει fuerit σοφιστής docent eiusdem adnotationes marginales, quas numero duas eiecimus e cap. 4. libri de morbis II., ubi vide adn.; melior sane est adnotatio, quam e cap. 20. libri nostri de morbis I. eiecimus, sed omnes sine controversia docent recentiorem esse scriptorem partis prioris huius libelli, quam qui alteram composuit; neque enim adnotationes adscribere potuit scilicet ad librum recentiorem. Re ipsa autem adnotationes illas et partem libri nostri priorem ab eadem manu esse profectas docet praesertim sophistica ratio in parte libri priore et adnotatione illa maiore ad falsam lectionem et e vetere iam tunc corruptam § 4. lib. II. de morbis, et usus in parte priore libri nostri et adnotationibus ad § 20. libri I. de m. et ad § 4. libri II., de qua paulo ante dixi, verbalis illius ἀνυστόν. Non nescio ipsum illud ἀνυστόν etiam usurpari v. c. in libro de nat. pueri, sed hic liber vel alia de humoribus doctrina ab hac parte prima libri, de quo agimus, differt, quin praeterea omnis eius ratio mihi diversa esse videtur.

At sentio fortasse aliquem mihi obiecturum esse; si prior pars et altera a diversis scriptoribus sint profectae, qui fieri possit, ut dictionibus iisdem scriptorem utrumque uti videamus? qui fit, ut in placitis conspirent? Statim enim, ut a placitis ordiamur, § 2. initio morborum origo deducitur a duobus humoribus, bile et pituita, quod principium interpretationis morborum et eorum, quae in iis accidunt, fere per omnia capitula partis secundae patere videbis. Et quemadmodum § 2. calidum et frigidum et siccum et humidum una cum humoribus illis morbos progignere statuit, ita easdem res in eorum ortu vim habere docetur pluribus locis in parte altera, perinde ac cibos et potus. Idemque animadvertere licet de laboribus, vulneribus § 2 inter causas morborum relatis. Conferri possunt § 11. 18. initio, 20. 21. 23., quae convenit cum § 2. pluribus in rebus; vide porro § 24. 25. 26. initio, § 27. 28. 33.

Quod si, ait, ad dictiones singulas in utroque libro obvias respicias, § 5. et § 18. verbum ἐκψύχειν occurrit; cum § 2. tum § 23. mentio facta est τοῦ θερμοῦ ὑπερθερμαίνοντος et τοῦ ψυχροῦ ὑπερψύχοντος; quin ipsa illa tmesis, οὖν interposito, de qua in adn. ad § 8. dixisti, indicio est similitudinis orationis in utraque parte; nam etsi locis nonnullis fortasse defendere possis eam a codicis θ. descriptore esse invectam, loci tamen e § 8. 19. 20., ubi aut in Marciano etiam legitur, aut in vulgata haud dubium eius vestigium superest, rem extra omnem dubitationem ponere videntur; quin reperitur etiam in lib. de morbis II. § 12. 27. 40. 50. 51.

Equidem huic obiectioni statim aliquid opponam, quod non parvi aestimandum, scilicet non esse aptum nexum inter utramque partem; characterem etiam partis utriusque plane diversum esse. Prior pars a sophista ad disceptationem et ἀντιλογίαν est comparata, altera composita a medico dogmatico ut modum et rationem, quibus morbi illi, de quibus agit, oriantur, exponeret. Quod igitur similitudo aliqua in singulis dictionibus hic illic animadvertitur inter utrumque librum inde profluxit, quod partis prioris auctor, sophista ille, trivit libros sua aetate antiquiores et imitatus est eorum orationem. Fortasse etiam in hos ipsos intulit nonnumquam dictionem aliquam de suo; nam mirum est quam incertum te sentias in iudicio de horum medicorum oratione propter frequentes illas ἐπιδιασκευάσεις, quas eorum

scripta subierunt. Attamen unum hoc certum est universam utriusque partis indolem esse prorsus diversam.

Ac pars quidem altera manifesto refert characterem librorum e Cnidia schola profectorum: docet methodus curandi et oratio; docet autem non dubia ratione, sed firma, ita ut hoc fulciat meam opinionem, partem hanc alteram re ipsa esse illam scriptiunculam *περὶ ἐμπύων*, quam se scripturum esse pollicitus est auctor liber *περὶ παθῶν*. Est autem operae pretium characterem hunc libri in luce collocare; age! videamus! percurremus librum et notabimus, quae animadversione digna videantur.

Legimus § 6.: *μηδ' ἔμπυον ἐόντα διασείοντα γιγνώσκειν*, quod sophista noster Cnidiis debet, apud quos hanc explorandi suppuratos methodum in usu fuisse novimus; sed inde simul patet partem alteram Cnidio medico deberi, nam § 15.: *τοῦτο οὖν*, inquit, *διασείεται καὶ ἐγκλυδάζεται τὸ πῦον πρὸς τὰ πλεῦρα προσπῖπτον* et § 17.....: *δυσπετὲς γνῶναι, οὐδὲ γὰρ διασείοντα ἔστι εἰδέναι.* Methodus illa diagnostica memoratur etiam libro II. et III. de morbis, uti dein videbimus; quod autem Coaca 432. memoratur, indicio est hunc locum item Cnidiae originis esse, non vero docet Coos item eam methodum usurpavisse.

Sophistam nostrum Cnidiorum opera trivisse docent eius verba cap. 8.: *ἄνω φάρμακον δόντες*, de qua formula abunde monuimus in prolegomenis vol. I. p. LXVIII. et in adn. ad lib. de Victu acutorum ibid. p. 288.

Quod ceterum non plura de therapeia leguntur, huius rei causa posita est in ipsius scripti ratione, quippe quod magis pathologici quam therapeutici est argumenti.

Pergo adnotare eas dictiones, quae Cnidiae scholae orationem redolent, vel alia quacumque de causa sunt notabiles.

§ 3. sophista noster *ἔμβρυον ἔχειν* usurpat de muliere gravida, quod in libris spuriis dici novimus *νήπιον ἔχειν* et pro quo frequens est *ἐν γαστρὶ ἔχειν*, quod § 3. a nostro usurpatur.

Licet in ipsa dictione nihil insit, quod reprehendas, advertunt § 6. verba *νοῦσος μεγάλη τρέφεται ἐν τῷ σώματι*; non frequens est formula in his libris et poëtici quid habet.

Advertit etiam dictio § 7., ubi mulieri fluxus dicitur *μεταπεσεῖν ἐς τὰς ῥῖνας ἢ ἐς τὸ στόμα.*

De parum apta dictione cap. 8. *φάρμακον χολῆς ἢ φλέγματος* in adn. monui.

Usus adverbii *ὁμαλῶς* pro *ὁμοίως* in utraque libri parte observatur: cap. 8. *ὁμαλῶς ἐπαινέειν*; cap. 15. *ἡ κάθαρσις οὐχ ὁμαλῶς γίγνεται*; ibid. *οὐκ ἔτι ὁμαλῶς περιγίγνονται.* Cap. 22. *ἀποκαθαίρεσθαι ὁμαλῶς*. Cap. 28. *σήπει ὁμαλῶς*. Fortasse sophista didicit hunc usum e libris antiquioribus, quos triverit; legitur saltem de morbis II. 4. *οὐκ ἐνσημαίνει οἱ τὰ λεγόμενα ὁμαλῶς*; ibid. 8. *οὐχ ὁμαλῶς ὁρᾷ.*

Dies critici appellantur *κύριοι* cap. 12. 25. *ἐν τῇσι κυρίῃσι ἡμέρῃσι.*

Eodem illo capite 12. lego *ἀναπνέει αὐτόθεν ἄνωθεν ἐκ τῶν στηθέων* et § 32. *καὶ ἀναπνεῖ πυκνόν τε καὶ αὐτόθεν ἄνωθεν.* Videtur idem significare, quod *πνεῦμα μετέωρον* in Epidd. libris.

§ 13. *ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε*, quod bis recurrit § 21. Sane nihil magnopere animadversione dignum est in hac formula, nisi id unum, eam esse perfrequentem in Cnidiorum descriptionibus

morborum. Legitur etiam in sententiarum Cnidiarum fragmento apud Galenum et certo mihi est indicio partem alteram a Cnidio recentiore esse conscriptam.

In altera libri parte capite 14. legimus *ἐξάντης γίγνεται*, quam dictionem ex Ep. V. 43., e libris de morbis et morbis mulierum in Oecon. transtulit Foësius. Sunt autem illi libri omnes Cnidiae originis.

Σπάδων pro *σπάσμα* dixeris huic scripto proprium esse; occurrit autem § 14. 20. i. e. in altera libri parte. Vide Foës. in Oecon.

De *λεσχηνευομένου* § 19. vid. Foës. l. l.

Capite 26. legis *ὁκόταν πόσιες ἀλέες τε καὶ ἰσχυραὶ λάβωσι*; at vide quam inepte *αἱ πόσιες* dicantur *λαβεῖν τινα*, quasi febres, alii nescio qui morbi essent et quasi homo non bibat quantum velit, nec plus quam velit. Dictio inepta tamen medico Cnidio, alterius partis auctori, non sophistae, cui priorem debemus, accepta referenda est.

Cap. 28. de pulmone legimus: *ὅσον τε ἐν αὐτῷ ἐστι ἰκμάδος ἢ ἀπὸ ποτοῦ, ἢ ἀπὸ ῥοφήματος, ἢ ἀπὸ τῶν πλησίον χωρίων, τοῦτο πᾶν ἐκκαίει ὑπὸ τῆς ὑπερξηρασίης τε καὶ θερμασίης.* Apertum est illum addictum esse placito notissimo plurium veterum, qui existimabant potum ad pulmonem descendere et inde per corpus distribui. Adversus hanc doctrinam argumenta gravissima adfert auctor libri IV. de morbis, ubi vid. cap. 25. (p. 473. huius vol.).

§ 30. advertit verbum *διορρόω* et nomen *διόρρωσις*, vid. Foës. in Oecon. in hac voce.

Capite 31. legis nomen *σαβακός*, quod ex hoc libro solo citat Foës. in Oecon.; — Chiam vocem esse docet Hesychius.

Ibidem *αἷμα* memoratur *ἡμισαπὲς καὶ ἐκτεθηλυσμένον*, quod postremum epitheton miro modo de sanguine ponitur: Ep. VI. 1. 9. habuimus *αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες*, quod saltem melius habet quam *αἷμα ἐκτεθηλυσμένον*; sed scriptor hic alterius partis non magis quam sophista, qui alteram reliquit, ad auream Graecarum literarum aetatem est referendus.

Nomen *ἀρτηρίαι* cap. 22. et 32. sine dubio de bronchiis ponitur.

De verbo *μινύθειν* iam aliquid dixi in prolegomenorum § 12. vol. I.

His omnibus disputatis puto certo constare sequentia:

Auctor libri *περὶ παθῶν* promisit se separatim acturum esse *περὶ ἐμπύων*.

Probabile est partem alteram libri de morbis primi, saltem ad finem capitis 24. usque, illam promissam scriptionem referre. Alia accedunt quidem; sed non tam arcto nexu coniunguntur cum superioribus ut cum iis unum opus efficere statuenda sint; sunt potius ad libri *περὶ ἐμπύων* calcem adsuta.

Titulus igitur libri, de quo agimus, *περὶ ἐμπύων* a Galeno commemoratus, est antiquus, alter pervulgatus *περὶ νούσων τὸ πρῶτον* recentior est.

Sophista, de quo dixi, nihil nisi disputationem de morbis curans et *τὸ μὴ ἐν τοῖς λόγοις ἡττᾶσθαι*, arripuit antiquiorem tractatum de suppuratis, cui scriptiunculam aliquam praemisit suam; subiunxit fortasse etiam postrema capita a 23. inde. Idem tum huic libro, tum libro de morbis II. adscripsit annotationes paucas, sed quae satis superque docent quam *φύσει* esset *σοφιστής*, minime medicus practicus.

Medicum, qui alteram partem conscripsit, certo referendum esse ad scholam Cnidiam recen-

tiorem curationes, explorandi methodi, dictiones docent. Quid velim nomine scholae Cnidiae recentioris, postea dicam, ubi de libris de morbis II. III. videbimus.

§ 19.

De libris de morbis II. et III.

De his libris simul dicam, non quia unum quoddam opus continuum faciant, — neque enim ita se res habet, — sed quia veteres sine dubio hos libros coniunxerunt. Erotianus in librorum Hippocraticorum indice in praefatione memorat *περὶ νούσων α'. β'.*; — Galenus in gloss. *τὸ πρῶτον περὶ νούσων τὸ μεῖζον* appellat nostrum librum de morbis secundum; tertium vero *τὸ δεύτερον περὶ νούσων τὸ μικρότερον*; — Coel. Aurel. III. 4. p. 192. citat locum ex libro III. § 10., e quo capite de angina deinceps plura excitat.

Erotianus sine dubio e libris hisce in glossario suo habet vocabula plura; sed quum ad singula vocabula non dicat e quo libro eorum quodque desumpserit, non tam certo apud eum constat de horum librorum apud veteres inscriptione quam apud Galenum. Quodsi tamen et huius et Galeni et Coelii Aureliani indicia coniungamus, res extra omnem ponitur dubitationem.

Itaque Galeni locos colligamus, quamquam fatendum est vix quidquam addi posse ad ea, quae magnus Foësius olim de illis monuit.

In voce Ἀμαλῶς (sic): *ὥσπερ*, inquit, *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι καὶ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι οὐχ ἀμαλῶς ὁρῇ.* Sunt autem verba ex initio § 3. libri nobis II. de morbis.

Ἄορτρον, inquit, *τὸ ἀπηρτημένον τοῦ πνεύμονος μέρος ἑκατέρωθεν, ὡς ἐν τῷ περὶ νούσων τῷ μείζονι.* — Vocabulum desumptum est e § 54. libri eiusdem.

Ἀποσκήψεις] *τὰς ἀποσχάσεις ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι.* De qua voce cf. Foës. in Oecon., ubi docet Galenum sibi maxime videri eum spectare locum e § 26. ubi dedi *καὶ ἐπὴν ἀποσκίμψῃς τὴν σικύην.* (p. 203. huius vol.)

Βρῆγμα] *τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτυόμενον ἐν τῷ α' περὶ νούσων τῷ μείζονι. καὶ βρήσσειν τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτύειν· ἔνιοι δὲ ταῦτα χωρὶς τοῦ ρ̄ γράφουσι.* — Respicitur locus ex initio § 47., ubi in adn. iam dixi falsam formam esse Galeni *βρήσσειν* et *βρῆγμα*, verum in his esse *βήσσειν* et *βῆγμα*, quorum hoc eodem fere sensu, quo *πτύσμα* intelligi.

In voce Ἐκμάξαι hoc verbum et alia significare docet Gal. et *τὸ ἐκθλίψαι, ὡς ἐν τῷ περὶ νούσων τῷ πρώτῳ τῷ μείζονι ἐπί τε σπόγγου καὶ τῆς λινοζώστιδος καὶ ἀκτῆς τῶν φύλλων.* Sine dubio respicit locum e § 14. *καὶ σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων, ἐκμάσσων, χλιαροὺς προστιθέναι πρὸς τὸ οὖς.* Quod autem de mercuriali et de sambuci foliis ibi scribitur iam Foësius memoriae lapsui tribuit.

Κύκλοι προσώπου] *τὰ μῆλα ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι.* Respicitur locus e § 50. haud procul ab initio *καὶ οἱ κύκλοι τοῦ προσώπου ἐρυθριῶσι.*

In voce *μάσσειν*, eam *ἐκθλίβειν* significare affirmat, *ὡς ἐν τῷ α' περὶ νούσων τῷ μείζονι.* Sed respici videtur *ἐκμάσσειν*, de quo paulo ante vidimus.

Μελιηδέα] *οὐ μόνον τὸν ἡδὺν, ἀλλὰ καὶ τῷ μέλιτι* (*τὸν μέλιτι* lego) *μεμιγμένον, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καὶ μελίχρουν ὀνομάζει καὶ* (dele *καί*) *τὸν τοιοῦτον οἶνον.* Respicit locum e fine § 22. *καὶ οἶνον μελιτοειδέα πίνειν.* Quod ad *μελίχρουν* attinet, cf. § 12. fere media: *καὶ ἐπιπίνειν οἶνον μελιχρόν.*

Constat ex hisce abunde Galenum librum nostrum de morbis secundum appellavisse de morbis primum maiorem.

E libri autem III. de morbis § ult. (p. 269. vs. 21. huius vol.), e verbis *ἄρας τὸν ἀθέρα*, haec adnotat: *Ἀθήρ*] *τό τε τῆς κριθῆς ὀξὺ, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ μικροτέρῳ, καὶ τοῦ ἐν τῇ ἀκίδι πώγωνος τὸ ἄκρον, ὡς ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν.* Ecce! patet illum librum tertium de morbis appellare secundum de morbis minorem.

Quodsi iam primam horum librorum originem respiciamus, res in aprico est quo modo se habeat. Sunt libri Cnidiorum recentiorum. Excipio tamen caput postremum libri III. de morbis, de quo nihil affirmo, quippe facile fieri potest, ut recentior pannus adsutus sit, quum formulas remediorum saepe veteres ad calcem scriptorum vetustiorum subiicerent. Sed reliqua omnia sine dubio Cnidiae sunt originis.

Quid enim? Audivimus cap. 3. libri de Victu acutorum divinum senem de veteribus Cnidiis affirmantem: *τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι· τοὺς δὲ ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν· μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τούτῳ τις σημαινεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, μὴ τωὐτὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ οὔνομα ἔχῃ.* Nolo describere catalogum morborum in utroque libro obviorum, sed quicumque capitum programmata in iis perlustrare volet, statim animadvertet quam Hippocratis Cnidiorum reprehensio quadret in morborum in his libris enumerationem.

Vidimus autem senem Coum eodem loco Cnidiorum formulas § 2. citantem, alteram *φάρμακα ἐλατήρια διδόναι*, alteram *καὶ ὀῤῥὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν.* Et occurrit in his libris utraque formula saepius, quemadmodum ostendi in adnn. vol. I. p. 288. huius editionis, cum qua cf. prolegg. eiusdem vol. p. CXVII. seq.

Nolo longus esse et quae saepius monui iterum repetere, sed ex citatis ita constat de Cnidia horum librorum origine, ut de hac re dubitatio superesse nulla possit. Testimoniis autem certis cumulum addit locus e sententiis Cnidiis, quas Hippocrates citavit, translatus in librum secundum de morbis.

Scilicet innotuerunt mihi tria illarum sententiarum Cnidiarum, quae Rufi Ephesii et Galeni tempore supererant, fragmenta, quae emendata describam:

Primum habetur apud Rufum (p. 30. Ed. Gonp., p. 40. Ed. Clinchio), ubi legis: *ταῦτα ἦν τὸ ἐν ταῖς Κνιδίαις γνώμαις γεγραμμένον· Ἐὰν δὲ νεφρῖτις ἔχῃ, σημεῖα τάδε· οὐρέει παχὺ, πυώδες καὶ ὀδύναι ἔχουσι ἔς τε τὴν ὀσφὺν καὶ τοὺς κενεῶνας καὶ τοὺς βουβῶνας καὶ τὸ ἐπείσιον, τοτὲ δὲ καὶ ἐς τὰς ἀλώπεκας.*

Hunc quidem locum aut saltem huic similem et qui certo ei respondeat in Cnidiis libris e collectione Hippocratica reperire mihi non contigit.

Alterum fragmentum occurrit apud Gal. comm. in Epid. VI. (p. 886. vol. XVII° Kühnio), ubi: *εἴρηταί γε μὴν ὁ πέμφιξ κἀν ταῖς Κνιδίαις γνώμαις, ὡς εἰς Εὐρυφῶντα τὸν ἰατρὸν*

ἀναφέρουσι κατὰ τήνδε τὴν λέξιν. Οὐρέει ὀλίγον ἑκάστοτε καὶ ἐφίσταται πέμφιξ οἷον ἐλαίου χλωρῆς ὥσπερ ἀράχνιον.

Neque hunc locum, aut illi respondentem reperi in sylloge Hippocratica.

Sed ibid. apud Gal. p. 888. *τοὺς τοιούτους πυρετούς*, legimus, *Εὐρυφῶν ὀνομάζει πελιὰς γράφων ὧδε· — Πελιάς· πυρετὸς ἴσχει καὶ βρυγμὸς ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέει καὶ τὰ σπλάγχνα ὀδύνη ἴσχει καὶ ἐμέει χολὴν καὶ ὁκόταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, ἐνορᾶν οὐ δύναται, ὅτι βαρύνεται, καὶ ἡ γαστὴρ ξηρὴ γίγνεται καὶ ὁ χρὼς πέλιος ἅπας καὶ τὰ χείλεα οἷά περ μόρα τρώξαντι καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκὰ πέλια καὶ ἐξορᾷ, ὥσπερ ἀπαγχόμενος· ὁτὲ δὲ ἧσσον ταῦτα πάσχει καὶ μεταβάλλει πολλάκις* ......

Quodsi hunc locum cum § 68. lib. II. de morbis conferamus, certo constat capitulum illud e sententiis Cnidiis esse descriptum et quum forma capituli eadem sit, quae plerorumque aliorum libri secundi, dubium non est, quin nisi omnia at plurima saltem habeamus in iis e sententiis Cnidiis ducta. Unde sequitur, quod in adn. ad librum de Victu acutorum l. l. iam dixi, multos libros Cnidiae originis inter eos, qui Hippocrati adscribi solent, circumferri; quod nunc affirmo de libris de morbis II. et III. et de parte posteriore libri primi, licet probabile mihi videatur doctrinam de bile et pituita morborum causis, quam in illa serie librorum propositam videmus, recentioribus deberi. E fragmentis saltem sententiarum Cnidiarum, quae ad nostram notitiam pervenerunt, et ex Hippocratis reprehensione Cnidiorum non constat de certis humoribus, quos morbis originem praebere veteres Cnidii statuerint. Hippocrates de morborum observatione et distinctione, quam minus probavit, loquitur, tum de curandi methodo, quam reiicit; sed de dogmate eorum aliquo altum silentium. Unde fit, ut coniiciam dogmaticum illud elementum, quod in libris Cnidiorum offendimus, recentioris temporis esse. Nempe ex Ep. VII. et V., qui libri probabiliter ad tempora Philippi, Macedonum Regis referuntur, constat Cnidiam scholam illo tempore viguisse, quod de Coa minime constat. Quin facile fieri possit, ut ipsa ratio Cnidiorum, qua certos morbos certis signis definirent et remedia in singulis morbis administranda descriptioni subiicerent, causa fuerit, cur eorum doctrina, quae *τοῖς τυχοῦσι* multo facilior esse debuit quam Coorum ratio, multo magis divulgaretur. Sed ad talia postea redibo: nunc pauca adnotare pergamus in libros de morbis II. III.

Integri hi libri non sunt: secundus principio caret; ordo, quo res in illo sunt dispositae, manifesto is est, ut a capite ad calcem in hominis corpore auctor morbos persequatur; nec tamen morborum organorum abdominalium fit mentio, nisi quatenus pauci morbi universales in eo memorati potius ex abdomine quam e thorace ortum ducere censendi sunt. Utrum materiae dispositio illa sit a primo libri auctore profecta, an a manu recentiore, nescis. Inscriptiones vero capitulorum singulorum recentioris mihi esse videntur originis quam liber ipse. Suspicor saepius hodie *ἑτέρη νοῦσος*, *ἄλλη νοῦσος* legi, ubi olim certum morbi nomen adscriptum fuerit. Quod tamen non de omnibus huiusmodi inscriptionibus dictum velim, sed de nonnullis. Exempli loco sit § 8., ubi probabilius est olim *βλητοί* fuisse in inscriptione, quam quod nunc legitur *ἑτέρη νοῦσος*. Inscriptio, qualis § 49. *ἑτέρη νοῦσος, ἥτις καλέεται φθόη*, non videtur profecta esse a medico, qui, ut opinor, solum *φθόη* scripsisset, si re vera hoc nomen antiquitus ibi descripto morbo fuerit tributum, quod pariter incognitum. Neque

aliter sentio de inscriptione capituli 65. νοῦσος ἡ καλεομένη λήθαργος, ubi medicus nude λήθαργος scripturum fuisse est probabile. Quamquam intelligis in nominibus minus familiaribus, quale ἑτέρη νοῦσος ἡ λεγομένη αὐαντή facile fieri potuisse ut auctor ipse id adderet, quod nomen minus notum esse quam Φθοή et λήθαργος iudicaret.

De titulo utriusque libri universi περὶ νούσων α' et περὶ νούσων β' certi nihil affirmandum habeo; opinor tamen probabile esse recentioris temporis esse hos titulos quam quo monumenta haec artis Cnidiae primum exstiterint. Ipse enim Hippocrates in libro de victu acutorum nos docet plures fuisse τῶν Κνιδίων γνωμῶν, unde scripta haec nostra orta sunt, ἐπιδιασκευάσεις.

Liber autem tertius habet sane principium aliquod, sed eiusmodi ut non initium operis integri esse videatur, sed potius initium sectionis operis alicuius maioris. Hunc quidem librum non esse partem alteram libri antecedentis vel statim hoc principium docere dixerim; sed patet insuper e singulorum capitulorum argumentis et inscriptionibus; scilicet in eo occurrunt morbi, de quibus item est expositum in libro secundo. Quin licet initio auctor dicat se antea de omnibus febribus exposuisse, tamen § 6. memorat νοῦσον καυσώδη miro nomine, sed pro quo πυρετὸς καυσώδης ac dein οἱ δὲ καυσώδεες λεγόμενοι scriptum fuisse est veri simile. Tum vero in fine legimus remediorum ἐπὶ τοῖσι καύσοισι formulas. At nescimus quis librum composuerit, nescimus quis fuerit ille tractatus de febribus omnibus, qui praecesserit; id autem unum novimus librum hunc perinde ac secundum esse Cnidiae originis; fragmenta in iis superesse descriptionis, curationis medicorum Cnidiorum, quibus accedit in libri primi de morbis parte posteriore dogma de pituita et bile morborum causis; plura vero de hisce discere mihi non contigit.

Textum in utroque libro hîc illîc in codicibus et editionibus esse interpolatum in adnotatione significavi, quoties emblemata aliena tollenda videbantur.

A superioribus seiunxi postremum caput libri III., quia manifesto est particula Φαρμακίτιδος cuiusdam, qualis memoratur a scriptore libri περὶ παθῶν et cuiusmodi Φαρμακιτίδων reliquias habemus etiam in libris de mulierum morbis.

Redeo autem ad vocem, ad cuius corruptam lectionem sophista, qui priorem partem libri primi de morbis conscripsit, scholion adpinxerat, de quo in adn. dixi: nempe redeo ad ὑπερεμήσῃ § 4. e mss. lectione, quae Foësium etiam fefellit. Certum est codicum hodiernorum lectionem profluxisse ex ὑπεραιμήσῃ, quemadmodum probabile est vulgatum διούρησε § 30. libri I. de morbis natum esse ex διώρρησε. Dedi autem utroque loco formam per $\overline{\text{οω}}$, quia de ea certus eram. Nec tamen nego fieri potuisse, ut et διορρέω et διορρόω dicerent veteres et ut pariter ὑπεραιμέω et ὑπεραιμόω in usu essent. Quum librarii ex ὑπεραιμήσῃ efficerent ὑπερεμήσῃ, crediderunt se aoristum verbi ὑπερεμεῖν describere, obliti ἐμέω aoristum habere ἤμεσα, non ἤμησα; sed ipsa illa prava forma indicio est eorum scripturam vitiosam ex ὑπεραιμήσῃ ab ὑπεραιμέω esse natam. Sunt vero praeterea alia exempla in aliis similia; offendimus in his libris πυωθέν a forma πυόω, quum tamen πυέω, maxime in compositis ἐκπυέω, διαπυέω sit multo frequentius. Simile quid in σαρκόω, σαρκέω observatur: libro de cap. vuln. p. 389. legitur ὑπερσαρκήσειε, ubi alii libri ὑπερσαρκίσειε; usitatius vero est σαρκόω quam σαρκέω aut σαρκίζω, quorum postremum in mentem revocat usitatum ἐκπυΐσκω. —

Moneo haec ut significem non vitiosa mihi videri neque διορρέω, neque ὑπεραιμέω; quin fortasse formae illa in εω sunt Ἰωνικώτεραι!

Unum monendum restat. Erotianus habet glossam πεῖσαι] ποτίσαι, quam incautus Foës. recepit in Oecon., ubi vide. At Erotiani glossa respicit ad verbum in his Cnidiorum operibus perfamiliare πῖσαι, adeo ut apud eum legere oporteat πῖσαι] ποτίσαι, quod Foësium non vidisse miror.

Haec de libris de morbis secundo et tertio.

§ 20.

De libro de affectionibus.

Ecce brevem descriptionem argumenti huius libri!

Continet caput 1. introductionem in hoc opus, quod τοῖς ἰδιώταις destinat auctor et in horum usum literis mandavit. Summum placitum, quod in libris de morbis reperimus, morbos omnes oriri ex bile et pituita, hîc recurrit. Pergit porro scriptor ad morbos deinceps singulos a capite incipiens. Dicit cap. 2. quid in dolore capitis sit faciendum; — § 3. monitum invenimus generale aegros morborum initio fortioribus medicaminibus esse curandos, quibus non sit utendum, cum iam sint debilitati. Exponitur § 4. quid in auris dolore sit faciendum et in faucium, gingivarum, partium sub lingua, gurgulionis inflammatione; — tum agitur de dolore dentium a causis diversis repetendo. Sermo est § 5. de polypo narium, qui morbos τοὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς concludit. Pergit § 6. ad morbos τοὺς κατὰ κοιλίην et § 7. de pleuritide, § 9. de peripneumonia, § 10. de phrenitide, § 11. de febre ardente agit; quibus expositis se iam de iis morbis, qui *acuti* audiant, egisse scribit. Est autem postea § 12. sermo de transitu febrium hiemalium in morbos acutos; — § 13. de periculo et molestiis morborum acutorum atque accuratiore, quam requirunt, medendi ratione; — § 14. de febre aestiva, ardente; — § 15. de aliis morbis aestivis; § 16. de doloribus derepente ortis; — 17. de modo, quo morbi aestivi nascantur. Transit nunc § 18. ad febres, tertianam, quartanam; — § 19. ad τὸ φλέγμα λευκόν; — § 20. ad lienis tumore laborantes. De ileo exponit § 21.; — § 22. de hydrope; — § 23. de dysenteria; — § 24. de lienteria; — § 25. de alvi fluxu longo; — § 26. de tenesmo; — 27. de cholera, vel diarrhoea ex vini abusu et cibo nimio. — Dein de urinae stillicidio loquitur auctor § 28.; — de ischiade § 29.; — de arthritide § 30.; — de podagra § 31.; — de ictero § 32.; — Agit § 33. de utilitate, quam τῷ ἰδιώτῃ adferat illarum rerum, de quibus supra dictum esset, cognitio. Tum § 34. 35. de tuberculis, lepra, aliis morbis externis sermo est.

De remediorum purgantium, aliorum usu praecepta tradit § 36. et § 37. de aegrotantium examine, ut formula recenti utar.

Vulneratorum curatio traditur § 38.; — § 39. praecipit ut victus ratio sanorum hominum iisdem aegrotantibus etiam accommodetur; — § 40. de sorbitionibus, potionibus agit; — § 41. de victu, qui conveniat remediis purgantibus utentibus; — § 42. de iis, quae balneum non patientibus huius vice adhiberi possint; — § 43. de victus ratione siccante, humectante.

Continentur § 44. alia monita de victus ratione aegrotantium; § 45. de remediorum cognitione aliisque in medicina cognoscendis et fonte, unde illa cognitio profluat et haurienda sit.

Affirmat § 46. a sorbitionibus aegros transire oportere ad cibos, de quibus deinceps in genere et specie etiam monetur.

Ita § 47. unde aestimandae sint ciborum facultates docetur; de levi, gravi cibo, de cibis optimis ad sanitatem, ad robur praecipitur. Tum § 48. de vinis; § 49. de carnibus; — § 50. de modo, quo vel ex optimis cibis morbi oriantur.

Siccam victus rationem requirentibus eaque utentibus potum non una cum cibis esse concedendum, sed diu demum post cibum, dicit § 51.

Agitur § 52. de panis speciebus, polentae, mazae; — de vino leviore reddendo; — de carnibus levissimis; — de ciborum leviorum, graviorum effectu; — de carnium diversitate pro speciebus diversis animalium, unde sumantur; — de piscibus.

Monetur § 53. de balnei calidi effectu; — § 54. de oleribus; — § 55. de cibis calidis, siccis, de pinguibus, dulcibus, aliis; — de vinis; § 56. de oleribus coctis; § 57. de cucumere pepone; § 58. de melle; — § 59. de cibis alvum ducentibus, morantibus; — § 60. de rebus variis, quae vim exercent in facultates frumenti ac vini. Tandem § 61. continet praecepta varia de ciborum administratione et eorum facultatibus.

Haec quidem libro, de quo agimus, continentur. Non apparet sane ordo valde exquisitus in materiae dispositione; nec tamen quod hac in re desideres eiusmodi mihi videtur, ut locorum perturbationi tribuere cogar; existimo potius auctori ipsi id deberi quam libri descriptoribus.

Sed pergimus et alia nonnulla, quae observavimus et quae notare operae pretium videtur, describimus.

Librum hunc medico deberi, qui Cnidiorum placitis in arte facienda maxime addictus erat, docent formulae *φάρμακον πῖσαι ἄνω* § 4.; — § 14. *καθῆραι φαρμάκῳ, ἤν τε ἄνω δοκέῃ σοι δεῖσθαι, ἤν τε κάτω*; — § 15. *φάρμακον δοῦναι κάτω*; — § 18. *φάρμακον διδόναι ἄνω.* Sunt plures aliae eiusdem modi, sed eas colligere supersedeo. Usus porro lactis et seri pro Cnidiorum more item saepius commendatur.

Sed quemadmodum hac in re auctor cum auctore librorum de morbis convenit, ita etiam § 19. in fine: *καὶ διέφθειρε*, inquit, *τὸν ἄνθρωπον* et § 20. media *καὶ δι' οὖν ἐφθάρησαν.* Quum tamen eiusmodi formula non certo doceat libros, in quibus legatur, ab eadem manu esse profectos, quia a librariis invehi in haec scripta potuit, aut in eorum unum aliquod; nolo hoc argumento uti ut communem eorum originem demonstrem.

Placito vero communi de bile et pituita morborum causis illi libri omnino inter se conveniunt.

Provocat vero auctor libri *περὶ παθῶν* ad alia opera sua. Ita § 5.: *ταῦτα μέν*, inquit, *ὅσα ἀπὸ κεφαλῆς φύεται νοσήματα, πλὴν ὀφθαλμῶν· ταῦτα δὲ χωρὶς γεγράψεται.* Superestne hoc scriptum eiusve pars aliqua, an non? Plurimi negarunt ad libellum *περὶ ὄψιος* haec referri debere et sunt tamen plura, quae me in contrariam opinionem adducunt. Certum est librum *περὶ παθῶν* et libellum *περὶ ὄψιος* Cnidiae originis esse idque e pluribus locis patere; itaque non puto quemquam iure confidenter esse negaturum libellum *περὶ ὄψιος*

esse fragmentum tractatus de morbis oculorum, de quo auctor noster loquitur. Rem vero diligentius explorabimus, cum ad scriptiunculam illam pervenerimus.

Dicit autem noster § 18.: *καὶ γίγνεται μὲν ὅ τε τριταῖος καὶ ὁ τεταρταῖος ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος· διότι δὲ τριταῖος καὶ τεταρταῖος ἑτέρωθί μοι γέγραπται.* Equidem locum ita intelligo, ut dicere mihi videatur febrem tertianam et quartanam summatim a bile ac pituita originem trahere, sed alio loco se exposuisse, quare harum febrium altera tertio quoque, altera quarto quoque die corripiat. Alius vero ille locus quis sit, mihi non innotuit; multumque vereor ne frustra quaeras.

De loco e fine § 33., ubi dicit se *χωρὶς* expositurum esse *περὶ ἐμπύων καὶ τῶν φθινόντων* et *περὶ τῶν γυναικείων* iam supra vidimus § 18. prolegomenorum. Vidimus autem scriptum *περὶ ἐμπύων* superesse in libro de morbis primo; incertum esse, num scriptum *περὶ γυναικείων* supersit.

Sunt loci multi, ubi auctor noster loquitur de opere quodam de remediis a se conscripto; quos colligere lubet. Cap. 4. *σκευάζων*, inquit, *ὡς γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι.* — § 9. *ὅπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι τοῦ πλευροῦ τῆς ὀδύνης ἐν τῇ φαρμακίτιδι γέγραπται.* — § 15. *τῶν φαρμάκων ἃ γέγραπται τῆς ὀδύνης παύοντα ἐν τῇ φαρμακίτιδι.* — § 18. *διδόναι δὲ ὥσπερ γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι*, — ibidem: *δοῦναι τῶν φαρμάκων, ἃ γέγραπται* et in fine capituli: *ὡς ἐν τῇ φαρμακίτιδι γέγραπται.* Porro § 20. *φαρμάκοισι χρῆσθαι ἃ γέγραπται τὸν σπλῆνα μαλθάσσοντα.* — § 23. *κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῇ φαρμακίτιδι.* — § 27. *διδόναι ἃ γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι παύοντα τῆς ὀδύνης.* — § 28. *διδόναι δὲ καὶ τῶν διουρητικῶν φαρμάκων ἃ γέγραπται ἐν τῇ φαρμακίτιδι παύοντα τῆς ὀδύνης.* — § 29. *διδόναι δὲ τῆς ὀδύνης ἃ γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι.* — § 40. *τούτοισι διδόναι ἃ γέγραπται ἐν τῇ φαρμακίτιδι ποτὰ σκευαζόμενα.* — Non quidem prorsus certum est eodem spectare verba § 32. *τῶν διουρητικῶν διδόναι ἃ προγέγραπται* et § 33. *ἐὰν κατὰ τὰ γεγραμμένα προσφέρῃς*; sed admodum tamen probabile mihi videtur illa eò respicere. Constat autem certo e longe plurimis locis nostrum conscripsisse opus de remediis in morbis administrandis, in quo formulae fuerint traditae in singulis morbis et ad peculiaria in morbis quibusdam symptomata usurpandae; cuiusmodi formularium medicum appellavit *τὴν φαρμακίτιδα.*

Quaerimus supersitne eiusmodi *φαρμακῖτις* in collectione nostra medicorum veterum? Statim autem mihi probabile videtur partem eiusmodi operis superesse in § 17. libri de morbis III., cuius initium: *ψυκτήρια δὲ τάδε δίδου ἐπὶ τοῖσι καύσοισι πίνειν, ὁκόταν βούλῃ.* Illud fragmentum mihi non videtur pars esse libri III. de morbis, cuius principio auctor: *περὶ μὲν οὖν πυρετῶν ἁπάντων μοι εἴρηται· ἀμφὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐρέω ἤδη.* Nempe, quum antea, uti affirmat ipse, de febribus egerit, remedia contra febrem ardentem ad scriptum illud, cui hodie subiuncta sunt, referri et eius pars haberi nequeunt. Sed videntur formulae ibi traditae omnino formularii eiusmodi medici fragmentum referre; cuiusmodi aliis in libris plura habemus, nam formulae in libris de muliebribus morbis, perinde atque illae a quibus orsus sum, sunt partes eiusmodi formulariorum medicorum. Ipsam tamen *φαρμακίτιδα*, de qua loquitur noster auctor libri *περὶ παθῶν*, in collectione Hippocratica reperire mihi non contigit.

Verum percurramus de novo librum, ut videamus, num quid forte occurrat, quod notare sit operae pretium.

§ 1. Ἄνδρα χρὴ — ὠφελέεσθαι. Vidimus supra haec verba etiam adhaesisse libro περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, — quod quidem indicio esse videtur, hos libellos in apographis antiquis coniunctos fuisse. Parum recte tamen inde effeceris utrumque librum eidem auctori deberi. Puto has scriptiunculas olim ideo fuisse coniunctas a nonnullis, quia utraque scripta est in usum τῶν ἰδιωτῶν.

§ 6. πλευρῖτις, περιπνευμονίη, καῦσος, φρενῖτις· αὗται καλέονται ὀξεῖαι. Operae pretium est conferre § 5. libri de Victu acutorum, ubi iidem morbi acuti recensentur, qui h. l., et insuper ὁ λήθαργος. Itaque suspicor nostrum illum Hippocratis locum respicere.

§ 8. Illam definitionem τοῦ κρίνεσθαι pro emblemate alieno haberes, nisi haberetur in libro τοῖς ἰδιώταις destinato.

§ 12. ῥυφήμασι δὲ καὶ πόμασι διάγειν legis; verbum autem διάγειν simili quodam modo usurpatur in additamentis spuriis ad librum de Victu acutorum, v. c. § 18. διάγειν δὲ τούτοισι προσφέροντα μηδὲν ἄλλο ἢ κ. τ. λ. et § 31., ubi: τούτους (codd. τούτοισι) οὕτω χρὴ διάγειν. Noto haec non quia imitationem horum locorum in nostro inesse credo, sed propter illum usum verbi διάγειν de curatione aegrotantium.

§ 13. τῶν νούσων, inquit, σχεδόν τι μάλιστα αἱ ὀξεῖαι καὶ ἀποκτείνουσι καὶ ἐπιπονώταταί εἰσι καὶ δεῖ πρὸς αὐτὰς φυλακῆς τε πλείστης καὶ θεραπείης ἀκριβεστάτης. In quibus agnosco imitatorem, aut saltem lectorem Hippocratis de Victu acutorum; nam § 5. libri vere Hippocratei respicitur.

§ vero 47. in verbis ἐς ὑγίειαν δ' ἄριστα, ὅσα ὀλίγιστα ἐσιόντα αὐτάρκεά ἐστι καὶ λιμοῦ καὶ δίψης ἄκος εἶναι sine dubio audimus imitatorem Hippocratis § 3. de victu acutorum: ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστι, quemadmodum ibi (p. 288. vol. I.) iam adnotavi.

Itaque certo constat hunc librum esse conscriptum a medico, qui eo nomine Cnidius dicendus est, quod Cnidiorum placitis maxime addictus fuit, sed qui tamen Hippocratis scripta quoque trivisse videtur. Neque negare poterit quisquam eum esse Hippocratis aevo recentiorem iureque referri ad scholam Cnidiam, quam recentem appellare institui. Congruit vero hoc satis cum iis, quae de Epid. VII. in prolegomenis ad vol. I. monuimus.

Haec de libro περὶ παθῶν dicta sunto.

§ 21.

De libro de internis affectionibus.

Quae libro hocce continentur fere haec sunt:

Agitur § 1. de vulnere asperae arteriae, aut ruptione venularum pulmonis eiusque sequelis et curatione. — § 2. de vulsis asperae arteriae, venularumve pulmonis. — § 3. de morbo, quem πνευμονίς appellat auctor et unde φύματα in pulmone nascantur. — § 4. de varice in pulmone; — § 5. de venulis in pulmone sanguine atrave bile repletis; — § 6. de inflammatione pulmonis; — § 7. de pulmonis tumore ex erysipelate; — § 8. de ruptis in pectore ac

dorso; — § 9. de tuberculo in latere et inde suppuratis. — § 10. agere incipit de tribus tabis speciebus, quarum prima ex defluxione pituitae a capite in pulmonem; — § 11. sermo est de altera ex vehementi labore orta; — § 12. describitur species tertia, quae oritur cum medulla spinalis sanguine et bile repletur. — Sequitur § 13. resiccatio medullae spinalis; § 14. vero exponere incipit de quatuor renum morbis, quorum primum hoc ipso capitulo describit, sequentes species tres §§ 15. 16. 17. exponuntur. — De magno morbo venarum cavarum, qui post nephritidem corripiat agit, ac primum quidem de morbo a vena cava in dextris partibus agit § 18. et § 19. de morbo venae sinistrae. — § 20. de pituitae speciebus, ac primo de pituita, quam *φλέγμα ἐπιδήμιον* vocat; — § 21. de alba pituita dicta; — § 22. de hydrope; — § 22. de hydrope ab hepate oriundo; — § 25. de hydrope ex liene; § 26. de hydrope universali; — § 27. de hepatitide, s. morbo hepatis, cuius species altera et tertia tractantur §§ 28. 29. Sequuntur quinque morbi lienis §§ 30—34. — Icteros dein quatuor exponit §§ 35—38. — De typhi speciebus quinque §§ 39—43. — Agitur § 44. de volvulis; — § 45. de volvulo auriginoso dicto; § 46. de alio, qui sanguineus appellatur; — § 47. pergit agere de morbis crassis dictis, quorum speciem primam isto capitulo describit, et alias species tres §§ 48—50. Ischias tractatur § 51. — De tribus speciebus tetani sermo est § 52., ubi primam depingit auctor; opisthotonum § 53. describit et § 54. exponitur de alio tetano.

Hic igitur brevis est conspectus argumenti huius libri.

Cum argumentum, tum principium et finis libri satis docent non esse librum integrum, sed fragmentum operis cuiusdam, est quasi corpus, cui caput et cauda, fortasse etiam aliae partes deficiunt.

Audit vulgo *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*, dum in nonnullis mss. liber superior, qui ut plurimum nude *περὶ παθῶν* appellatur, falsissime inscribitur *περὶ τῶν ἐκτὸς παθῶν*; unde rursus constat, quam rerum ignari fuerint ii, a quibus eiusmodi inscriptiones sunt profectae. Recentissimas has esse, non auctoribus librorum deberi, certum esse arbitror. Habet autem liber noster alias inscriptiones apud Galenum. In glossario voce *ἄλφιτα*: *ἔν τε τῷ περὶ νούσων*, inquit, *δευτέρῳ τῷ μείζονι καὶ φακῶν καὶ ὀρόβων πεφρυγμένων*. Locus est e cap. 23. (p. 347. vs. ult. huius vol.). In voce *ἀνθίνην* (sic) *οἶνον*: *ὥσπερ*, inquit, *καὶ κυκεῶνα ἀνθινὸν ὠνόμασε ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι*. Respicit locum e § 12. libri nostri p. 331. vs. 9. Vide porro in voce *ἀνωργισμένον*, quae desumpta est e § 21., ubi *ἀνωργασμένον* scripsi (p. 344. vs. 22.); tum in voce *ἀσᾶται*, quae ducta est e § 35. (p. 363. vs. 2.); dein voce *δίεδρος*) *διαφανής*, de quo vocabulo vid. Foës. in Oecon. et de quo monui in adn. ad p. 351. vs. 26. § 26. et ad § 11. p. 328. vs. 24. Videatur porro in voce *κοτυλίδα* e § 18. desumpta p. 339. vs. 23. et in voce *λαμπτήρ* e § 26. p. 351. vs. 26. — Citatur etiam e secundo de morbis maiore *προσωδέστερον*, sed neque ego vocem reperi, neque eam vidit Foës., quem cf. in voce in Oecon. — Vide porro in voce *ῥαγεῖσα* desumpta e § 18. (p. 339. vs. antepenult.) Singulis hisce locis liber noster de affectionibus internis appellatur *τὸ δεύτερον περὶ νούσων τὸ μεῖζον*.

Sed Galenus comm. 2. in librum de Victu acutorum (vol. XV. p. 537. Kühn.): *ὡς σύγγραμμα δ'*, inquit, *οὐκ ἔστιν ἄξιον τῆς Ἱπποκράτους δυνάμεως· ὥσπερ οὐδὲ τὰ περὶ νόσων τε καὶ περὶ παθῶν ἐπιγραφόμενα, καίτοι πολλὰ καλῶς ἐν αὐτοῖς εἴρηται*. In-

certum autem num utrumque librum *περὶ παθῶν*, an unum tantum respiciat; quamquam illud magis probabile esse videtur propter locum e comm. ad Aph. VI. 27., ubi *οὓς*, inquit, *ὅπως χρὴ καίειν εἴρηκε ἐν τῷ μεγάλῳ περὶ παθῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἣν τοῦ πνεύμονος αἱ ἀρτηρίαι, τινὲς δ' ἐπιγράφουσι τὸ βιβλίον τοῦτο περὶ ἐμπύων.* Itaque dubium non est, quin et liber *περὶ παθῶν* hodie dictus illo nomine iam Galeni tempore appellatus fuerit; certum etiam hunc, qui hodie fere *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* dicitur, item appellatum fuisse *περὶ παθῶν.* Fieri possit, ut etiam *περὶ παθῶν τὸ μέγα* appellatus fuerit, sed sentis etiam hoc fieri potuisse ut Galenus solum de suo distinguendi causa illud *τὸ μέγα* adderet, nec tamen esset titulus vulgaris; quod maxime ea de causa verisimile esse credo, quia principium libri adfert ut ab aliis eum certo distinguat.

De nomine *τὸ δεύτερον περὶ νούσων τὸ μεῖζον* abunde constat e glossario; sed minus certo mihi constat de titulo *περὶ ἐμπύων.* Vidimus hunc datum fuisse libro de morbis primo, vidimusque cui parti libri illius bipartiti, aut potius tripartiti nomen maxime conveniat. Non nego primis capitibus huius libri *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* agi de morbis, unde suppurati fiant; legimus adeo § 3. sub finem *ποιέειν τὰ αὐτὰ ἃ καὶ ἐπὶ τοῦ πρόσθεν ἐμπύου γενομένου γέγραπται.* At si teneas libro de morbis primo fusius et data opera de suppuratis agi, eamque materiem per magnam illam libri partem, cui nomen illud competit, patere et scriptorem libri *περὶ παθῶν* polliceri se seorsim de suppuratis acturum esse, vereor ne forte lapsu memoriae Galenus titulum illum libri primi de morbis ad hunc, de quo nunc agimus, transtulerit. Id ceteroquin fieri potuisse sentio, ut inscriptio illa nata sit a librario aliquo proxima ab initio capita sola respiciente.

Haec de variis libri titulis.

Sed advertunt etiam inscriptiones capitum singulorum. Advertit primum has inscriptiones alio loco deesse, alio adesse; advertunt ipsa exordia plurium capitulorum et varietas lectionis, quam codices scripti referunt in his titulis et principiis capitum: — advertit consecutio morborum descriptorum, quam in argumenti libri recensione tradidimus; — advertit nomen *εἰλεῶν* collatum cum descriptione morborum eo titulo insignitorum; — advertit multiplex divisio morborum renum, lienis, icteri, typhi; — advertit mira triplex divisio tetani. Quibus omnibus computatis partim agnoscis nosologiam Cnidiorum; partim quaeris quinam sint morbi illi, qui describantur; quin saepius fateri debemus nos id nescire; — saepius nescis quid primo libri auctori in hisce debeatur, quid librariis.

Non tamen eò haec spectant, ut significem me dubitare num liber e Cnidia schola provenerit; est enim certo certius ex illa profectus. In hoc quoque princeps placitum, in libris, de quibus supra vidimus obvium, apparet: scilicet morborum originem maxime a bile et pituita esse repetendam. Ipsa nosologica methodus praesertim in postremis Cnidiorum rationem redolet. Sed primo, quod supra iam dicere coepi, liber noster operis maioris fragmentum est; docent cum alia, quae supra attigi, tum hoc: initio cap. 20.; *περὶ δὲ τοῦ φλέγματος*, inquit, *τὰς αὐτὰς γνώμας ἔχω, ἃς καὶ περὶ χολῆς καὶ φημὶ ἰδέας αὐτοῦ πολλὰς εἶναι.* De qua re quod ad bilem attinet, nihil in superioribus legitur. Nescimus quoque an hodiernus rerum in libro ordo sit idem, qui olim fuit et qui primo ab auctore sit profectus.

Orationem huius scripti si respiciamus, formulae sane Cnidiorum sermoni familiares appa-

rent; sed apparent etiam dictiones, quae huic auctori peculiares fuisse videntur et quarum unam alteramque supra iam e Galeno attigimus. Advertit me usus verbi *μεμαθηκέναι solere* (§§ 1. 17. 31.), quod eodem sensu usurpatum novimus in additamentis spuriis ad librum de Victu acutorum. Cum *φόξιμος*, § 2. obvio, comparo *ἄφυκτος* e § 30. eorumdem additamentorum.

Lubet autem h. l. notare convenientiam inter libros de morbis, — excipio partem primam sophisticam libri primi, — et libros de affectionibus, quae apparet in venarum descriptione. In fine capitis 5. libri II. de morbis legimus: *διαδιδοῦσι αἱ μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐς τὰς ῥῖνας, αἱ δ' ἀπὸ τῆς ῥάχιος αἱμορρόοι ἐς τὸ στόμα.* Capite vero 18. libri I. de morbis legis: *ἕλκει τὸ αἷμα ἐφ' ἑωυτὸν μάλιστα μὲν καὶ πλεῖστον ἐκ τῶν μεγάλων φλεβῶν· αὗται γὰρ αὐτῷ (τῷ πνεύμονι) ἐγγυτάτω εἰσὶ καὶ ἐπίκεινται ἐπ' αὐτῷ*; et postea: *καὶ ὀδύνη ὀξεῖα ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ῥάχιν, ἅτε τῶν φλεβῶν τῶν μεγάλων διαθερμαινομένων.* In libro autem de intt. aff. memorantur ipso initio capitis 5. *τὰ κοῖλα φλέβια τὰ διέχοντα ἐν τῷ πνεύμονι*, ubi quas venulas spectet, mihi incertum videtur. Sed maioris momenti sunt loci, qualis hicce e § 26. libri I. de morbis; *ἡ φλὲψ ἡ σπληνῖτις καλεομένη τείνει ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ἐς τὸ πλευρὸν, ἐκ δὲ τοῦ πλευροῦ ἐς τὸν ὦμον καὶ ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερήν. ἡ δὲ ἡπατῖτις ἐς τὰ δεξιὰ ὡσαύτως.* Et ex cap. 28.: *τούτου ξυμφέρει τὴν φλέβα ἀποσχάσαι τὴν ἐν τῇ χειρὶ τὴν σπληνῖτιν καλεομένην, ἢ τὴν ἡπατῖτιν καθ' ὁπότερον ἂν ᾖ τὸ νόσημα.* Unde ultro patet nos in his habere descriptionem venarum, quam Diogeni Appolloniatae tribuit Aristoteles (hist. an. p. 89. Ed. Schneid.) Eodem respicit quod in lib. *περὶ παθῶν* cap. 20. legitur: *καὶ τὴν φλέβα τὴν σπληνῖτιν ἀφιέναι πυκνά*, quod quam mire dicatur obiter simul nota. Ex eadem venarum descriptione pendent quae lib. de aff. int. cap. 18. leguntur de magno venarum cavarum morbo, ubi itidem diversa symptomata notantur prouti in dextra sinistrave parte (cap. 19.) sedes morbi sit. Eadem de causa cap. 28. eiusdem libri in hepatis morbo venae sectionem commendat in latere dextro; contra cap. 32. in lienis morbo in brachio sinistro.

Ex his omnibus constare mihi videtur cum in libris de morbis, tum in libris de affectionibus esse unam eandemque de venarum distributione opinionem eamque similem illi, quam Diogeni Appolloniatae fuisse affirmat Aristoteles.

Et haec quidem de libro de internis affectionibus nunc sufficiant.

§ 22.

De libro de locis in homine.

Huius scripti argumentum huc fere redit:

„Nullum, inquit, auctor cap. 1., corporis humani principium, neque finis mihi esse videtur, aeque minus ac circuli, eodemque modo morbi ex universo corpore nascuntur. Partes siccae frequentius et fortius morbis corripiuntur quam humidae. Sibi invicem quoque morbos tradunt partes diversae. Curatio autem dirigenda est ad id, quod primum morbum facit.

Corpus totum sui simile est et ex iisdem compositum, unde consensus quidam, quo vel e minima aliqua parte laesa ad reliquum corpus transfertur affectio."

„Corporis autem natura, ita pergit p. 2., principium est cognitionis medicae. Ac primum quidem vacua pars circa aurem utramque nihil audit, nisi strepitum et clamorem; sed id quod per membranam cerebri ad ipsum transfertur distincte audimus. Hoc vero unicum est in cerebri membrana foramen; ad nares enim nullum patet, sed molle quiddam est instar spongiae. Ad oculos parvae venulae e cerebro pergunt, quae purissimo humore e cerebro oculos nutriunt eosque visu privant, cum exsiccantur. Oculi tres membranas habent, ex quarum laesione oriuntur morbi diversi iique cum diverso periculo. Duae sunt cerebri membranae, altera superior, crassior, altera cerebro contigua ac tenuior."

„Venae, — ita cap. 3., — tendunt per carnem ad verticem iuxta os; duae ad oculorum canthos desinunt, una ad nasum; — ad tempora feruntur duae aliae, quae oculos in situ suo continent semperque pulsant, sanguinem vero non vehunt. Acies oculorum ab humore cerebri nutritur; sin a venis aliquam accipiat, turbatur visio. Aliud venarum par ad aures tendit, earumque partem superiorem comprimit; aliae duae venae ad meatus auditorios pergunt."

Describuntur dein cap. 3. reliquae corporis venae, quae omnes inter se communicare dicuntur.

Monet § 4. faciliores esse morbos a venis quam a nervis oriundos, quum nervi sicci sint, neque cavum habeant; unde fiat ut in his morbi firmius inhaereant. Sunt autem tetani aliique morbi tremorem inferentes, qui nervis praecipue accidunt.

Docet porro § 5. nervos articulos in situ suo continere eosque per totum corpus distendi, circa caput vero et faciem non esse nervos, sed fibras nervis admodum similes, inter quas eiusmodi, quae cavum habent quoddam.

Describit § 6. suturas capitis, docet vertebras alios habere plures, alios pauciores; septem esse costas, quae ad vertebras articulos habeant, ab anteriore vero parte in sterno inter se coniungantur. Describit articulationes artuum superiorum, inferiorum; monet tandem multos parvos in corpore esse articulos, qui in singulis hominibus sint diversi; eodemque modo venas antea descriptas in omnibus eadem se habere ratione, parvas autem insuper esse venulas in singulis hominibus diversas, quas describere non attineat.

Docet cap. 7. articulis omnibus mucum inesse, qui si purus sit, articulos facilem habere motum. Sin humor a carne ad articulos affluat, articuli immobiles redduntur, aut solvuntur, ita ut claudi fiant homines.

„Ad ventrem, inquit § 8., tendunt quae in cibo et potu assumuntur; a ventre vero, quo loco humor percolatur, fibrae tendunt ad vesicam."

Exponitur cap. 9. theoria de fluxionibus, quae fiunt cum carne refrigerata, tum calefacta et supra modum tumente.

Sunt autem, quod docet cap. 10., septem a capite fluxiones, quarum oculis conspici possunt una ad nares, altera ad aures, tertia ad oculos. Agit dein de fluxione ad thoracem, unde tandem suppurati fiant ac tabidi; — tum de fluxione ad medullam, unde alia tabis species; porro de fluxione a posteriore parte ad vertebras et carnes.

Equidem hoc caput de industria saepius perlegens sex tantum, quas dixi, fluxiones eum

enumerare video, non septem. Itaque hic vitia latere puto, quae tamen qualia sint, mihi non constat, ut saltem in hoc capite non possim detegere quae fluxionis species deficiat. In sequentibus vero capitulis ordine fere eodem agit de singularum fluxionum curatione; atque ibi cap. 20. sermo est de fluxione per oesophagum in ventrem; estne haec septima auctoris nostri fluxio, quam loco, de quo agimus, aut ipse, aut librarii omiserint? Equidem fere esse putem; videat mecum L. B.

Sed pergo in descriptione argumenti:

Agitur cap. 11. de fluxionem ad nares curandi methodo. Capitulum autem ita est comparatum, ut referre videatur posteriorem partem loci maioris quam quem hodie possidemus de hoc argumento. Itaque videant futuri editores, num capituli principio lacuna notanda sit; equidem facere nolui antequam alios eodem modo de hoc loco sentire novissem.

Sequenti capite 12. sermo est de fluxionis ad aures therapeia, qui locus integer esse videtur.

Exponitur cap 13. de fluxionem ad oculos tractandi ratione: distinguuntur autem plures ex hoc fonte manantes morbi, qui quomodo singuli curandi sint, docetur. Hoc quoque caput lacunâ, quam indicavi, excepta fere integrum superesse opinor.

De fluxione ad thoracem sermo est § 14., ubi inde peripneumonia et pleuritis profluere dicuntur, quarum pathogenesis, quam vocant recentiores, traditur. Periculosior esse dicitur altero morbo pulmonis inflammatio. Dein de suppuratis factis post utrumque morbum sermo est, aliisque morbis, quibus suppurati fiant. Tum de tabe monet. Traduntur autem summatim symptomata, prognosis, diagnosis, causae harum affectionum, non therapeia.

Loquitur cap. 15. de fluxione ad spinam et tabe inde orta, qui tamen locus rursus me iudice non nisi fragmentum est amplioris cuiusdam, qui olim exstiterit.

Traduntur cap. 16. signa periculosa in pleuritide et peripneumonia observanda.

Capite 17. agit de pleuritidis curatione; sub finem vero loci peripneumoniam eadem methodo curandam esse praecipit.

Capite 18. suppurati quomodo tractandi sint, docetur; et § 19. quomodo tabem curare oporteat.

Sermo autem est cap. 20. de illa per oesophagum ad ventrem fluxione, unde purgatio per inferiora, aut subinde vomitus nasci dicitur. Dein de eius fluxionis curatione.

Agitur § 21. de fluxione per partes posteriores iuxta vertebras eiusque therapeia; — § 22. de ischiade ex fluxione et tabe ex ischiade horumque morborum curatione.

Caput 23. est de liene tumente et hydropis inde nati curatione; caput 24. de curatione hydropis in pueris agit. — Est autem inter utrumque locum intermedius tertius, qui extra nexum cum vicinis infertur, et de quo in adn. monui.

Adhuc de fluxionum curatione agit; iam vero transit ad aliud morborum genus. Audivimus illum docentem quomodo septem fluxiones curare oporteat; quae sunt: I. fluxio ad nasum, II. ad aures, III. ad oculos, IV. ad thoracem, V. ad spinam, VI. per oesophagum ad ventrem, VII. fluxio per partes posteriores iuxta vertebras. — Est igitur quinta species illa, quam antea ad medullam fieri dixit.

Deinde capite 23. de hydrope agens item loquitur de fluxione, sed non de tali, quae ex capite fiat; quippe a liene ad omentum illam fieri dicit.

Iam vero § 25. sermo est de pleuritide sicca sine fluxione eiusque therapeia; — § 26. de febribus, de earum causa, curatione; — § 27. de ictero eumque tractandi ratione; — § 28. de ulcere ferino, eius causis, curatione et § 29. de angina, de causa huius morbi et sanandi ratione.

Continet § 30. praeceptum therapeuticum universale de morborum tum a fluxionibus ortorum, tum aliorum curatione.

Sequitur § 31. locus de capitis fracturis, qui primum miro modo ceteris interponitur, ita ut facile abesse posse videatur, licet minime affirmem hunc auctorem eum ibi non descripsisse; — tum vero nescio utrum locus sit integer, an pars tantum supersit eorum, quae olim plura de hac materie relata fuerint.

Porro capite 32. monita continentur practica, apophthegmata medica varia; capite 33. praecepta de medicamentorum administratione. — Capite 34. ars gymnastica et medica sibi oppositae esse dicuntur. Capite 35. ulcera supra corporis superficiem prominentia quomodo tractanda sint praecipit. Docet § 36. vomitum in fluxione ex capite prodesse. Sequenti 37. rursus monentur nonnulla de ulceribus.

Capite 38. vitae taedio affectorum curatio traditur; — spasmus quomodo curandus sit, docetur; — de febre convulsioni superveniente monitum dein legitur. Tandem hoc capite traditur monitum, quod minime intelligo.

Sequenti capite 39. de venarum ustione monita leguntur.

Non nego difficile esse iudicium, num magna pars horum postremorum interpolata sit, nec ne; — ordine turbata esse plura, alia pessime esse descripta certum iudico.

Practicis magnam partem monitis, de quibus iam vidimus, subiungit auctor capite 40. seqq. nonnulla de arte medica summatim, quam statim ab initio non cito addisci posse affirmat, quum *καθεστηκός τι σόφισμα* in ea inesse non possit, quo nomine a pingendi arte, cum qua eam exempli gratia confert, magnopere differat. Remedia enim non semper eundem effectum edunt, sed eadem interdum etiam contrarium; quam rem exemplo illustrat.

Capite 41. docet similia hominibus oblata alias morbos, alias sanitatem facere. Docet cap. 42. causam rei esse corporis debilitatem: ea nempe, quae offeruntur, si a corpore superentur, solitum suum habere effectum; sin non a corpore superentur, contrarium. Cum qua re coniunctum est quod § 43. medicinam *ὀλιγόκαιρον* esse dicit.

Capite 44. medicamenta esse affirmat omnia, quae corporis praesentem conditionem mutent; quod quidem faciant omnia quae sint validiora. Monet dein in morbis singulis administranda esse medicamenta, quae morbi vehementiae congruant; neque in morbis minus validis valida remedia esse danda, ita ut minore dosi haec infirma reddas, sed in singulis morbis remedia seligenda esse, quae natura sua ad morbum sint accommodata. Quibus alia de remediorum usu summatim et de usu medicaminum quorumdam in specie adduntur.

Tandem cap. 45. medicinam universam iam repertam esse dicit: fortunam autem in arte eam vim habere, ut qui perite artem faciat bono successu gaudeat, qui vero imperite, bono successu destituatur. Si qui vero artis ignari scite medicinam exercent, successum non talem esse ut operae pretium sit rei mentionem facere.

Qui postremum hoc capitulum aliud non agens perlustraverit, vix poterit in eo non agno-

scere finem libri de locis in homine. Ea vero, quae vulgo de morbis mulierum subiunguntur, ad huncce librum non pertinent. Lindanus vidit principium esse libri alicuius de morbis mulierum et praefixit libro secundo de isto argumento. Inculpat Kühnius Lindanum, qui libros aliquot alio modo quam antea ab editoribus factum sit distribuerit; sed hîc sane non est culpandus, sed eum sequi oportet. Itaque obsecutus Lindano hunc appendicem initium feci libri II. de morbis mulierum.

Quodsi iam universi argumentum, contenta et quae ad textum et in argumenti descriptione observavi, respiciamus, apparet, puto, eum non nisi a mediocris ingenii scriptore literis esse mandatum. Sunt ea, quae non intelliguntur, sane non omnia auctoris culpa tam obscure exposita: nonnulla in capitulo sexto difficulter aut omnino non intelliguntur, quia anatomica scientia viri rebus ipsis non respondet. Quid illae *περόναι*, de quibus p. 401. agit, sint, nescis. Non nego librarios pluribus locis textum deturpavisse; fortasse hîc illîc locorum ordo a descriptoribus turbatus est; aliis locis lacunae insunt; sed tamen nullo loco, ne iis quidem, qui satis bene descripti sunt, magni ingenii virum audio. Fuit, ut opinor, scriptor noster sophista, qui practicorum medicorum monita suis placitis intermiscuit.

Sed operae pretium est ad orationem eius mentem advertere: utitur enim vocabulis et formulis sibi propriis pluribus locis, de quibus singulatim videre lubet; e singulis autem capitulis deinceps ea colligemus.

Cap. 1. *λάζεσθαι.* Verbum apud Hipp. ipsum non legitur; mihi vero h. l. passivum esse videtur, contra transitivum est § 14. *πνεῦμα ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον λάζεται*, et paulo post *ἢν δ' ἐναταῖον — λάζηται*; item § 38. *d.* ter. Sed ipsi illi loci magis firmant opinionem in capite 1. passivum esse; vid. adn.

Ibid. *ἡ ὑγρότης οὐ χωρευμένη ὑπὸ τῶν τευχέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ.* Itaque *τὰ τεύχεα* sunt *τὰ ἀγγεῖα*, quale quid ab Hippocratis usu alienum; — § 9. *μᾶλλον δὲ τὰ ἄνω ὑγρά ἐστι τεύχεα κ. τ. λ.*; — § 23. (*τὸ ἐπίπλοον*) *ὥστε τεύχεα ἔχον καὶ ταῦτα κενεὰ ἐκδέχεται.* Idem nomen eodem sensu legitur libro de glandulis Cap. 5. et 17., ubi idem illud *τὰ ἄνω τεύχεα.*

Ibid. paulo ante *ὥστε οὐ πεπηγὸς* occurrit: est autem illud *ὥστε* pro *ἅτε* nostro perfamiliare notante etiam Littréo. Legitur § 7. bis., § 9. bis., § 10. ter., § 14. 26. 28. 33.

Ibid. *αἰσθήσεται τὴν πεῖσιν.* Nomen raro occurrit in his libris. In iis, quos adhuc tractavimus, nunc primum lego.

Ibid. *πρὸς τὴν ὁμοεθνίην.* Idem nomen legimus libro II. de mm. mull. p. 763. Cap. 66.: *μάλιστα δὲ καὶ αἱ μάζαι ἀείρονται κατὰ τὴν ὁμοεθνίην.* Advertit idem nomen, quod raro in his libris legitur, occurrere in lib. II. de mm. mull., quia e principio huius libri libello nostro adhaerente in mss. patet hos libros olim fuisse coniunctos. Foës. in Oecon. item duos, quos indicavi, locos tantum excitat, quibus nomen *ὁμοεθνίη* legatur.

Capite 2. *διαφραδέως ἀκούεται.* Notemus adverbium ab Homerico *διεπέφραδε* ductum.

Ibid. *σκίδναται* Homericum verbum.

Cap. 3. *ἀτρεκέως* Homericum vocabulum.

Ibid. *οἰσοφάγος* et dein *μεταξὺ τοῦ τε βρόγχου καὶ τοῦ οἰσοφάγου* et § 20. *ὁκόταν διὰ τοῦ οἰσοφάγου ἐς τὴν κοιλίην ῥεύσῃ.* Nomen *οἰσοφάγος* ex hoc libro solo in Oecon.

x.

Foësii citatur, nec memini me id in aliis legere. Vid. Oecon. Hipp. in vocibus οἰσοφάγος et στόμαχος.

Ibid. ἐς τὸν κίθαρον. Nomen saepius recurrit in hoc scripto § 10. bis., § 14. ter.; legitur autem in hoc libro solo. Vocabulum Doricum esse monet Erotianus.

Cap. 6. τὰ γυῖα; § 29. ἐν τοῖσι γυίοισι; sing. num. cap. 6. τὸ ὀστέον τὸ ἐν τῷ γυίῳ et ibid. paulo post τὴν περόνην τὴν .... ἀπὸ τοῦ γυίου φερομένην. Artus superiores ita appellat.

Ibid. ἄρθρον ἐν τῷ κυβίτῳ ποιέουσι et paulo post ἐν τῷ κυβίτῳ ἐντός. Doricum vocabulum est τὸ κυβιτόν ab Epicharmo usurpatum.

Cap. 9. vulgo ἐκφλιψάσης et paulo post ἐκφλιβῇ, alii tamen libri formam per θ ferentibus, quemadmodum paulo ante omnes codd. ἐκθλίβουσι et ἀντεκθλίβουσι. Futuros tamen editores ubivis in hoc libro, in quo Dorica vocabula plura occurrunt, formam per φ reponere oportebit. Vid. Valcken. ad Adoniazusas vs. 76. (p. 371.) Capite 14. noster φλασθῇ habet.

Cap. 10. θάλλουσι. Idem verbum bis legis cap. 23., quater cap. 42. Habetur etiam libro de Morbo sacro sub finem et libro de Corde Cap. 1.

Cap. 12. φάρμακον πῖσαι ὅ τι ἂν κάτω ὑποχώρησιν ποιέῃ; — cap. 21. φάρμακον πιπίσκοντα; — cap. 22. φάρμακον δὲ πῖσον ἐλατήριον; — cap. 23. φάρμακα πιπίσκειν, ὑφ' ὧν ὕδωρ καθαρεῖται; — cap. 26. πιπίσκειν φάρμακον ibidemque τοῦτον χρὴ φάρμακον πῖσαι. Singulis locis audimus medicos Cnidios, ita ut probabile sit sophistam nostrum ex horum libris pleraque practica duxisse et suis placitis interposuisse.

Cap. 13. κνιπότητα. Nomen hoc loco solo in hac medicorum sylloge legitur; exponitur ab Erot. et Gal. in glossariis. Vid. Oecon. Hipp.

Ibid. ὅταν δ' ἄργεμον ᾖ. Vid. Foësii Oecon. in voce, ubi nomen ex h. l. et altero ex additamentis ad librum περὶ ἀφόρων citatur; sed respicit locum p. 649. vs. 12. huius vol.

Cap. 14. μείζων ὁ λοβὸς γενόμενος ἀμφοτέρων ἔψαυσε τῶν πλευρέων καὶ περιπνευμονίην ἐποίησε. Cf. librum II. de morbis cap. 59. ἢν ὁ πνεύμων πρὸς τὸ πλευρὸν προσπέσῃ. Et confer cum his Coacam 400. et 401. et quae in praefatione ad hoc volumen (p. II.) de loco interpolato mihi viso in Coaca 400. dixi. Scilicet Cnidiae scholae propria fuisse videtur illa opinio de pulmone inflammato et ad latus incumbente. Moneo ut appareat quam confirmetur opinio mea vocabula ista in Coaca 400. esse interpolata; tum ut pateat in hisce, nostrum etiam Cnidios esse secutum.

Ibid. θαμινά, quod § 32., 33. recurrit in vere Hippocrateis non legitur.

Ibid. καὶ λυσιγυῖα γίγνεται. Hocce λυσιγυῖα hoc solo loco legitur in his libris. Video esse qui λυσίγυια, aut λυσιγυία scribere velint. Mihi λυσιγυῖα neutrum plurale esse videtur, neque deflecto de solita vocis scriptione.

Cap. 17. ἰνηθμός, idemque nomen § 32. bis recurrit; — ἴνησις legitur § 20., ἰνήσεται § 26. Cum quibus cf. ὑπερίνησις ex initio lib. II. de mm. mull. et ὑπέρινος § 32. libri nostri et ἰνήσεται e lib. I. de mm. mull. p. 582. huius Vol. Nempe non nisi in nostro libello et libris de mm. mull. haec leguntur.

Cap. 18. καὶ βῆχα ποιέειν καὶ ἐγχύτοισι φαρμάκοισι χρέεσθαι et paulo post iterum καὶ

βῆχα ποιέειν. Agnoscimus rursus methodum Cnidiorum, cuius in libris de morbis mentio facta et de qua audivimus Galenum in adnn. ad librum de Victu acutorum p. 288. vol. I.

Cap. 19. θερμωλῇ. Idem nomen legitur cap. 26. et 32. In nullo alio libro occurrit. Vid. Oec. Hipp.

Cap. 20. καμμάρῳ. Magnopere advertunt Erotiani verba: Διόδωρος ὁ γραμματικὸς καὶ Ζήνων ὁ Ἡροφίλεῖος [τὸ] κάμορον, κάμμορον, ἢ κάμαρον φασὶ καλεῖν τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριέας, οἷον κακόμορόν τι ὄν. Permittemus Erotiano ceterisque nominis explicationem; sed utemur eorum testimonio vocem Doriensibus in Italia esse propriam; facit enim cum aliis illis Doricis vocabulis ad patriam scriptoris nostri definiendam.

Cap. 28. χειμιοῦσα, cum quo cf. ex § 10. ὅταν χειμίῃ ᾖ. Voces in hoc libello solo habentur.

Cap. 38. σακκία. Hippocrates μαρσίππια appellat p. 300. vol. I.

Cap. 40. αἰεὶ ἐνδυκέως ὁμοῖόν ἐστι. Nota Homericum ἐνδυκέως.

Cap. 42. (p. 428. vs. ult.) codd. προσοισμένων, ubi de meo προσοισμάτων scripsi, quia προσοίσματος eodem capite et sequenti recurrit. Respondet Hippocratico πρόσαρμα. Advertit autem maxime, quia nomen hoc ductum est a perfecto passivo οἶσμαι verbi φέρω. Apud Lucianum parasit. 2. προοῖσται legebatur olim, quod Buttmannum laudare video tanquam unicum exemplum huius perfecti. Iacobsius apud Lucianum προῶσται emendavit, quod in editione Dindorfiana item legitur. Itaque illius perfecti vestigium in solo hoc libro superesse videtur.

Ibidem ἀλλοίας κακίας. Libro de glandulis p. 498. Kühnio δυ' ἔστον κακία.

Ibid. παλιγκοτίας παρέχει. In prolegomenis his ad libros Epidd. spurios iam monui non esse Hippocrati usitatum.

Cap. 44. (p. 431. vs. 1.) τμηματώδεα parum apte ponitur pro τμητικά.

Tandem verbulo moneo de nominibus βρόγχος et ἀορταί apud hunc scriptorem. Ὁ βρόγχος illi est quam nos *asperam arteriam* appellamus; utrum vero ἀορταί illi sint, quos nos hodie *bronchos* vocamus, quemadmodum vulgo ἀρτηριῶν pro ἀορτέων legitur § 14. haud procul ab initio, an aliud quid, non certo definio, licet bronchos esse hodiernorum probabile existimem. Quomodo τὸν βρόγχον § 10. οὐ ξυγκεκαλυμμένον dicat, incertum: potest eum ita appellare quia paucae σάρκες eum ab anteriore contegunt, — potest eum ita appellare, quia patet apertura, licet haec epiglottide contegatur; maxime si hanc ignoraverit. Nempe τὸν οἰσοφάγον memorat, itaque non credo τὸν βρόγχον guttur esse, quemadmodum vult Foësius; nam φάρυγξ etiam memoratur cap. 14. Huc facit etiam locus eiusdem capitis 14., ubi αἱ ἀορταί dicuntur ξυνέχειν τὸν πνεύμονα καὶ τὸν βρόγχον; quae verba non satis intelligo et quae me dubitare faciunt sintne αἱ ἀορταί asperae arteriae propagines, nec ne. Sed, quod supra iam monui, plura in anatomica nostri descriptione partium vaga, incerta et prorsus ficta sunt, adeo ut quid velit, nescias.

Advertit sane nomina τεῦχος et κακία in lib. de Gland. etiam legi et lib. II. de mm. mull. nomen ὁμοεθνίῃ; dum in utroque libro de mm. mull. et hoc nostro verbum ἰνεῖσθαι et vocabula cum eo coniuncta reperiuntur.

Haec autem de scriptore huius libri summatim constare dixerim: sophista est, qui Cnidio-

rum placita cum suis in hoc opere coniunxit. Fortasse in magna Graecia vixit, aut ex ea oriundus saltem erat. Libri titulus περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον parum respondet argumento; quum potius compendium sit doctrinae medicae quam tractatus de locis in homine.

§ 23.

De libris quarto de morbis, de genitura, de natura pueri, de morbis mulierum I., de sterilibus.

Certum est libros indicatos in inscriptione huius §. uni eidemque deberi auctori. Coniunxi in unum duos de genitura et de natura pueri inscriptos. Liber de sterilibus mihi pars esse videtur eiusdem operis, cuius maius fragmentum superest in lib. I. de morbis mulierum. De quibus quare ita sentiam postea exponam; sed antequam facio, argumentum quarti de morbis et libri περὶ φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ, s. librorum de genitura et de natura pueri coniunctorum, describam. Argumentum librorum primi de morbis mulierum et de sterilibus facile perlustrabis, si capitum principia inspicias; quare brevitatis causa horum argumentum proponere supersedeo.

Libri igitur quarti de morbis hoc fere argumentum est:

„Cum infans nascitur, a parentibus accepit quatuor humores, pituitam, sanguinem, bilem et aquam, unde morbi nasci possint. Demonstrabo autem quomodo singulae humorum species in homine augeantur, minuantur et morbi inde oriantur; tum quare morbi iudicentur diebus imparibus; item quae morborum sint principia; et quid horum singula in corpore efficiant quum morbum inducunt; porro unde rigor febrilis oriatur et quare febris post illum."

„Primum quomodo humores illi a cibis et potu augeantur, minuantur demonstrabo. Venter, cum plenus est, omnium fons est corpori, sed cum vacuus est haurit e corpore. Sunt alii fontes quatuor, unde humores in corpus demanant, cum fontes a ventre acceperint: sanguini cor fons est, pituitae caput, aquae lien, bili locus in hepate. In omnibus autem quae cibo et potui sunt biliosi et aquosi et sanguinei et pituitosi aliquid inest; quare quod ad valetudinem attinet inter se differunt."

„Si quis quid comederit aut biberit, corpus ad se de humore, qui inest, attrahit; etiam fontes per venas de ventriculo hauriunt, simili humore similem attrahente, et in corpus distribuunt. Fit hoc perinde atque in plantis similis humor similem e terra haurit."

„Quodsi iam edat aliquis pituitosum quid, aut etiam bibat, statim pituita in ore et naribus apparet. Nempe pituitosum illud, cum in ventriculum venerit, corpus haurit partim, partim caput, quum cavum sit. Pituita vero, quum viscida sit, alia ex alia ad caput attrahitur, ita ut nova accedens in eo maneat, vetusta a recens advecta expellatur per os, vel nares. Quod nisi fiat, vel in capite manet, vel ad corpus descendit, vel ad ventrem defertur. Et hoc quidem est optimum, quia cum stercore foras exire poterit."

„Neque alio modo res se habet in bile: nam si quis amarum quid, aut alioqui biliosum et leve comederit, aut biberit, maior bilis copia in hepate gignitur et cardialgia oritur. Corpus enim et locus in hepate attrahunt biliosum humorem et, si bilis derepente augeatur, iecur

homini dolet et vetus bilis propter copiam ad ventrem fertur et tormina infert; evacuatur autem per vesicam et alvum. Quod nisi fiat, et veteris bilis copia satis magna ad corpus veniat, sui indicia praebebit."

„Aqua autem hoc modo augetur: si quis multum biberit, corpus et lien ex ventriculo aquam attrahunt; quibus plus iusto haurientibus laborat homo: optimum autem huic accidere poterit illud, quod vetus aqua transmittitur a liene ad vesicam et ventrem, ut ita foras evehatur. Sin non emittatur aqua, lien attollitur et partes inferiores hydrope laborabunt."

„Quodsi quis sanguineum aliquid ederit aut biberit, id totum corpus ad se attrahit. Trahit autem cor etiam, sed ex eo non dolet, quum sit solidum et densum. Sed venae iugulares attolluntur et facies rubet et nisi reliquo humori permixtus per ventrem aut vesicam exeat, corpori dolorem inducit. Fit etiam ut sanguis a corpore ad ventriculum, aut nares transmittatur atque ita exeat."

„Fontes vero, de quibus monui, ubi pleni sunt, semper corpori humorem tradunt; cum vero vacui sunt, de corpore ad se trahunt; quod etiam ventriculus facit. Nempe si corpus non hauriret de ventriculo, sed fontes solum, neque hi corpori humorem transmitterent, corpus non satis alimenti haberet. Sunt autem fontes illi etiam grati et ingrati, quod cibi habent, causa: sunt nempe grati cibi et potus, qui habent in se humorem, qui maxime deficit in fontibus et corpore et contra."

„Ad locum vero in hepate bilis secernitur, quia venulae in eo tenues alium humorem trahere non possunt et quia locus bili maxime consuetus est. Caput vero, cor et lien humoris omnis sunt participes; sed eorum unumquodque, nisi morbo teneatur, plurimum continet eius humoris, qui illi est proprius. Caput autem et lien facillime aegrotant: afficiuntur enim cum ab iis, quae naturâ illis insunt, si copiâ nimia sint, tum item a reliquo humore.

„Parciores autem humores illi in corpore fiunt, quum singulis sit sua pars, qua excernatur: os, nares, anus, urinae fistula. Copiosiore igitur humore molesto facto, nullus orietur morbus, si his viis homo purgetur. Quodsi ventriculus vacuus sit, in eum ex corpore refluit humor et per aliquem ex his locis foras effluit: qua ratione humor minuitur."

„Sanitatis hominis haec ratio est: cum cibum et potum sumpsit, et humor inde ortus reliquo, qui in corpore adest, commixtus fuit et ei, qui in fonte est, eo die manet in corpore et altero alius novus illi accedit. Alterius autem diei humor in corpore manet, quum crassus sit; superioris vero diei a calore tenuis redditus e corpore ad ventriculum pervenit a recens accedente propulsus. In ventriculum autem delatus cibos ibi concoquit; cum autem permanserit, tempore male olere incipit et tertio die cum stercore effertur. Tertio autem die ex corpore maior humoris copia et graveolentior ad ventriculum pervenit, nempe qui de altero superfuit et deducit cibos concoctos. Urina autem salsa indicio est id quod morbosum est, etiam deduci e corpore: cibi autem postridie per alvum secedunt, humor vero die tertio. Ita homini sanitas servatur."

„Nisi autem humor iste diutius in corpore maneret quam postero die, non male olerent cibaria; sed statim homini simul atque alvum deposuisset aut urinam misisset, opus esset cibum aut potum sumere."

„Quodsi humor tres amplius dies in corpore maneat, morbus inde nascetur. Sin

fieret, ut cibi statim per alvum demitterentur, non satis humoris pararetur et homo debilitaretur."

„Quod autem dixi hominem debilitari, si plus humoris quam e cibis et potu paratum fuit egeratur, — egeritur nimium, cum humor tenuis est factus, dum diffunditur a calore. Iusto minor vero humoris copia gignitur, cum homo non satis edit, nec bibit. Bona vero corporis habitudo per cibos inducitur, si resiccetur humor et alter citius accesserit; sin maiore copia id fiat, ita ut alius humor alios valde superet, plethoram id facit; pro maiore vero copia humoris abundantis longior febris orietur et contra."

„Diebus autem imparibus et sanus homo fit et moritur. Demittit nempe febris diebus imparibus, quod diebus paribus corpus de ventre haurit, imparibus vero demittit, ita ut iis diebus humor noxius expurgetur."

„Moriuntur autem diebus imparibus hac de causa: si id, quod nocivum est, copiosius adfuerit, praeter modum conturbatur et confertim ad ventrem fertur; corpus vero cum calorem perferre non valeat, de eo attrahit et graveolens reddetur iam spiratio. Corpus autem spiritum, quo ventris contenta refrigerari debent, attrahere nequit prae debilitate, cum enim omnis humor sit morbosus, quidquid in eo vitalitatis inest foras exhalat, atque ita quis moritur."

„Quod autem humor diebus imparibus maxime conturbatur, patet etiam ex usu purgantium, quae numquam supra modum effectum suum edunt diebus paribus sumpta, sed imparibus."

„Etiam ulcera, nisi curentur, imparibus diebus maxime inflammantur.

„Morborum vero principia haec sunt homini: si cibi plus iusto ingerantur et iam concocti intus morentur, neque homo repurgetur et alia cibaria accedant, corpus priore humore et altero plenum incalescit, unde febris nascitur. Alterum autem principium est si quae a coelo pendent non sint commoda. Principium tertium est, si quid violenti inciderit."

„Et e tertio quidem fonte vulnera nascuntur, aut ex plagis, aut contusionibus: in illis carnes dissectae sunt; in his si tumor oriatur, sanguis per vim calefactus et per venas hiantes subiens prae copia exire non potest, sed ibi colligitur et in pus vertitur, quod sive sponte, sive arte via facta foras effunditur."

„Principium vero, quod ex coelo dependet, si hoc haud commodum fuerit, humorem superat et ad morbum viam faciens calefacit, aut refrigerat. Si quid igitur morbosum in homine insit, et ex iis, quae ad coelum pertineant, incalescat, totus corporis humor incalescit et conturbatur; quo conturbato si homo purgetur, id, quod abundat, secernitur. Quodsi iam humor, qui in corpore adest, a principiis commoveatur, omnia ad suum locum deveniunt: bilis, ut pote qui levissimus humor est, in superficie natat, sequetur sanguis, dein pituita, tandem infimum locum tenebit aqua. Febris autem praesertim oritur e tribus illis prioribus; ex aqua neque vehemens, nec longa febris oritur. Ante turbationem vero humor abundans non habet, quo secedat; sed cum alio humore permixtus huc illuc volutatur. Et alterum altero magis evacuatur et id, quod superabundat, loco continetur, unde repurgari debet. Nempe si copiosum sit id, quod molestiam parit, et quod ante salubre erat item in morbum insumatur, homo moritur."

„Quodsi ea, quae a coelo dependent, incommoda sint corpori et humorem eius superent,

hic partim cogitur et spissus fit, partim dilatatur et rarescit. Et qui concrevit in profundis locis est, circa hunc vero est expansus humor et attenuatus. Qui si quantum abundat ad ventrem deferatur, stercus exturbat, nec multum nocet; sin non ita exeat, adhaerescet qua parte spatium illi amplum est. Volutatur igitur sibi spatium amplum quaerens et quod de coactione secernitur aquosum, quum grave sit, ad locos imos et circa ossa et nervos volutum magis etiam corpus ad inflammationem adigit, circum ossa autem aqua frigus adducit; unde rigor oritur."

„Febris vero fit hoc modo: quae noxam inferunt ad aliquem locum adhaerentia, ubi calefiunt, quod fieri solet, corpus febrem contrahere cogunt, et superant humorem aquosum reliquum, qui item superatus ab iis calidus redditur. Hinc post rigorem febris."

In his quidem finem habent ea, de quibus expositurum se esse principio libri dixit scriptor noster. Subiunguntur hisce capita neque cum superioribus cohaerentia, neque inter se coniuncta: nam cap. 23° de latis vermibus sermo est; 24° vero de morbo calculoso; 25° redarguitur eorum opinio, qui statuerent potum ad pulmonem deferri, non cum cibis in ventriculum descendere; 26° tandem potus ad ventriculum ferri dicitur et de lienis affectione et hydrope rursus exponitur.

Haec fere libri quarti de morbis est materies. Subiungo statim quae libris de genitura et de natura pueri leguntur.

In libro igitur de genitura:

„Viri, inquit noster, genitura pars est validissima omnis, qui in universo corpore inest, humoris. Patet inde, quod tam exigua eius copia emissa debiles fieri solemus. In coitu humor agitatur et spumescit, eiusque pars validissima et pinguissima secernitur et ad medullam spinalem defertur, unde ad renes et hinc per medios testes ad pudendum devenit. Eunuchi et qui attritionem testium passi sunt et pueri propterea non generant, quod in illis via seminis per testes sublata est, in attritis occlusa, in pueris vero non patet, quum venae sint nimis angustae. Haec etiam causa est, cur in immaturis puellis nondum menstrua fluant, genitura autem a toto corpore secernitur, cum a solidis, tum a mollibus et fluidis partibus. Harum autem species sunt quatuor: sanguis, bilis, aqua, pituita."

„In coitu mulieres attrito pudendo et utero moto sentiunt pruritum et voluptatem et calorem. Hae etiam semen emittunt, quod in coitu a viri semine veluti exstinguitur, ita ut hoc emisso mulieris et voluptas et calor evanescat. Coitus mulieris valetudini proficit, nam humectatur uterus, neque contrahitur, (nempe eius contractio dolorem adfert), tum vero sanguis in coitu calescit et humectatur, ita ut menstrua facilius fluant, quibus deficientibus aegrotare incipiunt mulieres."

„Quum mulier concipit, semen tum viri, tum ipsius in utero remanet et miscetur. Semen autem tum quod vir, tum quod mulier emittit, alio tempore validius, alio minus validum est. Utrique autem cum virile, tum muliebre semen inest, quorum illud hoc est validius. Quum autem ab utroque semen validius emittitur, virilis fit foetus; sin debilius foemininus. Quod copia superat, id foetus sexum definiet. Tum in viro, tum in muliere utriusque generis semen inesse efficimus inde, quod mulieres quae cum marito suo congressae filias pepererunt, cum alio viro congressae pepererunt filios, similiterque viri, qui cum uxore sua congressi filias genuerunt, cum alia coeuntes genuerunt filios."

„Fieri non potest, ut liberi soli sive patri, sive matri sint similes, vel ut contra proles parentum prorsus sit dissimilis; sed prouti uterque parens ad genesin confert, utrique similes sunt liberi, magis autem illi, qui plus contulerit. Fit interdum ut tenues et imbecilli foetus a parentibus robustis procreentur; quod si fiat, cum plures antea infantes robusti in lucem editi sint, foetus in utero aegrotavit; sin omnes sint debiles, uterus angustior impedimento est, quominus debito modo crescat foetus. Quodsi vero mutilus in lucem edatur, puer in utero vitium contraxit matre sive percussa, sive lapsa. Accidit ut plurimum ut e mutilis integri infantes nascantur, sed etiam mutili ex illis proveniunt, quod mirum non est, quum semen ab omnibus corporis partibus oriatur, adeo ut a mutilis partibus et morbosis minus firmum ad futurum foetum perveniat."

Haec habentur in libro *περὶ γονῆς*; in altero *περὶ φύσιος παιδίου* quae sequuntur:

„Semen utriusque parentis in utero conclusum primum miscetur et calefactum spissatur, postea etiam spiritum accipit et quia in calido loco est et quia mater spirat. Quodsi spiritu repletum sit, hic ipse sibi viam parat et per medium semen spiritus exit intratque alter respirante matre. Semen inflatum extrinsecus membrana obducitur, nam exteriores partes cohaerent, quum glutinosae sint, et in medio semine per membranam spiritus exit et intrat, ibique tenue quoddam a genitura recedit et minima geniturae pars membranae subiacet. Ipsa vero reliqua genitura rotunda in membrana illa conclusa est. Quid quod ipse genituram, quae sex dies in utero manserat, vidi? Iam vero porro nutritur a sanguine matris, qui ad uterum advehitur, menstrua enim in muliere gravida foras non prodeunt, sed ab omnibus corporis partibus sanguis devenit et circa membranam circumstat et una cum spiritu per membranam attrahitur et condensatus ad foetum formandum confert. Temporis tractu vero aliae rursus membranae tenues et multae intra primam formantur eodem, quo prima illa orta est, modo. Hae autem ipsae etiam et cum umbilico et inter se coniunguntur. Quo facto iam caro gignitur, in qua media umbilicus prominet, per quem spirat et incrementa capit."

„Gravida autem mulier, licet menses illi non fluant, non aegrotat, quum sanguis eius quovis mense non conturbetur, sed leniter ad uterum deferatur et ad foetus incrementum conferat. In muliere contra, quae non concepit, sanguis turbatur et repletis venis ab illa abscedit, adeo ut vacuis venis concipiat post mensium fluxum. Quum autem sanguis conturbatus et secretus foras non prodit, sed ad uterum congeritur uterusque non patet, hic quidem incalescit et calore suo reliquum corpus incendit, unde morbi diversi."

„Quo autem tempore caro gignitur, membranae aucta sanguinis in utero copia excrescunt et in sinus formam effinguntur maximeque externa; atque ita *χόριον* formatur. Caro vero spiritu incrementa capit et in illa simile quodque ad sui simile devenit; quod densum est ad densum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, cett.; et ossa a calore densata indurescunt et extra et intus corpus suis membris distinguitur et caput et artus excrescunt et intestina et vesica efformantur et omnia huiusmodi reliqua spiritu distinguuntur. Ad primam autem *πῆξιν* hanc perveniunt foetus masculinus intra dies triginta, foemineus intra quadraginta et duos, nam purgationes post partum edita puella dies quadraginta duos durant, edito vero puero, triginta. Cuius rei causa est, quod primo illo, de quo diximus, graviditatis tempore minor sanguinis copia ad incrementum foetus insumitur."

„Principium vero doloris partus in muliere ad hunc modum se habet: sanguis in foemina conturbatur et incalescit pueri motu, qui iam validus factus est. Sanguine autem commoto primum foras prodit puer, dein sanies crassa sanguinolenta, postea quotidie purgatio fit ad supra dictos dies usque. Effluit autem in sana muliere sanguis instar eius, qui e victima prodit, et cito concrescit. Sin contra non sana sit, neque futura sit, minore copia purgatio prodit et specie minus probanda, neque cito concrescit."

„Primo graviditatis tempore parca tantum sanguinis copia a matre ad uterum defertur, quia si multus adveheretur, semen spiritum trahere non posset, sed suffocaretur. Multae autem mulieres abortum passae sunt pueri ante diem trigesimum, quo tempore nondum suis membris distinctus est repertus, similiterque puella ante diem quadragesimum secundum. Ratio vero, quare prima formatio altera citius fiat, ea est, quod semen virile foeminino est firmius."

„Foetu iam artubus distincto ossa indurantur et cava fiunt, cuius rei causa est spiritus. Venae in homine omnes ad pedum et manuum digitos desinunt crassissimaeque in corpore et capite insunt, tenuissimae in pedibus, manibus. At a digitis ossa densa et parva et venas et nervos habentibus excrescunt ungues tenues, densi, venarum extrema comprehendentes. Una cum unguibus etiam pili in capite formantur, qui plurimi et maximi proveniunt, ubi extrema corporis cuticula tenuissima est et pilus humorem accipere potest, ut crescat. Et qualis humor est, quem pili accipiunt, talis eorum color est."

„Quum igitur corporis extrema formata sunt, et ungues et pili radices egerunt, iam movetur infans, idque in masculino fit tribus mensibus lapsis, in foeminino lapsis quatuor. Prius autem movetur ille, quum sit validior. Eodemque fere tempore lac in matris mammis sui indicia praebet. Secernitur autem ideo, quod, quum uterus sit plenus, ventrem mulieris premit; quod ubi fit, cum ipse venter repletus est, pars pinguissima cibi et potus prosilit extra in omentum et carnem, unde ab uteri calore dulcis reddita ad mammas fertur. Nempe eaedem venae et ad mammas et ad uterum tendunt et cum alimentum ad uterum fertur, speciem habet lactis et exigua eius parte fruitur foetus, reliqua pars mammas replet. Edito vero partu lac ad mammas pervenit, si infans lactetur, nam cum exsuguntur mammae, venulae ampliores fiunt, quae ad eas tendunt, ita ut e ventre pinguedinem haurientes ad mammas transmittant. Nutritio autem et incrementum puerorum locum habet, cum alimentum a matre acceptum ad uterum devehatur. Et quemadmodum mater se habet quod attinet ad sanitatem et infirmitatem, eodem modo se habet infans, perinde atque in plantis res se habet in certa quadam soli specie crescentibus."

„Infans autem utero conclusus manus prope genua positas habet et caput prope pedes atque etiamsi in utero foetum conspicias, discerni non potest, utrum caput supra an infra sit positum. Ex umbilico vero protensae sunt membranae foetum retinentes."

„Omnia, quae adhuc dixi, vera esse comperies, si ova aliquot gallinis excludenda supponas et a tertio inde die ad postremum usque, quo pullus exire solet, quotidie unum frangas et inspicias et cum hominis foetu quantum licet conferas."

„Quo autem tempore mulieri partus instat, infans motu suo frangit membranam primum internam, tum ceteras, quibus ruptis vinculum infanti solvitur et foras prolabitur, quum

ruptis membranis uterus eum continere non amplius possit. Fertur autem in caput, utpote in partem gravissimam. Cum in utero remanet, decimo mense satis robustus est factus, ut ipse membranas perrumpat; sin violenti quid accidat, ante definitum tempus ruptis membranis foras prodit; quod item fit, si alimentum, quod a matre foetus accipit, prius deficiat. Quae vero mulieres diutius quam decem menses utero gessisse sibi visae sunt, illae deceptae fuerunt graviditatis specie a spiritu ex ventre in uterum emisso: nam diutius in utero contineri foetus nequit, cum alimentum a matre non amplius illi sufficiat. Quodsi etiam ante decimum mensem deficiat illis, quibus parca copia menses fluunt, foetus ante illud tempus motu suo membranas perrumpens viam sibi foras sternit. Docet comparatio cum pullo in ovo."

„Quodsi infans in caput feratur, partum edit mulier facile; sin transversus, aut pedibus praeviis, difficulter partum edit. Ex partu maxime laborant puerperae, quae primum foetum in lucem edunt. Ubi in caput fertur infans, ista pars primum foras prodit, postremo umbilicus, e quo secundae dependent, dein sequitur aqua sanguine mista, postremo purgatio post partum fluere incipit. Ab unico vero amplexu gemellorum partus editur quum genitura in duos uteri sinus immittitur et continetur in iis; eduntur autem in lucem eodem die alter post alterum. At gemelli sexus diversi nascuntur, quia semen alterum altero validius est, adeo ut in quo sinu validissimum receptum sit, ex eodem foetus masculus prodeat et contra."

Est hoc fere argumentum libri de natura pueri.

Pergo ut libros, quos supra significavi, omnes ab eodem viro conscriptos esse ostendam et ut demonstrem eos quemadmodum feci esse disponendos.

Coniunxi in unum libros de genitura et de natura pueri: nempe locus, qui finis esse solet prioris libri (p. 490.) et qui nobis finis est capitis 11. abunde testatur postrema libri alicuius verba nos ibi non habere. Quid enim? *ταῦτα δέ μοι*, inquit, *ἐς τοῦτο εἰρέαται· ἀναβήσομαι δ' αὖτις ὀπίσω ἐς τὸν λόγον, ὃν ἔλεγον.* Quodsi quaeras, ubi *ἀναβαίνειν* nostrum videamus *ἐς τὸν λόγον, ὃν ἔλεγε*, credo id fieri capite 12., ubi redit ad id, quod e semine viri et mulieris fiat, qua de re in antecedentibus dicere coeperat. Quodsi insuper ad finem libri (p. 523.) mentem attendas, ubi *οὗτος*, inquit, *ὁ λόγος ὧδε εἰρημένος ἅπας τέλος ἔχει*, quae ponuntur post non interruptum sed continuum argumentationis filum a libri principio ad finem istum usque, vix apte dubitare aliquis poterit, quin libri de semine et de natura pueri unum faciant opus continuum. Inscripsi autem *περὶ Φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ*, quia ipse scriptor illud nomen ei indidit, sicuti paulo post videbimus e locis libri I. de morbis mull.

Capite autem 3. libri de nat. pueri in partu: *εἰσὶ δέ*, inquit, *τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ, αἷμά τε καὶ χολὴ καὶ ὕδωρ καὶ Φλέγμα. Τοσαύτας γὰρ ἰδέας ἔχει ξυμΦυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ καὶ ἀπὸ τούτων αἱ νοῦσοι γίγνονται· δεδήλωται δέ μοι καὶ περὶ τούτων καὶ διότι ἐκ τούτων αἱ νοῦσοι γίγνονται καὶ αἱ ἐκ νούσων διακρίσιες.* — Qui argumentum libri IV. de morbis, quod exposui, tenet, videbit hunc librum verbis descriptis a nostro respici. Quin si caput primum relegat, videbit eum libri principio polliceri se de hac materie acturum esse. Concurrunt igitur doctrinae de quatuor humoribus similitudo, orationis convenientia adeo insignis, ut maior esse non possit, locorum ab ipso auctore facta citatio, ut luce clarius pa-

teat utrumque scriptum eidem auctori deberi. Sed quum in libro de nat. pueri in partu: *δεδήλωται δέ μοι* dicat, patet simul illum ibi de libro de morbis IV. loqui, quasi de opere, quod antea conscripsisset. Quae res in causa est, cur Littréi rationem sequi noluerim, qui libros hos tres in unum coniunxit et quartum de morbis postposuit libellis de genitura et de natura pueri.

Nunc autem e libro *περὶ παιδίου φύσιος τοῦ ἐν τόκῳ* citabo locos, quibus demonstrem librum de morbis mull. I. eidem auctori tribuendum esse. In fine capitis 4. libri de nat. pueri: *τῶν δὲ καταμηνίων*, inquit, *μὴ χωρεόντων τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ἐπίνοσα γίγνεται· διότι δὲ γίγνεται ἐπίνοσα εἰρήσεταί μοι ἐν τῇσι γυναικείῃσι νούσοισι.* De qua quidem re agitur statim initio libri I. de morbis mull. — Pag. vero 496.: *καὶ ἄλλα πολλὰ κακά*, inquit, *τῇσι γυναιξὶ τοιουτότροπα γίγνεται, ἐπὴν μὴ ἀποκαθαίρωνται τὰ καταμήνια. Ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν αὐτὰ ἐνθάδε; — εἰρήσεται γὰρ ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασι.* De iis vero, quae illo loco attigit, malis fuse agitur lib. I. de mm. mull. p. 532. 533. — Vel hinc satis constat hos libros eidem scriptori tribuendos esse et librum de morbis mull. I. post librum de nat. pueri in partu scriptis mandatum esse; id ipsum autem sequentia magis etiam confirmabunt.

Principio scilicet libri de morbis mull. primi p. 527.: *καταρρήγνυται δέ*, inquit, *καὶ τὸ ἄλλο σῶμα· ὑπ' ὅτευ δὲ γίγνεται, εἴρηταί μοι ἐν τῇ φύσι τοῦ παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ.* Respicit ad § 31. et § 18. libri, quem eum nunc illo nomine appellare audimus, quo rursus inscripsi. — Pag. vero 528. verbis *ἔχει δὲ ὧδε, ὥς μοι καὶ πρὶν εἴρηται· φημὶ τὴν γυναῖκα κ. τ. λ.* respicere illum dixerim ad § 15. libri de nat. pueri in partu. — Principio dein § 44.: *τὸ δὲ γάλα*, inquit, *ὅκως γίγνεται εἴρηταί μοι ἐν τῇ φύσι τοῦ παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ*, ubi respicit caput 21. libri, quem excitat.

Illis igitur locis, quos adhuc notavi, loquitur de operibus suis, quae supersunt; at mentionem facit noster etiam scriptorum, quae perierunt. Statim huc facit locus e lib. IV. de morbis p. 473., ubi: *φθεγγόμεθα γάρ*, inquit, *ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ὅτι κοῖλός ἐστι καί οἱ ἡ σύριγξ πρόσεστι· διαρθροῖ δὲ τὸν φθόγγον τὰ χείλεα καὶ ἡ γλῶσσα· κάλλιον δέ μοι περὶ τούτων δεδήλωται ἐν τῇ περιπνευμονίῃ.* Cuiusmodi locus non existit in libris, ubi de peripneumonia sermo est, qui libri praeterea aliam de humoribus doctrinam referunt. Itaque aut librum deperditum, aut saltem locum deperditum citat; illud autem mihi prae altero probabile esse videtur. Istius autem libri deperditi titulum ignoramus; nam quod id *δεδηλῶσθαι* dicit *ἐν τῇ περιπνευμονίῃ* potius ad locum aliquem scripti alicuius refero, quam puto eum librum de peripneumonia sola scripsisse. Sed manifesto titulum operis, quod periit, citat in fine cap. 2. lib. I. de morbis mull. verbis *ὥσπερ εἴρηταί μοι ἐν τῇσι παρθενίῃσι νούσοισι.* Libellum nempe *περὶ παρθενίων* cum hoc auctore nihil commune habere postea videbimus. Idem autem opus de morbis virginum, aut eandem operis partem de morbis illis scriptam respicit auctor noster § 41. lib. I. de mm. mull., verbis *πάσχοι ἂν ἡ γυνὴ ὁκοῖα εἴρηται ἀμφὶ τῆς παρθένου, ἢ τὰ ἐπιμήνια πρῶτον φαινόμενα ὥρουσε ἄνω.* Loco tandem, qui est in cap. 2. lib. I. de morbis mull. (p. 532.), ubi: *πάσχει*, inquit, *πάντα, ἅπερ ἐν φθινάδι εἴρηται* mihi respicere videtur locum ex eodem opere, e quo paulo ante eum alterum de peripneumonia adferentem audivimus.

Antequam de aliis pergamus videre, superest ut librum περὶ ἀφόρων huic scriptori vindicem; quam ad rem sequentia facere mihi videntur:

Noster perpetuo viam lectori monstrat per scripta sua: perpetuo de quo argumento iamiam expositurus sit, significat; subinde ἀνακεφαλαιώσει quadam etiam de quibus antea egerit, in memoriam revocat. Ita § 1. lib. IV. de morbis: ἀποφανέω δέ, inquit, ὅκως κ. τ. λ.; — § 4. ibid.: σημήϊον δὲ ἀποφανέω ἕτερον τόδε κ. τ. λ.; — principio cap. 5.: νῦν δ᾽ἐρέω περὶ χολῆς κ. τ. λ. Simile initium est capp. 6. 7. — Quales vero dixi ἀνακεφαλαιώσεις habes cap. 7. in fine: τέσσαρα οὖν ἐόντα τό τε αἷμα καὶ ἡ χολὴ καὶ τὸ φλέγμα καὶ ὁ ὕδρωψ ἀποπέφανται ταῦτα πάντα ὅκως τε καὶ διότι πλέονα γίγνεται ἐν τῷ σώματι κ. τ. λ. At capite 22. (p. 467. vs. 11.): ταῦτα δέ μοι εἴρηται κ. τ. λ. — Quae quidem exempla e lib. IV. de morbis sufficiant.

E libro de nat. pueri in partu item locos aliquot notabo: vide finem § 11.; — cap. 13. (p. 493.) ἐρέω δὲ καὶ ἄλλην διάγνωσιν κ. τ. λ. et paulo post καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται κ. τ. λ. Confer finem capitum 16. 17. In fine vero cap. 18.: ἀναβήσομαι δὲ αὖθις ὀπίσω ὅθεν ἀπέλιπον. Vide porro finem capitum 20. 22. 24., — principium capitum 25. 26. 27. Plura notare supersedeo.

Nec desunt huius rei exempla in libro de morbis mull. I.: statim principium huius libri eò spectat: τὰ δὲ ἀμφὶ γυναικείων νούσων ὧδε ἔχει. Antecesserunt, uti opinor, ea, quae de virginum morbis scripsit; verbis vero laudatis inde transiit ad locum de morbis mulierum. Spectat eodem principium cap. 25: νῦν δ᾽ἐρέω ἀμφὶ νοσημάτων τῶν ἐν γαστρὶ ἐχουσέων, et principium cap. 35: νῦν δ᾽ἐρέω ἀμφὶ λοχείων καὶ τῶν μετὰ τὸν τόκον ἰόντων. Item principium cap. 72.

Vidimus igitur in hac ὁδηγήσει per scripta sua auctorem incognitum sibi similem esse in libris de morbis IV., de natura pueri in partu, de morbis mulierum primo. Sed in exordio libri de sterilibus plane similem formulam habemus: περὶ μὲν τῶν γιγνομένων τῇσι γυναιξὶ ἐφ᾽ ἑκάστοισι τῶν νοσημάτων πρότερον εἴρηται· νυνὶ δὲ ἀποφανέω κ. τ. λ. — Audimus iterum eundem virum; verba autem adlata mihi indicio sunt probabile esse librum de sterilibus posteriorem aliquam partem esse operis, cuius pars antecedens fuit liber, qui nunc de morbis mull. I. dicitur et cuius pars, quae librum primum de morbis mull. antecesserit, fuerit opus illud de morbis virginum, quod nostrum citare novimus et deperditum esse constat.

Sed quamquam haec, quae dixi, summatim statuenda videntur, non nego nonnulla de illis esse observanda. In expositione argumenti libri IV. de morbis iam monui principio capitis primi illius libri scriptorem nostrum significare de quibus rebus agere velit, illumque istas pertractare ab eo inde loco usque ad finem capitis 22., quod concludit verbis καὶ ταῦτα μὲν εἰρημένα οὕτω τέλος ἔχει. Ibi igitur finem libri esse dixeris. Capita autem seqq., licet manifesto ab eodem auctore sint profecta, num ad idem illud opus pertineant, nec ne, dubium mihi videtur: neque affirmare, nec negare ausim. Argumentorum consecutio in illa libri parte mira est: de vermibus latis; — de morbo calculoso; — de potu non ad pulmonem, ut nonnulli opinantur, sed ad ventriculum delato; cum qua quaestione cohaerent quae postremo capite de liene morbo affecto et de hydrope monentur. — Haec quomodo cum su-

perioribus libri partibus, vel inter se cohaereant, nemo facile dicat. Iure contra quaesiveris, num postrema illa capita sint fragmenta dissoluta et extra nexum a librariis superioribus adsuta. Temerarium saltem foret affirmare velle certum esse auctorem haec ipsum ita disposuisse.

Principium igitur libri de morbis quarti operis illius initium esse mihi videtur; quod tamen opus quo titulo auctor ipse insigniverit, ignoramus; nam procul dubio recens est inscriptio *περὶ νούσων τὸ τέταρτον*. Opus illud continua neque interrupta argumentatione continuatur ad finem capitis 22. usque; quò loco finem operis ipsius esse dixerim. Reliqua capita huic operi adsuta esse videntur; unde vero eò appulerint, sciri minime potest.

Libro sequenti eam restitui inscriptionem, quam ipsum auctorem illi indidisse vidimus. Opus illud *περὶ Φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ* integrum fere esse videtur: principium eius omnino libri novi exordium refert; singulae partes apte sibi consequuntur; suo etiam fine concluditur: *οὗτος ὁ λόγος*, inquit scriptor, *ὧδε εἰρημένος ἅπας τέλος ἔχει.*

Quodsi quis obiiciat non esse libros illos opera per se constantia, sed partes esse operis unius alicuius duorumve maiorum, dicam certo contrarium demonstrare non facile aliquem posse; exordia tamen utriusque libri probabiliorem reddere sententiam statuentis duo opera esse diversa, quorum alteri nescio quis fragmenta ab eius argumento aliena subiunxerit.

De libro de morbis mulierum primo sic sentio. Ipse auctor eum non appellavit *περὶ γυναικείων τὸ πρῶτον*, sed nude *περὶ γυναικείων*, aut *περὶ γυναικείων νούσων* s. *νοσημάτων*. Libri exordium, quale hodie superstes, potius *τμήματος* operis initium esse mihi videtur quam operis integri. Ordo rerum principio libri fere is esse videtur, quo materiem disposuit auctor; in partibus posterioribus profecto alius est; quin difficile iudicium est, num omnia ad auctorem nostrum et hoc opus eius sint referenda. Quod quidem dictum cupio non de manifesto spuriis postremis, *τῶν νόθων* nomine in codicibus quoque notatis; sed de aliis etiam. Utrum enim omnia capitula, quae ad morborum descriptionem spectent, omnes formulae medicinales in eo obviae auctori nostro debeantur, nec ne incertum esse existimo. Apto fine librum non concludi unicuique postremam partem inspicienti statim apparet. Hîc igitur factum puto, quod in multis aliis libris accidit: principium operis satis bene servatum et descriptum habemus; reliqua sunt deterius descripta, denique prorsus aliena addita.

Liber tandem *περὶ ἀφόρων* inscriptus verosimiliter eidem auctori debetur. Exordium opusculi item potius initium *τμήματος* operis alicuius, quam scripti integri esse videtur. Ceterum hunc librum ita traditum accepimus, ut de illo, si primum caput excipias, certum iudicium ferre vix possis. Certum autem est perturbationis ordinis dispositionem materiae et corruptionis variam scripturam vestigia non dubia continere.

Fortasse auctor noster composuit opus maius de mulierum natura et morbis, cuius *τμήματα* fuerint *περὶ παρθενίων*, *περὶ γυναικείων*, *περὶ ἀφόρων*. Sed haec opinio nititur tantum forma principiorum libri I. de morbis mull. et libri *περὶ ἀφόρων*.

Verbulo de ipso auctore moneo: eum *ἰατροσοφίστην* appellavi, quia re ipsa medicinam exercuisse videtur et simul dogmaticum et in demonstratione sophistam se praebet. Et artem illum fecisse patet primum e casu, quem enarrat § 13. libri de nat. pueri in partu; quam turpem abortus procurationem insigniter pugnare cum morum puritate, quae in iure iurando

elucet, alii dudum animadverterunt. Tum vero etiam patet e libri de morbis mull. I. capitis 40. verbis principio obviis ἦν δὲ ἐκ τόκου ἐούσῃ ξυμφραχθῇ τι τοῦ αἰδοίου, — ἤδη δὲ καὶ τοῦτο εἶδον, qua formula uti vix potuit, nisi aegrotantes observavisset ipse. Uterque igitur locus adlatus artem medicam illum ipsum fecisse docet. — Dogmaticum illum fuisse vel argumentum libri de morbis IV. et libri de nat. pueri in partu docet, adeo ut de hac re nihil addam. — Quod autem dixi sophistam illum se praebere, — vide mihi locum e libro de morbis IV. cap. 25. p. 475. οὐδ' ἂν ἐπηγαγόμην — πείσειν, — adverte mentem ad distributionem operum, ad perpetuam illam, de qua dixi, ὁδήγησιν per opera sua.

Illum autem Hippocratis librum de aëre aquis et locis legisse conficio ex loco de Scythis ἱππάκην parantibus, qui legitur cap. 20. libri de morbis IV. (p. 461.) et ubi respicere videtur ad Hippocratis locum in fine cap. 25. l. l. (p. 273. vol. I.) Tum etiam coniicio ex altero loco cap. 24. eiusdem libri, ubi de morbo calculoso: ἀρχὴν μὲν ἐγγίγνεται ὑπὸ τοῦ γάλακτος κ. τ. λ. (p. 470.) et ubi respicere illum existimo ad verba e lib. de aëre aq. locis cap. 13. (p. 259. vol. I.) γίγνεται δὲ παισὶ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος κ. τ. λ. — Itaque patet illum post Hippocratem vixisse, cuius opus saltem de aëre, aquis locis vidit.

Nec tamen fuit Hippocratis imitator aut discipulus: descriptio morborum eorumque distributio, quam in libro de morbis mull. I. cernimus, Cnidiorum rationem redolet, non Hippocrateam. Ipsa oratio ita se habet, ut Cnidius color pelluceat: βρύχειν τοὺς ὀδόντας (p. 540. vs. 16.) Cnidiorum dictio est; ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, quod passim recurrit, Cnidiorum est. Sed de hac re plura dicam, cum ad reliquos libros de morbis mulierum pervenerimus.

Ex supra dictis autem ultro patet scriptorem nostrum Hippocratis et Cnidiorum opera legisse. Orationem suam formis et formulis antiquis exornavit, qua de re aliquid dixi in adn. ad p. 440. Probabile est illum quae de morbis mulierum habet accepta referre Cnidiis antiquioribus, quorum operum in libro de morbis mull. I. potius ἐπιδιασκευάστην se praebet, quam censeri debet proprias suas observationes nobis describere. Practicis observationibus et praeceptis aliunde haustis placita sua pathologica et physiologica addidit; et operae pretium sane est vetustissima haec physiologiae monumenta persequi. Testantur quidem omnia primam doctrinae physiologicae aetatem et puerilia sunt multa pro nostrorum temporum scientiae modo; sed ad huius normam sane exigere non licet veterum lucubrationes. Analogiam huic scriptori, quemadmodum nobis hodie est, fuisse investigationis et cognitionis fontem certo constat. Qui tamen nostra aetate serio demonstrare vellet potum non in pulmonem devenire, sed per fauces ad ventriculum demitti, ineptus sane esset. Verum hic multis ἱστορίοις docuit, ὅτι πολλοὶ κάρτα τῶν ἀνθρώπων τὸ ποτὸν δοκέουσι ἐς τὸν πνεύμονα χωρέειν. Et: ἀνάγκη ἐστί, inquit, πρὸς τὰ ἰσχυρῶς δοκέοντα πολλὰ τὰ ἱστόρια ἐπάγεσθαι. Utrum ipse illa documenta omnia repererit, an ab aliis acceperit, nescimus. Sed alacer hic fuit in exploratione rerum eiusque conamina ea, quae in corpore humano fiunt, ex phaenomenis physicis iisque, quae in plantis et animantibus observantur, interpretandi laudi illi sunt et in medicinae historia monumentum ex aevo antiquo sine dubio admodum memorabile.

Haec de his libris et eorum auctore nunc sufficiant!

§ 24.

De libris de morbis mull. II., — de superfoetatione, — de foetus in utero mortui exsectione, — de natura muliebri.

Hos libros una diiudicandos mihi sumo non quia, uti proxime antecedentes, ab eodem scriptore compositos noverim, sed quod similis fere eorum omnium est ratio. De qua tamen antequam dicam ad longe aliam partem me convertam. Scilicet Soranus, solus praeter scriptores, de quibus nunc agimus, de rebus muliebribus auctor, qui superest, de antiquis loquitur: in cuius opere talia adferri vidimus, quae in libris de morbis mul. I. et hisce, de quibus dicere instituimus, item occurrant. Age! videamus, num quid inde colligere liceat, quod ad rem praesentem faciat.

Soranus p. 123. vs. ult.: *συγχωρήσαντες δέ*, inquit, *καὶ ὅλην καὶ ἀπὸ μέρους αὐτὴν* (i. e. *τὴν μήτραν*) *προπετῶς ἐκκεῖσθαι, μεμφόμεθα πρῶτον μὲν* Εὐρυφῶντα *δι' ἡμέρης καὶ νυκτὸς ὅλην τὴν κάμνουσαν ἐξαρτήσαντα τῶν ποδῶν ἀπὸ κλιμακίου κἄπειτα κατακλίναντα μὲν ὑπτίαν, θρέψαντα δὲ πτισάνῃ ψυχρᾷ· ἀνυπομόνητος γὰρ ἡ ἀνάρτησις καὶ φυσώδης ἡ τροφὴ καὶ ἄτεχνος ἡ τῶν ἡμερῶν διαρίθμησις, ἐξ ὧν εἰς τοὺς καιροὺς ἀποβλέπει.* — Hic subsistamus: auctor quidem pergit in aliorum methodi reprehensione, sed ista methodus Euryphontea memoratur cap. 36. libri *περὶ ἀφόρων*, cap. 36. libri de morbis mull. II. et cap. 5. libri de nat. mul. Et vero operae pretium est Sorani verba cum singulis, quos indicavi, locis conferre; nam quae ab illo Euryphonti vitio vertitur suspensio mulieris per noctem et diem, huic obiici tantum poterit, si locum negligenter, aut malevole legas, quemadmodum libro de Sterill. et de Nat. mull. relictum videmus. Eam vero huic obiicere minime licet, si locum, sicuti libro II. de mm. mull. descriptus est, legamus. Quin illis etiam locis sermonem non esse de suspensione mulieris per diem et noctem, sed praecipi ut post brevem suspensionem et statim factam uteri repositionem mulier vinculis, quibus scalae alligata fuit, soluta per noctem et diem sibi relinquatur, satis constat. Dierum enumeratio, quam *ἄτεχνον* dicit Soranus, l. l. legitur, sed quid sit, quod eam *ἄτεχνον* illo iudice reddat, ignoramus. Omnino autem res maximi momenti est in hac investigatione Euryphontis methodum medendi locis, quos indicavi, inveniri; cum qua re compone quod § 23. prolegomenorum dixi de methodo Cnidiorum et eorumdem oratione in his libris pellucente.

Capite *περὶ ἐγκατεχομένων δευτέρων* Soranus p. 94.: *Ἱπποκράτης μὲν οὖν*, inquit, *πταρμικοῖς χρῆται καὶ συνάγει τὰ πτερύγια τῆς ῥινός, ἵνα διὰ τῆς τοῦ πνεύματος εἰς τὸ βάθος ἐμπτώσεως ἐκπέσῃ τὸ χόριον.* Εὐρυφῶν *δὲ ὁ* Κνίδιος *οὐραγωγοῖς χρῆται ποτίσμασι τοῖς ἀπὸ δικτάμνου καὶ ἐλελισφάκου καὶ πεσσοῖς τοῖς αἱμαγωγοῖς διὰ στρουθίου καὶ* Ἰλλυρικῆς *ἴρεως καὶ κανθαρίδων καὶ μέλιτος καὶ κατασεισμῷ τῷ διὰ τῆς κλίμακος προσδεδεμένης τῆς καμνούσης.* Fortasse methodum, quam Hippocrati adscribit Soranus, duxit ex Aph. 49. V., cum quo loco confer cap. 68. libri I. de morbis mull. Utrum methodus secundas per sternutatoria expellendi re ipsa Hippocrati debeatur, nec ne, incertum est; certissimum est id

non probari posse inde, quod in Aphorismis illa medendi ratio memoratur. Remedia, quae Euryphonta in usum vocare dicit Soranus, in his libris de morbis mulierum passim memorantur. Libro de morbis mull. I. cap. 78. (p. 620. huius vol.) v. c.: *ἕτερον ἐκβόλιον. — ὑπὸ τὰς μασχάλας λαβὼν σείειν ἰσχυρῶς, ποτὰ δὲ διδόναι ἄγνου πέταλα ἐν οἴνῳ, ἢ δίκταμνον Κρητικὸν ὅσον ὀβολὸν ἐν ὕδατι τρίβειν καὶ διδόναι.* Aliis locis reliqua illa a Sorano memorata reperies. Nec tamen quae attuli eò spectant, ut demonstrem ab Euryphontis operibus illa huc esse translata; neque enim omnia ad amussim cum Sorani narratione conveniunt, sed certum tamen est remedia et medendi rationes in his libris describi, quae summatim cum Euryphonteis conveniant.

Pag. quoque 95. Sorani advertit locus in eodem capite de secundis retentis obvius, ubi: *Μαντίας δέ*, inquit, *παρακατακλίνει τὸ βρέφος τοῖς μηροῖς τῆς κυούσης ἵνα διὰ τῆς οἰκείας φύσεως καὶ κινήσεως τούτου ἐφέλκηται τὸ χόριον· μὴ σωζομένης δὲ τῆς πρὸς τὸ βρέφος τοῦ χορίου συνεχείας, μολύβδου μέγεθος ἐκ τοῦ προέχοντος ἀποκρεμάσαι* (*κελεύει* suppleo), *ἵνα τῷ βάρει κατασπασθῇ τὸ χόριον.* Nempe cum hisce satis conveniunt quae cap. 8. libri *περὶ ἐπικυήσιος* leguntur, ubi vide.

Capite 15. p. 43. Soranus haec habet: *Ἱπποκράτης τοῦ μὲν ἄρρεν κύειν φησὶν εἶναι τό τ' εὐχρουστέραν ὑπάρχειν τὴν κύουσαν καὶ εὐκινητοτέραν, — καὶ τὸν δεξιὸν μαζὸν μείζονα ἔχειν καὶ εὐογκότερον καὶ πληρέστερον καὶ μάλιστα τὴν θηλὴν ἐπαίρεσθαι· τοῦ δὲ θῆλυ τὸ μετ' ὠχριάσεως ὀγκωδέστερον εἶναι τὸν εὐώνυμον μαζὸν καὶ μάλιστα τὴν θηλὴν, ἀπὸ ψευδοῦς ὑπολήψεως ἐπὶ ταύτην ἐλθὼν τὴν ἀπόφασιν.* Quamquam eiusmodi citationes haud facile ad amussim exiguntur, quia quos libros et quomodo scriptos Soranus viderit, non plane scimus; eorum tamen quae memorat certa vestigia deprehenduntur in hac medicorum veterum sylloge. Ita Aph. 42. V. legimus: *γυνὴ ἔγκυος, εἰ μὲν ἄρσεν κύει, εὔχροός ἐστι· εἰ δὲ θῆλυ, δύσχροος.* Libro de sterilibus cap. 4.: *ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ἔφηλιν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἴσχουσι, θῆλυ κύουσι· ὅσαι δὲ εὐχροοῦσαι διαμένουσι, ἄρρεν ὡς ἐπιτοπουλὺ κύουσι.* Et dein: *ἢν αἱ θηλαὶ ἄνω ἔωσι ἐστραμμέναι, ἄρσεν κύει· ἢν δὲ κάτω θῆλυ.* Cohaeret etiam cum Sorani monitis de Hippocrate quod Aph. 38. V. legimus: *γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μασθὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει· καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν· ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.* Cum quo loco cf. Aph. 48. eiusdem sectionis. Nemo tamen iure propter Sorani testimonium has sententias Hippocrati adscripserit. Nimirum quantum his in rebus scriptoribus serioris aevi tribuere liceat, iam satis superque demonstratum est in primo volumine; sed sit praeterea hocce documento: cap. 19. p. 58. Soranus quaestionem tangit *εἰ φθορίοις καὶ ἀτοκίοις χρηστέον καὶ πῶς;* — atque *εἴπομεν οὖν*, inquit, *ἄλλο φθόριον καὶ ἄλλο ἀτόκιον· τὸ δὲ ἐκβόλιον οἱ μὲν συνωνυμεῖν τῷ φθορίῳ λέγουσιν, οἱ δὲ διαφέρειν τῷ μὴ ἐν φαρμάκοις νοεῖσθαι κατασεισμοῖς δὲ καὶ πηδήμασιν, εἰ τύχοι· διὸ καὶ τὸν Ἱπποκράτην παραιτησάμενον τὰ φθόρια παραλαβεῖν ἐν τῷ περὶ παιδίου φύσεως* (*τοῦ* interpono) *ἐκβαλεῖν χάριν τὸ πρὸς πυγὴν πηδᾶν.* Vides eum spectare narrationem e cap. 13. libri de natura pueri in partu, de qua antea iam dixi et quam Hippocrati tribuit, licet sit certissimum librum serioris aevi esse.

Pag. 64. Soranus adfert Aph. V. 31., cui adsentitur. — Pag. 67. inter signa futurae abor-

tionis ex Hipp. citat *τὴν παράλογον μαστῶν ἴσχνωσιν*, fortasse ex Aph. 37. V.; — pag. 119. legimus: *τὸ δὲ ὠκυτόκια προσαναγράφειν, ὡς ἄλλοι καὶ οἱ περὶ τὸν Ἱπποκράτην ἐποίησαν, σχεδιάζοντός ἐστιν. Οὔτε γὰρ δάφνης φύλλα ξηρὰ μετὰ θερμοῦ ὕδατος, οὔτε δίκταμνον ἢ ἀβρότονον καὶ κεδρία καὶ ἄνισον μετὰ γλυκέος καὶ παλαιοῦ ἐλαίου, οὔτε καρπὸς ἀγρίου σικύου κηρωτῇ* (εἰρίῳ legendum videtur) *προσπλασσόμενος φοινικίνῳ καὶ ὀσφύϊ περιαπτόμενος ὠκυτοκίαν παρασκευάζει· τὰ δὲ προειρημένα βοηθήματα λύοντα τὸ πάθος καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ δυσεργείαν λύει.* Cum quibus confer *ὠκυτόκιον*, quod memoratur cap. 77. lib. I. de morbis mull.: *δικτάμνου ὅσον δύο ὀβολοὺς τρίψας ἐν ὕδατι θερμῷ πινέτω. Ἢ ἀβροτόνου δραχμὴν καὶ κεδρίδας καὶ ἄνησον τρίψας ἐν γλυκέος οἴνου παλαιοῦ κυάθῳ, παραχέας ὕδατος κύαθον, δὸς πιεῖν.* Et paulo post: *ἕτερον ὠκυτόκιον· τοῦ σικύου τοῦ ἀγρίου, ὅστις ἂν ᾖ λευκός, τὸν καρπὸν ἐμπλάσας κηρῷ· εἶτα εἰρίῳ ἐνελίξας φοινικέῳ περίαψον περὶ τὴν ὀσφύν.* Certum est Soranum locos laudatos respicere et eius verba inde emendari debere. — Capite porro 54. p. 122. sermo est de uteri prolapsu et: *ἔνιοι μὲν οὖν*, inquit, *ὅλην λέγουσι προπίπτειν . . . . οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱπποκράτην καὶ Ἡρόφιλον μόνον τὸ στόμιον.* Quibus locis e libris Hippocraticis dictis haec Sorani sententia nitatur, non certo constat: nam licet (de morbis mull. II. 37. et lib. *περὶ ἀφόρων* cap. 1.) prolapsus orificii uteri in iis mentio fiat, fit tamen item mentio prolapsus uteri totius cum curandi ratione, quam Euryphonti adscribit Soranus, sicuti paulo ante vidimus. Fortasse solum locum e libro de Sterilibus spectat (p. 658. huius vol.). — Pag. 234. in *τῇ θεραπείᾳ τῶν δι' ἀργίαν μὴ καθαιρομένων: καὶ καθόλου*, inquit Soranus, *ὡς Ἱπποκράτης φησὶ, τὰ ἐναντία ἐπιτηδεύειν τοῖς τὴν ἀπόκρισιν τοῦ αἵματος ἐμποδίζουσι.* — Quem vero locum respiciat, nondum reperi. — Pag. 257.: *ἔξωθεν δὲ τούτων*, inquit Soranus, *Ἱπποκράτης τὰς μὲν ἀφεψήματι κράμβης ἐπότισε, τὰς δὲ ὀνείῳ γάλακτι, καὶ ὡς εἰλεωδῶς στροφουμένης τῆς μήτρας αὐλίσκον ἐνθεὶς χαλκευτικῆς φύσης εἰς τὸν γυναικεῖον κόλπον ἐφύσα, διαστολὴν ἐπιτηδεύων.* Eiusmodi quid, si rem ad amussim exigas, non reperi in libris nostris, sed duo loci hîc tamen sunt conferendi: primus e lib. II. cap. 23. de mm. mull., ubi legimus: *ἢν αἱ μῆτραι εἰλέωσι σφέας ἐς τὸ μεσηγὺ τῶν ἰξύων . . . . ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, αὐλίσκον προσδῆσαι πρὸς κύστιν καὶ ἐνιέναι ἔλαιον θερμὸν ἐς τὰς ὑστέρας κ. τ. λ.* Alter est e cap. 14. libri de nat. mul., ubi: *ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, αὐλίσκον προσθήσας πρὸς κύστιν, φυσῆσαι τὰς ὑστέρας κ. τ. λ.* — Fortasse ad hunc locum respicit Soranus; nec tamen certum hoc, quum incertum sit, quae lectio vera sit utroque loco ex Hipp. descripto, aut potius quam sub oculos habuerit Soranus; tum vero fieri possit ut fallatur et ut illa curatio, quam lib. III. de morbis legimus (cap. 14. p. 257. huius vol.), illi ob mentem obversaretur. — Tandem Soranus Hippocratis mentionem facit p. 265. iterum respiciens Aph. 37. V.

Unam rem certam esse arbitror: si ex Sorano solo deberemus petere distinctionem eorum, quae ad alterutram scholam Hippocrateam an Euryphonteam referenda sint, parum certos nos de his rebus futuros. Hunc enim plura miscere e supra adlatis abunde constitit. Itaque alia circumspiciemus, quod tamen antequam faciam, alium testem proferam. Nempe quod attinet ad partem pharmaceuticam, vide quae habet Gal. de remm. simpll. VI. p. 795. Kühnio: *ἡ δὲ πλείστη*, inquit, *τῶν φαρμάκων χρῆσις ἐν αὐταῖς ταῖς θεραπευτικαῖς πραγματείαις ὑπό τε τῶν παλαιῶν γέγραπται καὶ προσέτι τῶν νεωτέρων ἁπάντων σχεδόν· καὶ γὰρ πρὸς*

Ἱπποκράτους εἴρηται πολλὰ καὶ πρὸς Εὐρυφῶντος κ. τ. λ. Itaque Galenus in Euryphontis libris multa invenit de remediorum usu, adeo ut Cnidii recentiores non neglexerint quod a veteribus Cnidiis omissum esse scribit Hipp. loco notissimo e lib. de victu acutorum. Non ignoro haec non praecipue spectare ad libros de morbis mulierum, sed nunc de hac re moneo, quia in illis libris magna illa formulariorum fragmenta relicta habemus; et quia praevertere volui obiectionem e multorum remediorum enumeratione desumtam contra opinionem hos libros Cnidiae originis esse, quod sequentibus de causis statuendum videtur.

Primum methodus nosologica in his libris prorsus Cnidia est: tum vero in methodo therapeutica ista curatio per medicamenta sursum et deorsum purgantia ubivis apparet; tandem oratio ipsa scriptorum est Cnidiorum. De his omnibus autem ad alios libros tum in adnotatione, tum in prolegomenis monui pluribus locis, quare nunc haec breviter notavisse sufficiat.

Quid censendum de Sorani testimonio circa Euryphontem Cnidium? Citat Soranus ex Hippocrate talia, quae huic non tribuimus; reperimus in collectione Hippocratica locos, quos curationes continere vidimus, quas Euryphonti adscribit. Licetne has Euryphonti adscribere Sorani auctoritate, cum illa Hippocrati denegamus, quamvis idem Soranus ea huic accepta referat? Me iudice licet: haec Hippocratea non esse tam certis argumentis constat, ut dubitare non liceat; ad Hippocratem auctorem ea referri a Sorano mirum non est, nam hic non magis quam Galenus distinguere noverat vere Hippocratea a spuriis, quae promiscue circumferebantur in orbe erudito antiquo. Euryphontis opera illo tempore superfuisse novimus e Galeno Cnidiarum sententiarum locos citante: quae Euryphonti a Sorano adtribuuntur curationes rudes per κατασεισμόν conveniunt cum rudibus similibus aliis e Galeno, comicis, libris medicis Cnidiis notis. Itaque mihi Sorano fides habenda videtur, ubi talia, qualia excitat, Euryphonti tribuit, licet de eius auctoritate Hippocrati quaedam adscribentis longe aliter sentiam. Unde firmatur opinio nostra libros, de quibus agimus, Cnidiae originis esse.

Sed videamus iam de libris singulis, quos in inscriptione huius § enumeravimus.

Initium faciam a libro II. de morbis mulierum, quem Littréus coniunxit cum libro de morbis mulierum primo et libro de sterilibus, ita ut hunc de morbis mulierum tertium vocaret et continua numeratione capitum pergeret a primo de morbis mulierum per secundum et tertium sibi dictum ad huius finem usque. Equidem librum de morbis mulierum et librum de sterilibus propter causas, quas in superiore § horum prolegomenorum dixi, eidem auctori tribuo, qui de morbis IV. et de natura pueri in partu conscripsit, sed hunc secundum eidem scriptori non tribuo, quia istam ὑφήγησιν per scripta auctoris, de qua supra monui, hic prorsus desidero. Equidem cum Lindano primum huius libri caput feci fragmentum, quod alii et Littréus ad librum de locis in homine referunt et in mss. et edd. subiungi solet fini, qui mihi esse videtur huius libri. Primum enim sententia, quae nunc in hac editione nostra claudit librum de locis in homine, re ipsa conclusio est libri, cui subsequentia illa non nisi ineptissime subiungebantur; — tum principium, quale nunc feci libri secundi de morbis mulierum, omnino exordium est integri scripti de morbis foeminarum; — tandem nexus inter finem primi in nostra editione capitis libri II. de mm. mull. et caput secundum aptus est; — ita ut tribus de causis illis mutationem illam intulerim.

Quodsi iam hac in re mecum consentias, liber secundus de morbis mulierum non potest esse continuatio operis alicuius, i. e. libri primi istius nominis, sed novi operis exordium est. Quin etiamsi hac in re dissentias et mordicus tenere velis locum illum ad librum de locis in homine referendum esse, ne sic quidem constat librum hunc secundum primi continuationem esse, quum nullum vestigium in eo appareat illius notae perpetuae ὁδηγήσεως, quam propriam esse ostendimus scriptis auctoris librorum de morbis IV., ceterorum, de quibus § antecedente monui.

His igitur de causis librum de morbis mulierum secundum non esse continuationem primi contendo, sed a diversis auctoribus profectos. — Est hoc tamen eiusmodi, ut cum primum, tum secundum e fontibus antiquioribus Cnidiae originis compilatum esse putem.

Principium libri secundi id esse, quod dixi, opinio probabilis mihi videtur; — primum in eo certum aliquem in materiae dispositione ordinem animadvertis, quum morbi eiusdem aut affinis generis sibi subsequantur; postea tamen ordo minus est certus, ita ut quare alius morbum alium excipiat non satis appareat; tandem vero liber abrumpi, non apta conclusione terminari videtur.

Huc fere redit opinio mea de hoc libro II. de morbis mulierum. — Inscriptio, qua secundus hic liber dicitur, sine dubio recens est.

De libello de superfoetatione brevis ero: continet fragmenta ad partum, ad mulierum, virginum morbos spectantia, quorum quae principio sunt posita magis inter se connexa videntur quam postrema. Principio apto et apta conclusione caret; summatim sunt *ἀποσπάσματα* sine debito ordine et nexu descripta, partim ex aliis operibus, fortasse e libro de sterilibus et libris de morbis mull. desumpta, licet insint haud pauca, quae in hoc libello solo legantur.

Eiusdem vero generis, sed minus magnum opusculum est, quod de exsectione foetus in utero mortui inscribitur.

Uterque libellus inscriptionem debet materiae capitum in principiis singulorum positorum, non integri opusculi; nam in illo non de sola superfoetatione, in hoc non de sola exsectione foetus agitur. Tituli igitur debentur librariis exordia libellorum respicientibus.

Haec de his libris: superest qui de natura muliebri inscribitur, sed non maiore iure nomen illud obtinuit quam suum duo illa opuscula antecedentia. Summatim in eo agitur de morbis mulierum et in eo leguntur ut plurimum loci, qui in libris de morbis mulierum iam obvii fuerunt. Ratio inter hunc librum et eos, qui similes locos continent, fere comparari potest cum ea, quam vidimus esse inter prorrhetici primi locos et Coacas consimiles, et inter capita, quae in ceteris editionibus libro Epid. V. subiunguntur, et Epidemiorum septimum. Liber de natura muliebri fons emendationis est egregius, unde locos ex aliis libris similes restituas et contra etiam in eo ex illis emendare nonnulla potui. — Ceterum non certum est hunc librum e libris de morbis mulierum I. et II. excerptum esse; quin, licet non certum esse fatear, credo tamen potius hunc, perinde atque illos, ex locis decerptis ex operibus antiquioribus conglutinatum esse.

Haec hactenus.

§ 25.

De libello de his quae ad virginem spectant.

Hicce libellus cum libris, de quibus § 23. et 24. egimus, nihil commune habet: in illis habemus opera mutila medicorum practicorum e schola Cnidia; in hocce opusculum sophistae. Non audeo pro certo affirmare eundem sophistam libellum de morbo sacro et huncce composuisse, sed magnam esse analogiam inter utrumque nemo facile negabit. Fieri possit, ut opusculum nostrum sit ab imitatore scriptoris alterius compositum; fortasse idem sophista utrumque composuit. Sed certum est cum operibus, de quibus ante diximus, hoc nullo nexu teneri. Declamatorium orationis genus; magnus hiatus quo λόγον suum orditur auctor, commemoratio consecrationis vestimentorum, notae sunt, quibus hoc scriptum a vicinis facile distinguas.

Prolegomenis huius voluminis subiicio breviter descriptam summam eorum, quae in iis sunt demonstrata.

I.

Libri, qui in codicibus, veteribus indicibus, editionibus νόμος et περὶ τέχνης et περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς appellantur, unum continuum referunt λόγον sophistae nescio cuius, quo medicinam defendit ab obtrectatoribus et artem medicam a veteribus repertam probat prae innovatorum recentiorum philosophematis. Sophista ille satis longo post Hippocratem tempore scripsisse videtur. Non credo alia eiusdem viri scripta in collectione Hippocratica superesse.

II.

Liber *de morbo sacro* item opusculum est nescio cuius sophistae, qui locos arripuit, ubi in libro de aëre, aquis et locis de morbo sacro loquitur Hippocrates, ut iis superstrueret hunc tractatum, quo sophistica ratione demonstrat quod senex Cons antea l. l. affirmaverat, morbum sacrum aliis magis divinum non esse.

III.

Libri, qui περὶ φύσιος ἀνθρώπου et περὶ διαίτης ὑγιεινῆς dicuntur, videntur esse fragmenta unius alicuius antiqui operis medici a sophista nescio quo compositi. Priori horum opusculorum inest fragmentum anatomicum, quod teste Aristotele Polybum auctorem habet et quod quomodo huc appulerit ignoratur.

IV.

Libellus περὶ ὑγρῶν χρήσιος fragmenta continet pessime descripta operis alicuius medici auctoris incerti, quae quum perlustras, sponte duceris ad comparationem eius cum interpolatis nonnullis in libris spuriis epidemiorum. Summatim perparvi sunt pretii.

V.

Liber *de flatibus* λόγος est sophistae, quo demonstrat τὰς φύσας morborum causas esse: scilicet Anaximandri et Anaximenis placitis suam pathologiam superstruxit.

VI.

Liber de morbis primus nuncupari solitus partibus constat tribus, quarum prima sophistam auctorem habet et tota composita est ad disceptationem de rebus medicis. Altera pars medici Cnidii opusculum est, quod *περὶ ἐμπύων* olim inscriptum fuit et deberi videtur eidem scriptori, cui liber *περὶ παθῶν*. Tertia pars fragmenta medica e schola Cnidia continet, quae ab eodem viro conscripta esse videntur, a quo pars secunda, sed quae cum hacce nexu certo non coniunguntur, adeo ut opusculo illi *περὶ ἐμπύων* nescio quo modo adsuta esse dixeris.

VII.

Libri *de morbis II. et III.* medicis Cnidiis debentur; sed puto singulos suum sibi habere auctorem. Tertii libri fini subnexa est pars formularii medici, *Φαρμακίτιδα* appellant scriptores illi. Methodus nosologica et therapeutica prorsus Cnidiorum rationem, qualem initio libri de Victu acutorum Hippocrates descripsit, redolet. In libro autem secundo locus habetur, quem ex fragmento sententiarum Cnidiarum a Galeno servato descriptum esse certo constat. Mihi liber iste de morbis secundus ex antiquissimis inter Cnidiorum monumenta in hac veterum medicorum sylloge esse videtur. Uterque liber non est integer, sed potius fragmenta refert operum antiquorum.

VIII.

Liber *περὶ παθῶν* destinatus est *τοῖς ἰδιώταις*, artis medicae expertibus. Conscriptus est a medico Cnidio, quem etiam partem illam alteram libri de morbis primi, cui titulus *περὶ ἐμπύων* fuit, composuisse est probabile. Fortasse etiam libellus *περὶ ὄψιος* illi debetur. Auctorem ad scholam Cnidiam referendum esse certo constat, sed certum etiam est illum Hippocratis opera in manibus habuisse, ita ut iure Cnidiis recentioribus accenseatur.

IX.

Liber *de affectionibus internis* item fragmentum est maioris operis e schola Cnidia profecti. Scriptor hicce incognitus dictiones subinde usurpat sibi proprias, adeo ut hunc librum alii scriptori deberi dixeris quam quibus alii libri Cnidiorum, de quibus supra vidimus.

X.

Liber *de locis in homine* conscriptus est a Sophista, quem *τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Δωριέων* fuisse eius oratio arguit. Librum fere compendium aliquod medicinae referre dixerim. Pluribus locis pessime habitus a librariis ad nostram aetatem pervenit.

XI.

Libri *de morbis quartus*, *de genitura et de natura pueri*, (quos duos unum referre opus,

quod auctor ipse περὶ φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ inscripsit, certum est), *de morbis mulierum primus* et *de sterilibus* unius eiusdemque scriptoris sunt opera. Quatuor horum librorum primus et secundus opera integra, aut integra saltem maiorum operum τμήματα referre certum est. Tertius et quartus librorum dictorum mutili relicti sunt. Idem ille auctor ad alia deperdita opera sua respicit; fuit autem iatrosophista, qui artem medicam ipse fecit et qui, licet magni ingenii vir non fuisse videatur, plura habet, quae scitu dignissima sunt historiam doctrinarum medicarum investiganti.

XII.

Libri *de morbis mulierum II., de superfoetatione, de foetus in utero mortui exsectione, de natura muliebri* continent fragmenta maiora, minora operum de morbis mulierum et arte obstetricia a nescio quibus auctoribus profectorum, sed quae omnia e schola Cnidia originem duxerunt. Saepe loci iidem in iis recurrunt, ordo certus nonnullis tantum locis apparet; plurimis locis certa materiae dispositio prorsus desideratur et subinde formulariorum fragmenta inter medias morborum descriptiones leguntur. Methodus tamen nosologica et therapeutica Cnidiorum est, quin sunt loci ubi curandi viae describuntur, quas serioris aevi scriptores ipsi Euryphonti, idque non sine veri specie, adscribunt.

XIII.

Opusculum, quod περὶ παρθενίων inscribitur longe alius est indolis quam libri de rebus muliebribus supra memorati. Manifesto sophistae debetur, fortasse vero eidem cui liber de morbo sacro, saltem imitatori eius. Puto fragmentum esse; apto certe fine non concludi videtur.

XIV.

De librorum hoc volumine contentorum inscriptionibus res ita se habet, ut pleraeque sint recentiores, non ab auctoribus profectae, sed a librariis inditae. Suas sibi habere inscriptiones antiquas probabile est libellos *de morbo sacro*, *de flatibus*, fortasse etiam περὶ παρθενίων; antiquum titulum restitui libro περὶ φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ. De reliquis omnibus constat partim sine dubio spurios esse titulos, partim eos dubiae fidei esse. Quod item affirmandum de titulis capitum singulorum, formularum medicinalium.

P. S. Dum specimina typographica prolegomenorum perlustrabam et p. xxv. perveniebam ad locum e cap. 26. libri de Vet. med., vidi me p. 26. vs. penult. errorem commisisse, quem quomodo tollerem tunc non reperiens locum in prolegomenis descripsi e codicis A. lectione. Error meus hic est: *ἀλλ' ἦ*, quod interrogantis est, dedi pro codicis A. lectione *ἀλλ' ἤ*. Sed neque vulgata, neque codicis A. scriptura recte se habet: puto duas esse emendandi vias, i. e. aut *οὐδὲν ἄλλ' ἢ αὐτῷ ἐξαμαρτάνοντι κ. τ. λ.* legendum, aut *ἀλλ' αὐτῷ ἐξαμαρτάνοντι κ. τ. λ.* — Hoc mihi nunc maxime arridet.

ΝΟΜΟΣ.
ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.
ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.

ΕΣΤΙ ΔΕ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΡΗΤΟΡΟΣ ΤΙΝΟΣ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΠΕΡΙ ΙΑΤΡΙΚΗΣ, Η ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΤΕΧΝΗΣ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙ ΕΥΡΗΜΕΝΗΣ.

LEX.
DE ARTE.
DE VETERE MEDICINA.

EST AUTEM SOPHISTAE AC RHETORIS NESCIO CUIUS SERMO UNUS DE MEDICINA, SIVE DEFENSIO ARTIS ANTIQUITUS INVENTAE.

ΝΟΜΟΣ.
ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.
ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.

α΄. Ἰητρικὴ τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶ ἐπιφανεστάτη· διὰ δὲ ἀμαθίην τῶν τε χρεομένων αὐτῇ καὶ τῶν εἰκῇ τοὺς τοιούσδε κρινόντων πολύ τι πασέων ἤδη τῶν τεχνέων ἀπολείπεται. Ἡ δὲ τῶνδε ἁμαρτὰς τὰ μάλιστά μοι δοκέει ἔχειν αἰτίην τοιήνδε· πρόστιμον γὰρ [1] ἰητρικῆς μούνης ἐν τῇσι [2] πόλισι οὐδὲν ὥρισται, πλὴν ἀδοξίης· αὕτη δὲ οὐ τιτρώσκει τοὺς ἐξ αὐτῆς ξυγκειμένους. Ὁμοιότατοι γάρ εἰσι οἱ τοιοίδε τοῖσι παρεισαγομένοισι προσώποισι ἐν τῇσι τραγῳδίῃσι· ὡς γὰρ ἐκεῖνοι σχῆμα μὲν καὶ στολὴν καὶ πρόσωπον ὑποκριτοῦ ἔχουσι, οὐκ εἰσὶ δὲ ὑποκριταί, οὕτω καὶ ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοί, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί.

β΄. Χρὴ γὰρ ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι τῶνδέ [3] μιν ἐπήβολον γενέσθαι· φύσιος· διδασκαλίης· [4] τόπου εὐφυέος· παιδομαθίης· φιλοπονίης· χρόνου. Πρῶτον μὲν οὖν πάντων δεῖ φύσιος·

LEX.
DE ARTE.
DE VETERE MEDICINA.

1. Omnium profecto artium medicina nobilissima. Verum propter eorum qui eam exercent ignorantiam, eorumque qui temere de his iudicant, omnibus artibus iam longe inferior habetur. Cuius quidem erroris ista mihi potissimum esse causa videtur, quod soli arti medicae nulla in civitatibus praeterquam ignominiae praefinita poena est, quae eos qui ex ea constant minime attingit. Qui quidem personarum, quae in tragoediis producuntur, maxime similes esse videntur. Quemadmodum enim illi quidem formam, habitum et personam histrionis referunt, neque tamen histriones sunt, sic et medici nomine quidem multi, re ipsa perpauci.

2. Qui enim medicinae scientiam sibi vere et apte comparare volet, is horum omnium compos esse debet, ut naturam nactus sit, doctrinam, locum studiis aptum, institutionem a puero, industriam et tempus. In primis igitur

[1] ἰατρικῆς. — [2] πόλεσιν οὐδέν. — [3] μιν ἐπίβολος. — [4] τρόπου.

1. *διὰ δὲ ἀμαθίην.*] *ἀμαθίη* Ionice constare posse videtur, nam Eurip. Hecuba vs. 327. *τιμᾶν τὸν ἐσθλὸν ἀμαθίαν ὀφλήσομεν*, ubi *ἀμαθία* longa finali ponitur. — Hinc fit, ut § 3. *παιδομαθίη* servem, neque § 2. e Cod. C. *παιδομαθείης* recipiam. Videtur noster formis in *ια* i. e. ᾱ longo, non in *εια* finali brevi usus esse. Non tamen ideo probandam puto formam *παιδομαθείη*, quam cod. C. § 3. fert.

τοὺς ἐξ αὐτῆς ξυγκειμένους.] Vel e sola dictione *ξυγκεῖσθαι ἐξ ἀδοξίης* patet hunc librum Hippocratis esse non posse. Ineptus fucus orationis est, a simplici magni Coi sermone alienissimus.

τοῖσι παρεισαγομένοισι προσώποισι.] Coraës „aux personnages muets", Littréus „aux figurants" reddit. Respiciuntur omnino *τὰ πρόσωπα κωφά*. Ubi paulo post *πρόσωπον ὑποκριτοῦ ἔχουσι* legitur, *πρόσωπον* eodem sensu, quo *προσωπεῖον* sumitur.

πάγχυ βαιοί.] *πάγχυ* Homericum est, *βαιός* poëticum a Tragicis, Lyricis tritum, nec fere a solutae orationis scriptoribus usurpatur, nisi forte a recentiore aliquo poëtarum orationem subinde affectante, vid. v. c. indicem ad Aretaeum.

2. *ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι.*] Coraës in his de suo, uti videtur, *ἁρμόσεσθαι*; ac frequens sane *μέλλειν* cum futuro infinitivi, sed ferri tamen facile potest praesens. Cod. Marc., ut C. Par., *ἰητρικὴν ξύνεσιν.*

τῶνδέ μιν ἐπήβολον γενέσθαι.] Quod cod. C. *μην* habet pro *μιν* omnino Iotacismo debetur; verum si *μέν* praeberent libri, pronomen non desiderarem, licet fieri possit, ut auctor id omnino dederit.

τόπου εὐφυέος.] Vulgatum *τρόπου* sine dubio vitiosum est, licet infra etiam *τρόπῳ* et § 3. *ὁ δὲ τρόπος* vulgata habeat. Tertius autem hic locus manifesto ostendit singulis *τόπος* pro *τρόπος* esse reponendum.

φύσιος γὰρ ἀντιπρησσούσης, κενεὰ πάντα· φύσιος δὲ [1] ἐς τὸ ἄριστον ὁδηγεούσης διδασκαλίη τέχνης γίγνεται· ἣν μετὰ φρονήσιος [2] δεῖ περιποιήσασθαι παιδομαθέα γενόμενον ἐν [3] τόπῳ, ὁκοῖος εὐφυὴς πρὸς μάθησιν ἔσται· ἔτι δὲ φιλοπονίην προσενέγκασθαι ἐς χρόνον πουλὺν, ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσιωθεῖσα, δεξιῶς τε καὶ εὐαλδέως τοὺς καρποὺς ἐξενέγκηται.

natura opus est, qua repugnante irrita sunt omnia, eadem vero ad optimum quodque viam commonstrante artis doctrina paratur, quam ex institutione a puero, in loco ad disciplinam probe a natura accommodato cum prudentia sibi comparare oportet. Ad haec longi temporis industriam accedere necesse est, qua disciplina veluti gravidata feliciter et bene crescendo maturos fructus efferat.

γ'. Ὁκοίη γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων [4] ἡ θεωρίη, τοιήδε καὶ τῆς ἰητρικῆς ἡ μάθησις. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων ὁκοῖον ἡ χώρη· τὰ δὲ [5] διδάγματα τῶν διδασκόντων, ὁκοῖον τὰ σπέρματα· ἡ δὲ παιδομαθίη, τὸ καθ' ὥρην αὐτὰ πεσεῖν εἰς τὴν ἄρουραν· ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ ἡ μάθησις, ὁκοῖον ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἠέρος τροφὴ γιγνομένη τοῖσι φυομένοισι· ἡ δὲ φιλοπονίη, ἐργασίη· ὁ δὲ χρόνος ταῦτα [6] ἐνισχύει πάντα [7] ὡς ἐκτραφῆναι τελέως.

3. Quomodo autem contemplatio eorum, quae terra producuntur, eadem omnino ratione medicae artis cognitio se habere videtur. Natura namque nostra agri, doctorum praecepta seminum rationem habent. Institutio a puero tempestivae sationi respondet. Locus vero disciplinae accommodatus, aëri ambienti, ex quo iis quae e terra nascuntur alimentum suppetere solet. Diligens studium agricultura est. Tempus autem omnia haec ad plenam maturitatem confirmat.

δ'. Ταῦτα ὦν χρὴ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην ἐσενεγκαμένους καὶ ἀτρεκέως αὐτῆς γνῶσιν λαβόντας, οὕτως ἀνὰ τὰς πόλιας φοιτεῦντας, μὴ λόγῳ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. Ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσι ἔχουσι αὐτὴν καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ, εὐθυμίης τε καὶ εὐφροσύνης ἄμοιρος, δειλίης τε καὶ θρασύτητος τιθήνη. Δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην

4. Quibus certe omnibus ad artem medicam collatis eiusque vera cognitione percepta, hoc modo civitates obeundo non solum verbo, sed etiam opere medici existimationem tueri oportet. At vero imperitia malus est thesaurus malaeque opes reconditae iis, qui eam possident, quavis hora per omne vitae tempus, securitatis animi et laetitiae expers, timiditatis et audaciae nutrix. Ac timiditas quidem impotentiam,

[1] εἰς. — [2] ἢ. — [3] τρόπῳ. — [4] ἡ abest. — [5] sic V. — [6] ἐνισχύσει. — [7] ἐκτραφῆναι sine ὡς.

ἐμφυσιωθεῖσα.] Coraës exponit *ἐν αὐτῇ τῇ φύσει καταβληθεῖσα καὶ ἐν ἕξει γενομένη.* Quod Foës. scribit Calvum et Corn. sibi videri *ἐμφυτευθεῖσα* aut *ἐμφυθεῖσα* legisse, mihi incertum videtur. Ille „naturaliter insita," hic „insita" reddit; sed ita librorum lectionem interpretantur; nempe Chartierii varr. lectt. ad h. l. Foësii notulae originem debere videntur.

3. *ὁκοίη γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων ἡ θεωρίη, τοιήδε καὶ τῆς ἰητρικῆς ἡ μάθησις.*] Articulum ante *θεωρίη* Coraës hic inseruit de suo, qua in re cum Littréo eum sum secutus. Sed comparatio auctoris nostri in hac periodo claudicat; neque enim similitudo est inter *τὴν τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων θεωρίην* et *τὴν τῆς ἰητρικῆς μάθησιν* ipsam, secundum auctoris ipsius verba; sed inter illam et *τὴν τῆς μαθήσιος τῆς ἰητρικῆς θεωρίην.* In viri verbis notiones confunduntur, quod non pendet a prava loci scriptura, sed ab auctoris mente, quippe videbimus in posterum certe alterum etiam exemplum perplexae argumentationis.

τὰ δὲ διδάγματα.] Edi solet *τὰ δὲ δόγματα*, sed Chart. in varr. lectt. *διδάγματα* et Coraës in extrema pag. *ἴσ. γρ. διδάγματα*, ita ut eius coniecturam esse dixeris. Littréus e nullo codd. Parr. adnotat, at ego reperi in Voss., unde recepi. Facilem autem lapsum esse potuisse ab hac lect. ad vulgatam omnes videmus.

τροφὴ γιγνομένη.] Vulgo *γενομ.*, quod V. etiam praebet. Cod. C. *γιγν.*, J. *γιν.*, Coraës hoc, Littréus illud dedit.

ἐνισχύει.] Vulgo *ἐνισχύσει*, sed praesens in pluribus libris reperit Littréus et cum Coraë recepit.

ὡς ἐκτραφῆναι τελέως.] Vulgo *ὡς τραφῆναι τελέως*, at Aldus multique Codd. Parr. et Marcianus *καὶ τραφῆναι τ.*; fortasse in *καὶ τραφῆναι* latet *ἐκτραφῆναι*, quod in Voss. lego et mihi prae simplici verbo praestare videtur.

4. *ἐσενεγκαμένους.*] Sic Littr. e cod. C. idemque praebent mihi V. et Marcianus; vulgo *ἐνεγκ.*, sed Foës. iam adnotat varr. lectt. *ἐπενεγκαμένους* (sic) et *ἐπεισενεγκ.*, quarum hanc recepit Coraës. Malui Littréum sequi quam Coraën, quum nihil aliud antecedat, quod *εἰσφέρηται.*

καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ.] De his male a superioribus interpretibus acceptis monuit Coraës in adn.; ipse „jour et nuit" reddit. Ceterum in varr. lectt. a Cobeto e Marciano excer-

σημαίνει· θρασύτης δὲ ἀτεχνίην. Δύο γὰρ ἐπιστήμη τε καὶ δόξα, ὧν τὸ μὲν τὸ ἐπίστασθαι ποιέει, τὸ δὲ τὸ [1] ἀγνοεῖν.

ε'. Τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσι ἀνθρώποισι [2] δείκνυται· βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσι ὀργίοισι ἐπιστήμης.

ς'. Εἰσί τινες, οἳ τέχνην πεποίηνται τὸ τὰς τέχνας [3] αἰσχροποιεῖν· ὡς μὲν οἴονται οὐ τοῦτο διαπρησσόμενοι, ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' ἱστορίης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιεύμενοι. Ἐμοὶ δὲ τὸ μέν τι τῶν μὴ [4] εὑρημένων ἐξευρίσκειν, ὅ τι καὶ εὑρεθὲν κρέσσον ἢ ἀνεξεύρετον, ξυνέσιος δοκέει ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, καὶ τὸ τὰ ἡμίεργα ἐς τέλος ἐξεργάζεσθαι ὡσαύτως· [5] τὸ δὲ λόγων οὐ καλῶν τέχνῃ τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν προθυμέεσθαι, ἐπανορθοῦντα μὲν μηδὲν, διαβάλλοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τοὺς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, οὐκέτι ξυνέσιος δοκέει ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, ἀλλὰ [6] κακαγγελίη μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίη· μούνοισι γὰρ [7] δὴ τοῖσι ἀτέχνοισι ἡ ἐργασίη αὕτη ἁρμόζει φιλοτιμεομένων μὲν, οὐδαμᾶ δὲ δυναμένων [8] κακίῃ ὑπουργέειν εἰς τὸ τὰ τῶν πέλας ἔργα ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ οὐκ

audacia vero artis ignorationem arguit. Duo sunt enim scientia et opinio, quorum illa scientiam, haec ignorationem parit.

5. Haec vero cum sacra sint, sacris hominibus demonstrantur; profanis vero nefas prius quam scientiae sacris initiati fuerint.

6. Nonnulli in turpiter insectandis artibus, artificium suum collocant; ut quidem opinantur, non id facientes, quod ego dico, sed suam scientiam ostentantes. At eorum aliquid, quae nondum inventa sunt, invenire, quodque invenisse quam non invenisse praestiterit, similiterque imperfecta ad finem deducere, id mihi videtur illius munus, qui intelligens existimari expetit. Qui vero ea, quae ab aliis sunt inventa inhonestorum verborum artificio contaminare contendit, neque quicquam corrigit, sed a peritis inventa apud imperitos traducit, is sane prudentiae existimationem tueri velle non videtur, sed potius naturam suam aut ignorationem malitiose prodere. Solis enim artium ignaris hoc opus competit, qui ambitiosius quidem contendunt, neque tamen improbitate sua ullo modo praestare possunt ut aliorum opera vel recta calumnientur, vel non recta repre-

[1] ἀγνοεῖν. ἡ μὲν οὖν ἐπιστήμη ποιέει τὸ ἐπίστασθαι· ἡ δὲ δόξα τὸ ἀγνοεῖν. — [2] δείκνυνται. — [3] αἰσχροποιεῖν. — [4] εὑρισκομένων. — [5] τὸ δ' ἐκ λ. — [6] καταγγελίη. — [7] δή abest. — [8] κακίης (sic.)

ptis lego ad hunc locum: „τοῖσι ἔχουσι αὐτέην et sic fere semper in hoc codice." Moneo ne temere ν̄ ἐφελκυστικόν in his scriptis edendis repudiavisse videar.

ὧν τὸ μὲν τὸ ἐπίστασθαι ποιέει, τὸ δὲ τὸ ἀγνοεῖν.] Abesse solet articulus τό ante infinitivos ἐπίστασθαι, ἀγνοεῖν, quem aegre abesse ferebam antequam videram etiam Coraën in adn. eum requirere. Itaque de huius et mea coniectura adscripsi. De omittendis iis, quae post ἀγνοεῖν e cod. V. excerpsi iam Foës. monuit in adn.

6. αἰσχροποιεῖν.] Haec vulgata lectio est, sed A. praebet solus αἰσχροεπεῖν, quod recepit Littréus. Diu dubius haesi, quid verum esset; sed puto vulgatam esse ab auctoris manu. Primum quidem in A. multa sunt correctionis recentis vestigia: tum noster audacibus metaphoris saepius usus est; denique αἰσχροποιεῖν infra ab eo dicitur αἰσχύνειν, additur quidem λόγων οὐ καλῶν τέχνῃ in hoc capitulo, sed sub finem § 8. absolute ponitur τοὺς λόγους τῶν αἰσχύνειν αὐτὴν οἰομένων ἀναιρήσω. — Itaque αἰσχροποιεῖν et αἰσχύνειν synonyma nostro. Obiicies αἰσχροποιεῖν miro modo cum acc. componi; non negabo, sed in declamatore nostro ferendum puto, neque multo minus mire dicet τὰς τέχνας αἰσχροεπεῖν quam τὰς τέχνας αἰσχροποιεῖν. Itaque omnibus perpensis in vulgata acquiescendum esse arbitror.

ὡς μὲν οἴονται οὐ τοῦτο διαπρησσόμενοι, ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' ἱστορίης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιεύμενοι.] Littréus hic sequitur aliquot mss. Parr. lectionem: ὡς μὲν οἴονται οἱ τοῦτο διαπρησσόμενοι, οὐχ ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' ἱστορίης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιεύμενοι. Quae quidem lectio falsa est, nam nulla apparet causa, cur si tale quid voluisset auctor, διαπρησσόμενοι, non πρήσσοντες usurpasset; neque vero fieri potest, quin ποιεύμενοι in ea lectione non habeat etiam obiectum ὃ ἐγὼ λέγω, quum tamen manifesto ἐπίδειξιν ποιέεσθαι pervulgato usu hic ponatur pro ἐπιδείκνυσθαι. Neque praestant reliquae apud Foës. Littr. lectt. prae vulgata.

ὅ τι καὶ εὑρεθὲν κρέσσον ἢ ἀνεξεύρετον.] Littréus de suo κρέσσον ἢ ἢ ἀνεξεύρ. in hisce; nullam video causam, cur de vulgata discedam.

οὐκέτι ξυνέσιος δοκέει.] Hic ordo verborum est in A. Par. et in Marciano: vulgo δ. δ. ξ.

κακαγγελίη.] Ita Littr. cum cod. A.; firmatur lectio Galeni glossario, de qua re iam Foës. monuit. Μούνοισι γὰρ δή ex A. dedi, cett. δή omm.

ἢ ἀτεχνίη.] Lind. e Zuingeri marg. recepit ἀτεχνίης; non credo praestare. Qui genitivum posuerunt ἢ ἀτεχνίη acceperunt, quasi in comparatione ad μᾶλλον referri deberet; nec tamen ita se res habet, ἢ est *vel*, non *quam*.

μούνοισι γὰρ δὴ τοῖσι.] Sic cod. A.; ceteri δή omm., latet tamen etiam in διά codicis Par. I.

κακίῃ.] κακίη A, unde Littr. dativum dedit; vulgo κακίης, quod num vestigium sit lectionis ὑπὸ κακίης nescio.

ὀρθὰ μωμέεσθαι. Τοὺς μὲν οὖν ἐς τὰς ἄλλας τέχνας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐμπίπτοντας οἷσι μέλει τε καὶ ὧν μέλει οἱ δυνάμενοι κωλυόντων· ὁ δὲ παρεὼν λόγος τοῖσι ἐς ἰητρικὴν οὕτως ἐμπορευομένοισι ἐναντιώσεται, θρασυνόμενος μὲν διὰ τούτους, οὓς ψέγει, εὐπορέων δὲ διὰ [1] τὴν τέχνην ᾗ βοηθεῖ, δυνάμενος δὲ διὰ τὴν σοφίην, ᾗ πεπαίδευται.

ζ΄. [2] Δοκέει δή μοι τὸ μὲν ξύμπαν τέχνη εἶναι οὐδεμία οὐκ ἐοῦσα καὶ γὰρ ἄλογον τῶν ἐόντων τι ἡγεῖσθαι μὴ ἐόν· ἐπεὶ τῶν γε μὴ ἐόντων τίνα ἄν τις οὐσίην θεησάμενος ἀπαγγείλειε ὡς ἔστι; εἰ γὰρ δὴ ἔστι γ' ἰδεῖν τὰ μὴ ἐόντα, ὥσπερ τὰ ἐόντα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις αὐτὰ [3] νομίσειε μὴ ἐόντα, ἅ γε εἴη καὶ ὀφθαλμοῖσι ἰδεῖν καὶ γνώμῃ νοῆσαι, ὡς ἔστι. ἀλλ' ὅπως μὴ οὐκ [4] ᾖ τοῦτο τοιοῦτον, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐόντα αἰεὶ ὁρᾶταί τε καὶ γιγνώσκεται, τὰ δὲ μὴ ἐόντα οὔτε ὁρᾶται, οὔτε γιγνώσκεται. Γιγνώσκεται τοίνυν δεδειγμένων [5] εἴδεα τῶν τεχνέων καὶ οὐδεμία ἐστὶ ἥ γε ἔκ τινος εἴδεος οὐχ ὁρᾶται. Οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τὰ ὀνόματα αὐτὰς διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν· ἄλογον γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἡγεῖσθαι τὰ εἴδεα βλαστάνειν καὶ ἀδύνατον· τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα φύσιος νομοθετήματά ἐστι,

hendant. Eos igitur, qui in alias artes hoc modo invadunt, coërceant, si possint, quibus haec cura est et quorum id interest. Haec autem oratio nostra adversus eos instituitur, qui hoc pacto artem medicam quaestus gratia insectantur, animos quidem attollens propter eos, quos reprehendit, abundans vero propter artem, cui opem fert, potens quoque ob sapientiam, qua est exculta.

7. Ac sane omnino nulla mihi esse ars videtur, quae non exsistat. Absurdum enim est quod non sit esse putare; quandoquidem eorum, quae non exsistant, quamnam quis essentiam intueri queat et enunciare quod sint? Si enim quae minime exsistunt, velut ea, quae exsistunt, videre liceat, haud scio quanam quis ratione ea quae non sunt animo complecti queat non secus ac ea quae sunt, quae quidem quod sint et oculis intueri et mente comprehendere licet. Neque istud aliter contingere potest, sed ea quae sunt perpetuo cernuntur et cognoscuntur; quae vero non sunt, neque cernuntur, neque cognoscuntur. Demonstratarum igitur artium formae cognoscuntur, neque ulla est, quae non ex forma quadam cernatur. Et sane arbitror eas per formas nomina accepisse. Praeter enim rationem est existimare e nominibus formas

[1] τὴν τέχνην. usque ad σοφίην om. — [2] h. l. inscriptio ὅτι ὑπαρκτικαὶ εἰσὶν αἱ τέχναι. — [3] νοήσειεν μὴ ἐόντα ὥσπερ τὰ ἐόντα. ἅ γε εἴη κ. τ. λ. — [4] εἴη. — [5] ἤδη.

καὶ ὧν μέλει.] Consentienter cum Littréo sequor cod. A., cum quo hîc convenit Marcianus; *καὶ ἐν οἷσι* vulg.; utrumque, i. e. *καὶ ὧν καὶ ἐν οἷσι* codd. tres.

οὕτως ἐμπορευομένοισι.] Cod. A. om. *οὕτως*; sed ad *ἐμπορ.* in codd. adscribitur glossa a Foës. iam memorata: *καθοδοιποροῦσι κέρδους ἐλευθέρου χάριν. Ὅμηρος γάρ φησι. ἔμπορος οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος, οὐδ' ἐρετάων.* Hinc Foës. Latine „qui hoc pacto artem medicam quaestus gratia insectantur," recte, ut opinor: nimirum haec erat illorum *τέχνη, ἣν πεποίηνται*, quam profitebantur et pro qua mercedem sibi exposcebant rhetores ac sophistae. Me iudice confidentius Littréus affirmat: „cette glose donne une fausse interpretation du mot."

7. *εἰ γὰρ δὴ ἔστι γ' ἰδεῖν.*] Calvum, Corn., Zuing. h. l. *εἰ γὰρ δὴ μὴ ἔστι γ' ἰδεῖν* legisse adnotat Foës. — Mack. pro *δή* negationem *μή* recepit; male sine dubio; cum Foës., Littréo consentio.

οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις αὐτὰ νομίσειε μὴ ἐόντα.] Vulgatam e cod. V. excerpsi, pro *νοήσειε* Littr. e cod. A. *νομίσειε* recepit, ceterum de vulgata uon deflectens, nisi quod otiose repetitum *ὥσπερ τὰ ἐόντα* post *μὴ ἐόντα* reiecit. — Consentio.

γιγνώσκεται τοίνυν δεδειγμένων εἴδεα τῶν τεχνέων.] Pro *εἴδεα* libri mss. et editi *ἤδη*, quod interpretes Latine reddunt, uno excepto Foësio, qui recte vidit in *ἤδη* latere *εἴδη*, quod ille Latine expressit ego Ionica forma in textum recepi. Littréus: „cette correction, inquit, n'est pas bonne." Imo vero adeo est necessaria viri magni emendatio, ut nisi eam admittas *γιγνώσκεται* sibi non habeat subiectum. Quod autem Littréus id Gallice reddidit „la connaissance s'acquiert", falso interpretatus est. Praeterea Foësii lectione recepta demum seqq. *καὶ οὐδεμία — ὁρᾶται*, cum superioribus apte cohaerent. Pro *δεδειγμένων* A. *δεδιδαγμένον*, quod non praefero.

ἡγεῖσθαι τὰ εἴδεα βλαστάνειν.] Hic ordo verborum est in A. et Marciano; vulgo: *τὰ ε. ἡ. βλ.*

τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα φύσιος νομοθετήματα.] Provocat Littr. ad Platonis Charm., ubi p. 175. B. *καὶ οὐδαμᾶ δυνάμεθα εὑρεῖν ἐφ' ὅτῳ ποτὲ τῶν ὄντων ὁ νομοθέτης τοῦτο τοὔνομα ἔθετο τὴν σωφροσύνην.* Recentiores editores pro *ὁ νομοθέτης* legunt e libris scriptis *ὁ ὀνοματοθέτης*, de qua lect. praeferenda cum Littréo dubito. Quin si conferas initium § 20. libelli de morbo sacro, apparet falso in Edd. Platonis corrigi: *οὔνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημένον καὶ τῷ νόμῳ, τῷ δ' ἐόντι οὐκ, οὐδὲ τῇ φύσι.* Hic *νόμος* est

τὰ δὲ εἴδεα οὐ νομοθετήματα, ἀλλὰ βλαστήματα. Περὶ μὲν οὖν τούτων εἴ γέ τις μὴ ἱκανῶς ἐκ τῶν εἰρημένων ξυνίησι, ἐν ἄλλοισι [1] ἂν λόγοισι σαφέστερον διδαχθείη.

productas esse, neque id fieri potest. Nomina namque lege quadam naturae sunt sancita, formae vero non sancitae, sed veluti quaedam naturae sunt progermina. Ac ista quidem, si quis ex iis, quae antea dicta sunt, non satis intelligit, in aliis commentationibus apertius docebuntur.

η'. [2] Περὶ δὲ ἰητρικῆς, — ἐς ταύτην γὰρ ὁ λόγος, — ταύτης οὖν τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι καὶ πρῶτόν γε [3] διοριεῦμαι ὃ νομίζω ἰητρικὴν εἶναι, — τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσεόντων τοὺς καμάτους καὶ τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν, καὶ τὸ [4] μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισι ὑπὸ τῶν νοσημάτων εἰδότας ὅτι ταῦτα οὐ δύναται ἰητρική. Ὡς οὖν ποιέει τε ταῦτα καὶ οἵη τέ ἐστι διὰ παντὸς ποιέειν, περὶ τούτου μοι δὴ ὁ λοιπὸς [5] ἔσται λόγος· ἐν δὲ τῇ τῆς τέχνης ἀποδείξι ἅμα καὶ τοὺς λόγους τῶν αἰσχύνειν αὐτὴν οἰομένων ἀναιρήσω, ᾗ ἂν ἕκαστος αὐτῶν πρήσσειν τι οἰόμενος [6] τυγχάνει.

8. Medicinae vero, circa quam praesens versatur oratio, demonstrationem instituam, ac primum mea quidem opinione definiam medicinam esse, quae sane in totum a morbis aegros vindicet, morborumque vehementiam obtundat, neque iis, qui a morbo victi sunt, manum admoveat, cum id medicinam praestare non posse probe constet. Quod igitur tum haec praestet, tum etiam semper praestare possit, sequenti oratione persequar. Simulque dum artem esse demonstro, eorum rationes, qui eam se turpiter insequi existimant, diluam, prout eorum unusquisque aliquid efficere se posse arbitratur.

θ'. Ἔστι [7] μὲν οὖν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου, ἣ καὶ ὁμολογηθήσεται παρὰ πᾶσι· ὅτι [8] μὲν γὰρ ἔνιοι ἐξυγιάζονται τῶν θεραπευομένων ὑπὸ ἰητρικῆς [9] ὁμολογέεται· ὅτι δὲ οὐ πάντες, ἐν τούτῳ ἤδη ψέγεται ἡ τέχνη· καί φασι οἱ τὰ χείρω λέγοντες διὰ τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων καὶ τοὺς ἀποφεύγοντας αὐτὰ τύχῃ ἀποφεύγειν καὶ μὴ διὰ τὴν τέ-

9. Hinc igitur orationis exordium faciam, in quo etiam omnes assentientur. Nempe plerosque arte medica curatos sanitati esse restitutos in confesso est; quod vero non omnes, ob hoc iam ars ipsa in reprehensionem incurrit. Quique eam criminantur, ii propter eos, qui morbis incidunt, aiunt eos, qui evaserunt, fortunae, non artis beneficio evasisse. Ego vero

[1] ἀναλόγοις. — [2] Inscr. περὶ ὑπάρξεως ἰητρικῆς. — [3] δὴ ὁρ. — [4] μή om. — [5] λόγος ἔσται. — [6] τυγχάνῃ. — [7] μέν abest. — [8] μέν solum, sine γάρ. — [9] ὁμολόγηται.

consuetudo. Sed videmus hic vestigium doctrinae Platonis, quod ideo observo, quia Coraës in adnn. ad τὸν νόμον iam attulit plures comparationes, in eo occurrentes, quae item apud Platonem leguntur.

8. ἐν ἄλλοισι ἂν λόγοισι.] Varr. lectt. hic nullius sunt pretii, sed tenendum hic incertum esse suosne, an alienos λόγους ἄλλους spectet auctor; quodsi tamen conferas initium § 14. dixeris illum alios λόγους a se componendos indicare.

καὶ πρῶτόν γε διοριεῦμαι.] Sic. Littr. cum cod. A. Vulgata δὴ ὁριεῦμαι.

τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν.] Foës. auctorem defin. medic. hanc artis definitionem usurpare adnotat.

καὶ τὸ μὴ ἐγχ.] Quod μή in libris nonnullis h. l. omittitur, omnem loci sensum pessumdat.

εἰδότας.] In varr. lectt. pro participio adnotatur εἰδέτω πᾶς; est autem Calvi lectio, qui: „sciantque omnes medicinam mala omnia tollere non posse.” In his πάντα pro ταῦτα in seqq. expressit Calvus, quod apud auctorem definn. med. legi Foës. adnotat et Littréus in cod. A. reperit, in quo simul οὐ ante δύναται om.

περὶ τούτου μοι δὴ ὁ λοιπὸς ἔσται λόγος.] Bona quoque est lectio cod. A. περὶ τοῦτό μοι ὁ λυπὸς λόγος ἤδη ἔσται, modo manifestos scribae errores tollamus.

τυγχάνει.] Sequor cod. A.; ceteri omnes τυγχάνῃ, sed indicativo hic locus est, non subiunctivo.

9. ἔστι μὲν οὖν.] Lind. ἔσται de suo, uti videtur, sed vulg. bene habet; μέν e cod. A. et duobus aliis Littr. addidit, e vulg. vero abest.

ὁμολογηθήσεται.] Cod. A. ὁμολογήσεται; sed dein cod. A. ὅτι γὰρ ἔνιοι pro ὅτι μὲν ἔνιοι ceterorum; equidem μὲν γὰρ e Marciano dedi. De meo ἐξυγιάζονται, libri omnes ἐξυγιαίνονται.

καί φασι οἱ τὰ χείρω λέγοντες διὰ τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων καὶ τοὺς ἀποφεύγοντας αὐτά, τύχῃ ἀποφεύγειν καὶ μὴ διὰ τὴν τέχνην.] Vulgo: καί φασι οἱ τὰ χείρω λέγοντες, διὰ τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων καὶ (copulam om. A.) τοὺς ἀποφεύγοντας αὐτά, τύχῃ ἀποφεύγειν καὶ οὐ διὰ τὴν τέχνην. Littréus καί cum cod. A. loco indicato om. et simul adnotat: „je pense qu'il faut lire ἀναλισκομένους; cependant comme ἁλισκόμενα se trouve

χνην. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀποστερέω μὲν οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην ἔργου οὐδενὸς, ἡγεῦμαι δὲ τοῖσι μὲν κακῶς θεραπευομένοισι νοσήμασι τὰ πολλὰ τὴν ἀτυχίην ἕπεσθαι, τοῖσι δὲ εὖ τὴν εὐτυχίην. Ἔπειτα δὲ καὶ πῶς οἷόν τέ ἐστι τοῖσι [1] ὑγιασθεῖσι ἄλλο τι αἰτιήσασθαι ἢ τὴν τέχνην, εἴπερ χρεόμενοι αὐτῇ καὶ ὑπουργέοντες ὑγιάσθησαν; τὸ μὲν γὰρ τῆς τύχης [2] εἶδος ψιλὸν οὐκ ἠβουλήθησαν θεήσασθαι, ἐν ᾧ τῇ τέχνῃ ἐπέτρεψαν σφᾶς αὐτοὺς, [3] ὥστε τῆς μὲν [4] ἐς τὴν τύχην ἀναφορῆς ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, τῆς μέντοι ἐς τὴν τέχνην οὐκ ἀπηλλαγμένοι· ἐν ᾧ γὰρ ἐπέτρεψαν καὶ ἐπίστευσαν αὐτῇ σφᾶς αὐτοὺς, ἐν τούτῳ αὐτῆς καὶ τὸ εἶδος ἐσκέψαντο καὶ τὴν δύναμιν [5] περανθέντος τοῦ ἔργου ἔγνωσαν.

ut fortunae quidem quavis in re nonnihil tribuo, ita certe censeo male a morbis curatis ut plurimum adversam fortunam, bene vero curatis prosperam fortunam contingere. Deinde vero qui sanati sunt, cuinam alteri quam arti hoc beneficium acceptum referant, si quidem huic se committentes et subservientes sanitatem sunt consecuti? In quo enim arti sese commiserunt, inanem fortunae formam neglexerunt, adeo ut a referenda fortunae gratia liberi sint, ab ea autem, quae arti debetur, liberare se non possint. Cui enim sese commiserunt ac crediderunt, in eius formam intuentes, ipsius etiam facultatem re confecta cognoverunt.

ι'. Ἐρεῖ δὴ ἐνταῦθα ὁ τἀναντία λέγων, ὅτι πολλοὶ ἤδη καὶ οὐ χρησάμενοι ἰητρῷ νοσέοντες [6] ὑγιάσθησαν, καὶ ἐγὼ τῷ λόγῳ οὐκ ἀπιστέω· δοκέει δέ μοι οἷόν τε εἶναι καὶ ἰητρῷ μὴ χρωμένους ἰητρικῇ περιτυχεῖν, οὐ μὴν [7] ὥστε εἰδέναι ὅ τι ὀρθὸν ἐν αὐτῇ ἐνείη, καὶ ὅ τι μὴ ὀρθὸν, ἀλλ' ὥστ' ἂν ἐπιτύχοιεν τοιαῦτα θεραπεύσαντες ἑωυτοὺς, ὁποῖά περ ἂν ἐθεραπεύθησαν, εἰ καὶ ἰητροῖσι ἐχρῶντο. Καὶ [8] τοῦτό γε τεκμήριον μέγα τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, ὅτι ἐοῦσά τέ ἐστι καὶ μεγάλη, ὅπου γε φαίνονται καὶ οἱ μὴ νομίζοντες αὐτὴν εἶναι, σωζόμενοι δι' αὐτῆς· πολλὴ γὰρ ἀνάγ-

10. Atque hoc sane loco obiicit nobis adversarius, multos omnino aegros etiam citra medici opem sanitati restitui; quod equidem non diffiteor. Ac fieri mihi posse videtur ut qui medicum non adhibent, iis ex arte medica feliciter succedat, neque tamen intelligant rectumne quid in ea, an pravum insit, sed quod per se curatis eadem, quae si medicis adhibitis curati fuissent, contigerunt. Quod ipsum sane magnum est artis exsistentis indicium et quod inter praeclaras habenda sit, quando qui ne eam quidem esse existimant eius ope servati conspiciuntur. Qui enim etiam non adhibitis medicis

[1] ὑγιανθεῖσι. — [2] δαψιλόν. — [3] ὅτε. — [4] ἐστίν. — [5] παραθέντος. — [6] ὑγιάνθησαν. — [7] ὥστ'. — [8] τοῦτό γε τέως.

plus loin avec le sens d'ἀναλισκόμενα je n'ai pas voulu changer deux fois ce mot." Equidem primum dicam non concedere me in § 13. verbis πῶς οὐ τὰ τούτῳ μὴ ἁλισκόμενα, hoc participium pro ἀναλισκόμενα poni; tum vero nego h. l. eam vim participio ἁλισκομένους tribuendam esse, aut tribui posse. Porro dicam mihi olim locum restituendum esse visum διά ante τοὺς ἁλισκ. et τούς ante ἀποφεύγοντας delendo; quod quum feceram demum vidi emendationem, quam meam esse putabam, dudum Latine expressisse Corn., Foësium. Tandem sana mihi visa est vulgata et accipienda: καὶ οἱ τὰ χείρω λέγοντες φασὶ διὰ τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων καὶ τοὺς ἀποφεύγοντας αὐτὰ τύχῃ ἀποφεύγειν κ. τ. λ. Scilicet manifestum putant homines fortuito in morbos incidere, sed inde coniiciunt eos etiam fortuito ex iis evadere.

ἐγὼ δὲ οὐκ ἀποστερέω μὲν οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην ἔργου οὐδενός.] οὐκ om. cod. A.; pro τύχην ex uno libro τέχνην adnotat Littréus idemque iam Foës. fecit, qui exemplaria quaedam regia ita legere scribit „non omnino improbando sensu." At me iudice omnino improbando sensu τέχνην hic scripseris.

10. ἐρεῖ δὴ ἐνταῦθα ὁ τἀναντία λέγων.] Codicem A. h. l. ἐνταῦθα omittere adnotat Littr.; idem in Marc. fit.

ὑγιάσθησαν.] Vulgo ὑγιάνθησαν, sed e cod. Par. Littréus illud dedit; saepe autem in hoc libello ὑγιαίνειν et ὑγιάζειν confunduntur, restituitque debitum Littréus.

δοκέει δέ μοι.] Cod. A. γάρ, pro δέ.

ὅ τι ὀρθὸν — καὶ ὅ τι μὴ ὀρθόν.] In his εἴ τε utroque loco pro ὅ τι Zuing. in m. et cod. J. voluerunt puto εἴ τι.

ἀλλ' ὥστ' ἂν ἐπιτ.] In hac lect. cod. A. εἰ pro ἄν, sed multi libri, inter quos Marcianus, ἄλλως τε sine ἄν. Nempe volunt: ἄλλως τε εἰ ἐπιτύχοιεν κ. τ. λ., quae lectio non prorsus contemnenda.

ἐθεραπεύθησαν, εἰ καὶ ἰητρ.] εἰ h. l. om. Marc.

καὶ τοῦτό γε τεκμ.] Sic Littr. cum cod. A., idemque mihi e Marciano excerptum est; vulgo τέως ante τεκμήριον adscribitur, uti e V. enotavi.

σωζόμενοι δι' αὐτῆς.] Ceteri δι' αὐτήν, sed in cod. A. alia manu vere corrigitur δι' αὐτῆς, quod etiam in versione expressit Foës.

κῃ καὶ τοὺς μὴ χρωμένους ἰητροῖσι, νοσήσαντας δὲ καὶ [1] ὑγιασθέντας εἰδέναι, ὅτι ἢ δρῶντές τι ἢ μὴ δρῶντες [2] ὑγιάσθησαν· ἢ γὰρ ἀσιτίῃ, ἢ πολυφαγίῃ, ἢ ποτῷ πλείονι, ἢ δίψῃ, ἢ λουτροῖσι, ἢ ἀλουσίῃ, ἢ πόνοισι, ἢ ἡσυχίῃ, ἢ ὕπνοισι, ἢ ἀγρυπνίῃ, ἢ τῇ ἁπάντων τούτων ταραχῇ χρώμενοι, [3] ὑγιάσθησαν· καὶ τῷ ὠφελῆσθαι πολλὴ ἀνάγκη αὐτοὺς ἐστι ἐγνωκέναι, ὅ τι ἦν τὸ ὠφελῆσαν, [4] καὶ ὅτε ἐβλάβησαν, τῷ βλαβῆναι, ὅ τι ἦν τὸ βλάψαν. Τὰ γὰρ τῷ ὠφελῆσθαι καὶ τὰ τῷ βεβλάφθαι ὡρισμένα [5] πᾶς ἱκανὸς γνῶναι· εἰ τοίνυν ἐπιστήσεται ἢ ἐπαινέειν, ἢ ψέγειν ὁ νοσήσας τῶν διαιτημάτων τι [6] οἷσι ὑγιάσθη ἢ ἐβλάβη, πάντα ταῦτα τῆς ἰητρικῆς ὄντα εὑρήσει· καί ἐστι οὐδὲν ἧσσον τὰ ἁμαρτηθέντα τῶν ὠφελησάντων μαρτύρια τῇ τέχνῃ ἐς τὸ εἶναι· τὰ μὲν γὰρ ὠφελήσαντα τῷ ὀρθῶς προσενεχθῆναι ὠφέλησε· τὰ δὲ βλάψαντα τῷ μηκέτι ὀρθῶς προσενεχθῆναι ἔβλαψε. Καί τοι ὅπου [7] τό τε ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ ὀρθὸν ὅρον ἔχει ἑκάτερον, πῶς τοῦτο οὐκ ἂν τέχνη εἴη; τοῦτο γὰρ ἔγωγέ φημι ἀτεχνίην εἶναι, ὅπου μήτε ὀρθὸν [8] ἔνι μηδὲν, μήτε οὐκ ὀρθόν· ὅπου δὲ τούτων ἔνεστι ἑκάτερον, πῶς τοῦτο οὐκ ἂν τέχνης ἔργον ἀλλ' ἀτεχνίης εἴη;

ια'. Ἔτι τοίνυν εἰ μὲν [9] ὑπὸ φαρμάκων τῶν τε καθαιρόντων καὶ τῶν ἱστάντων ἡ ἴησις τῇ τε ἰητρικῇ καὶ τοῖσι ἰητροῖσι μοῦνον [10] ἐγίγνετο, ἀσθενὴς ἦν ἂν ὁ ἐμὸς λόγος· νῦν δὲ

ex morbis convaluerunt, ut intelligant omnino necesse est, se quod aliquid vel fecerint, vel non fecerint, idcirco sanitatem esse consecutos. Aut enim inediam, aut copiosiorem cibum et potum, aut sitim, aut balnea, aut eorum abstinentiam, aut labores, aut quietem, aut somnum, aut vigiliam, aut eorum omnium promiscuarum usum adhibentes sanitatem consecuti sunt. Quos ex eo ipso quod utilitatem senserunt, quodnam sit quod iuvet agnoscere omnino necesse est, et si qua in re laesi sunt, tum eos laesos esse, tum quidnam sit, quod laesit. Quae enim utilitate et noxa distincta sunt, est cuiusvis cognoscere. Qui igitur aegrotavit, si eam victus rationem, per quam sanitatem adeptus est, laudare, vel vituperare noverit, ea omnia ad sanitatem pertinere comperiet. Neque vero minus quae offenderunt quam quae profuerunt artem esse comprobant. Si quidem haec quod recte adhibita fuerint, profuerunt, illa vero ob incommodum eorum usum nocuerunt. Quanquam ubi rectum et pravum suis finibus circumscribitur, quis hoc artem esse non existimet? Neque enim artis nomine istud donandum existimo, in quo neque rectum, neque pravum inest. At ubi utrumque adfuerit, quomodo hoc non opus artis erit, sed artis expers?

11. Ad haec certe si in re medica aut apud medicos curatio ex purgantibus aut sistentibus medicamentis tantum constaret, parum efficax nostra esset oratio. Nunc vero qui inter medicos ma-

[1] ὑγιανθέντας — [2] ὑγιάνθησαν· ἢ γάρ. — [3] ὑγιάνθησαν codd. — [4] καὶ ὅτε τὶ βλάψαν ἐν τῷ βλαβῆναι τὰ γάρ. — [5] οὐ πᾶς. — [6] οἷσιν ὑγιάνθη. [7] τὸ ὀρθόν. — [8] εἴη. — [9] ἀπὸ φ. — [10] ἐγένετο.

καὶ ὅτε ἐβλάβησαν — τὸ βλάψαν.] Alia codd. lectio est: *καὶ εἴ τί τ' ἐβλάβησαν καὶ τὸ βλαβῆναι καὶ ὅ τι ἦν τὸ βλάψαν.*

πᾶς ἱκανὸς γνῶναι.] Delevi negationem *οὐ*, quam cett. ante *πᾶς* insertam habent; nimirum me ita offendit, ut falsum quid proponi et omnem loci sensum perverti contendam, cum additur; sine dubio otiose invecta est.

οἷσι ὑγιάσθη ἢ ἐβλάβη.] De meo supplevi *ἢ ἐβλάβη*: nempe quia praecedit *ἢ ἐπαινέειν, ἢ ψέγειν* constat aliquid, quale dedi, excidisse. Littr. adnotat in seqq. A. habere *ὑγιάσθη, πάντα ταῦτα τῆς ἰητρικῆς· καὶ ἔστι κ. τ. λ.* E Marciano mihi annotatum est: *τι οισι ὑγιάσθη π. τ. τῆς ἰητρικῆς ἐστι καί ἐστιν οὐδ.* — E cod. A. lectione prius *ἐστι* excidisse puto. — In vulgata scriptura sequentium *τὰ μὲν γὰρ ὠφελήσαντα — ὠφέλησαν· τὰ δὲ βλ. — ἔβλαψαν*, cod. Marc. *ὠφέλησε* et *ἔβλαψε*. Idem cod. *τό τε ὀρθόν*, quod ex A. iam recepit Littr., ceteris *τε* omittentibus.

ὀρθὸν ἔνι μηδέν.] Sic A. et Marc., vulgatam e V. enotavi.

πῶς τοῦτο οὐκ ἂν τέχνης ἔργον, ἀλλ' ἀτεχνίης εἴη;] Cod. A. *οὐκ ἔτι ἂν τοῦτο ἔργον ἀτεχνίης εἴη*, item Marc., nisi quod *τοῦτο τὸ ἔ.* ex eo adnotatum video; — quam lect. recepit Littr. Equidem non video eam praestare, sed credo esse correctionem illatam ab eo, qui non rite acciperet vulgatam, quam ideo perplexam, aut sensu idoneo destitutam putaverit.

11. *ὑπὸ φαρμάκων.*] Lectio *ἐπὶ φαρμάκων* e mss. Regiis a Foësio adfertur et apud Zuing. in m. et in cod. J. Par. habetur. Lind. et Mack. eam receperunt, nec mihi prorsus contemnenda videtur.

μοῦνον ἐγίγνετο.] Vulgo *ἐγένετο*, sed imperf. *ἐγίνετο* cod. A. Littréo praebuit et in Marc. legitur.

νῦν δὲ δὴ φαίνονται.] *δή* omm. libri nonnulli, inter quos

[1] δὴ φαίνονται τῶν ἰητρῶν οἱ μάλιστα ἐπαινεόμενοι καὶ διαιτήμασι ἰώμενοι καὶ ἄλλοισί [2] γε εἴδεσι, ἃ οὐκ ἄν τις φαίη, μὴ ὅτι ἰητρὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἰδιώτης ἀνεπιστήμων ἀκούσας, μὴ οὐ τῆς τέχνης εἶναι. Ὅκου οὖν οὐδὲν οὔτε ἐν τοῖσι ἀγαθοῖσι τῶν ἰητρῶν, οὔτε ἐν τῇ ἰητρικῇ αὐτῇ ἀχρεῖόν ἐστι, ἀλλ' ἐν τοῖσι πλείστοισι τῶν τε φυομένων καὶ τῶν ποιευμένων ἔνεστι τὰ εἴδεα τῶν θεραπειῶν καὶ τῶν φαρμάκων, οὐκ ἔστι ἔτι οὐδενὶ τῶν ἄνευ ἰητροῦ ὑγιαζομένων τὸ αὐτόματον αἰτιήσασθαι ὀρθῷ λόγῳ· τὸ μὲν γὰρ αὐτόματον οὐδὲν φαίνεται ἐὸν ἐλεγχόμενον· πᾶν γὰρ τὸ γιγνόμενον διά τι εὑρίσκοιτ' ἂν γιγνόμενον καὶ ἐν τῷ διά τι [3] τὸ αὐτόματον οὐ φαίνεται οὐσίην ἔχον οὐδεμίαν, ἀλλ' ἢ οὔνομα μοῦνον· ἡ δὲ ἰητρικὴ καὶ ἐν τοῖσι διά τι [4] καὶ ἐν τοῖσι προνοουμένοισι φαίνεταί τε καὶ φανεῖται [5] αἰεὶ οὐσίην ἔχουσα.

ιβ'. Τοῖσι μὲν οὖν τῇ τύχῃ τὴν ὑγίειαν προστιθεῖσι, τῆς δὲ τέχνης ἀφαιρέουσι, τοιαῦτ' ἄν τις λέγοι· τοὺς δ' ἐν τῇσι τῶν ἀποθνησκόντων ξυμφορῇσι τὴν τέχνην ἀφανίζοντας θαυμάζω, ὅτεῳ ἐπαιρόμενοι ἀξιοχρέῳ λόγῳ τὴν μὲν τῶν ἀποθνησκόντων [6] ἀκρασίην οὐκ αἰτίην [7] καθιστᾶσι, τὴν δὲ τῶν [8] τὴν ἰητρικὴν μελετησάντων ξύνεσιν αἰτίην· ὡς τοῖσι μὲν ἰητροῖσι ἔνεστι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάξαι, τοῖσι δὲ νοσέουσι οὐκ [9] ἔνεστι τὰ προσταχθέντα παραβῆναι. Καὶ μὴν πολύ γε [10] εὐλογώτερον τοὺς κάμνοντας ἀδυνατέειν τὰ προσ-

xime celebrantur et victus ratione et aliis etiam modis curationes faciunt, quae non medicus modo, sed ne plebeius quidem omnino rudis ex arte profecta esse negare audeat. Quando igitur nihil, neque in bonis medicis, neque in arte medica est inutile, sed in iis quae nascuntur aut parantur quam plurimis insunt quaedam curationum et medicamentorum species, non est certe quod quis eorum, qui citra medici operam curati sunt, ad id quod temere fit huius causam re vera referre debeat. Quod enim temere fit, nihil prorsus esse constat. Quidquid enim fit, propter aliquid fieri reperietur. Et in iis, quae propter causam aliquam fiunt, id quod temere fit nullo modo subsistere videtur, sed nomen tantum inane esse. Ars autem medica ex his esse cernitur, quae ob aliquam causam et providentia quadam sunt instituta, et ex his eam esse semper constabit.

12. Atque ad eos, qui fortunae sanitatem acceptam referunt, arti vero eam denegant, huiusmodi oratione quis uti possit. At vero qui ex morientium calamitatibus artem funditus delere conantur, miror quanam satis iusta oratione elati in morientium animi infirmitatem causam non reiiciant, sed eorum, qui medicinam exercent, prudentiam accusent, quasi medicorum sit quae non conveniant praescribere, in aegrorum autem facultate non sit, aliquid contra imperata admittere. Atqui longe magis est rationi consentaneum, aegros non posse im-

1 δή abest. — 2 τε. — 3 τὸ δὲ αὐτ. — 4 καὶ ἐν τοῖσι h. l. abest. — 5 ἔτι ut vulg. — 6 ἀκρισίην. — 7 καθιστᾶσι. — 8 τήν h. l. abest. — 9 ἔστι. — 10 ξυλώτερον, sed in m. εὐλ.

Marcianus; unus cod. νῦν μὲν φ., alter quidam νῦν δὲ δὴ φ. μέν.

ἄλλοισί γε εἴδεσι.] Libri τε, — emendavit Littréus.

ὅκου.] Sic Zuing. in m.; non video cur Ionismum non recipiam cum Lind. Mack.; ὅπου cett. Pro ἀχρεῖόν ἐστι, quod sequitur paulo post, Marc. ἄχροιόν ἐστιν.

τῶν θεραπειῶν καὶ τῶν φ.] τῶν θ. τε καὶ τῶν φ. Lind., non male, sed non constat unde.

εὑρίσκοιτ' ἂν γιγνόμενον.] Hanc codd. lectionem, quam in V. et Marc. etiam reperio, restituit Littréus pro vulg. ἀνευρίσκοιτ' ἂν γ.

τὸ αὐτόματον οὐ φαίνεται.] τὸ δὲ αὐτομ. vulg., perinde ac si novae periodi initium hoc esset. Cod. A. meliorem Littréo lect. praebuit. In ἀλλ' ἢ οὔνομα μοῦνον A. et Marc. μοῦνον omm.

ἐν τοῖσι διά τι καὶ ἐν τοῖσι προνοουμ.] Est lectio codicis A. a Littréo iam recepta pro vulgata, quam e V. enotavi. Ex eodem cod. αἰεί pro ἔτι vulgatae datum est a Littr.

12. τῆς δὲ τέχνης.] τὴν δὲ τέχνην cod. A.

ὅτεῳ.] Sic Littr. e ms. A.; ὅτῳ cett.

ἀκρασίην.] Ita de meo refeci vulgatum ἀκρησίην, quod in codd. aliis ἀκρισίην progenuit. Cod. A. ἀτυχίην et tum ἀναίτιον pro οὐκ αἰτίην.

τὴν ἰητρικὴν μελετησάντων.] τήν vulgo om., additur a Littréo e cod. A.

οὐκ ἔνεστι.] Vulgo οὐκ ἔστι; illud e cod. A. Littréus.

καὶ μὴν πολύ γε εὐλ.] Zuingeri in m. lectio est: καὶ μὴν καὶ πολύ γε εὐλογ. Sed de alia re hic monendum est: omnes legunt καὶ μὴν πολύ γε εὐλογώτερον τοῖσι κάμνουσι ἀδυνατέειν τὰ προστασσόμενα ὑπουργέειν, ἢ τοῖσι ἰητροῖσι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάσσειν. In quibus quidem dativi τοῖσι κάμνουσι et τοῖσι ἰητροῖσι offendunt: Graecum

τασσόμενα ὑπουργέειν, ἢ τοὺς ἰητροὺς τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάσσειν· οἱ μὲν γὰρ ὑγιαινούσῃ τῇ γνώμῃ μεθ' ὑγιαίνοντος σώματος ἐγχειρέουσι λογισάμενοι τά τε παρεόντα τῶν τε παροιχομένων τὰ ὁμοίως διατεθέντα τοῖσι παρεοῦσι, ὥστε ποτὲ θεραπευθέντα εἰπεῖν ὅτι ἀπήλλαξαν· οἱ δὲ οὔτε ἃ κάμνουσι, οὔτε δι' ἃ κάμνουσι, οὐθ' ὅ τι ἐκ τῶν παρεόντων ἔσται, οὐθ' ὅ τι ἐκ τῶν τούτοισι ὁμοίων γίγνεται εἰδότες ἐπιτάσσονται ἀλγέοντες μὲν τῷ παρεόντι, [1] φοβεύμενοι δὲ τὸ μέλλον καὶ πλήρεες μὲν τῆς νούσου, κενεοὶ δὲ [2] σιτίων, ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νοῦσον ἡδέα μᾶλλον, ἢ τὰ πρὸς [3] τὴν ὑγίειαν προσδέχεσθαι, οὐκ ἀποθανεῖν ἐρῶντες, ἀλλὰ καρτερεῖν ἀδυνατέοντες. Οὕτω [4] δὲ διακειμένους πότερον εἰκὸς τούτους τὰ ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ἐπιτασσόμενα [5] μὴ ποιέειν, ἢ ἄλλα ποιέειν, ἃ οὐκ ἐπετάχθησαν, ἢ τοὺς ἰητροὺς [6] τοὺς ἐκείνως διακειμένους, ὡς ὁ πρόσθεν λόγος ἡρμήνευσε, ἐπιτάσσειν τὰ μὴ δέοντα; ἆρ' οὐ πολὺ μᾶλλον τοὺς μὲν δεόντως ἐπιτάσσειν, τοὺς δὲ εἰκότως ἀδυνατέειν πείθεσθαι, μὴ πειθομένους δὲ περιπίπτειν τοῖσι θανάτοισι, ὧν οἱ μὴ ὀρθῶς λογιζόμενοι τὰς αἰτίας τοῖς οὐδὲν αἰτίοις ἀνατιθέασι, τοὺς αἰτίους ἐλευθεροῦντες;

ιγ'. Εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ διὰ τοὺς μὴ ἐθέλοντας ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισι ὑπὸ τῶν νοσημάτων μέμφονται τὴν ἰητρικὴν, λέγοντες ὡς ταῦτα μὲν καὶ αὐτὰ [7] ἐφ' ἑαυτῶν ἂν ἐξυγιάζοιτο, ἃ ἐγχειρέουσι ἰῆσθαι, ἃ δ' ἐπικουρίης δεῖται, οὐχ ἅπτονται, δεῖν δὲ, εἴπερ ἦν ἡ τέχνη, πανθ' ὁμοίως ἰῆσθαι. Οἱ

peratis obsequi quam medicos ea, quae minimum conveniant, imperare, hi enim sana mente et corpore tum praesentia tum ex praeteritis quae cum praesentibus similiter se habent in considerationem adhibentes ad curationem adgrediuntur, adeo ut qui curatus est aliquando fateatur se illorum ope a morbo liberatum. Illi vero neque quo morbo, neque quam ob causam laborent, neque quid ex praesentibus eventurum sit, neque quid ex his, quae sunt eiusmodi, fiat, intelligentes, imperata facere iubentur, praesenti quidem morbo afflicti, eventum vero rerum metuentes et morbis quidem gravati, cibis vero vacui, ea, quae morbo grata sunt, potius eligunt quam quae ad sanitatem conferunt, non quod mori desiderent, sed quod toleranter ferre medici praecepta nequeant. Hos vero sic affectos an est vero similius quae a medicis imperantur non, aut alia quae non imperantur facere? an medicos eiusmodi, quales ante exposuimus, ea quae minime conveniant imperare? Nonne longe aequius est, eos quidem recte imperare, illos vero, ut par est, parere non posse, eamque ob causam mortem incurrere? Quorum quidem causam qui non recta ratione reputant, in eos, qui culpa vacant reiiciunt, illis absolutis, qui maxime culpae sunt obnoxii.

13. Non desunt autem, qui artem medicam reprehendunt quod nullus iis, qui a morbis sunt superati, manus admovere velit, dicentes eos quidem morbos, quos curatione aggrediuntur, posse per sese sanari, eos vero qui auxilio indigent, non attingere, oportere autem, si quidem ars sit, omnibus ex aequo curationem ad-

[1] Φοβεύμενος — πλήρης. — [2] σίτων. — [3] ὑγείην sine τήν. — [4] δέ abest. — [5] μή om. — [6] solum ἐκείνους. — [7] ἀφ' αὐτῶν.

est εὔλογόν ἐστι τοὺς κάμνοντας ἀδυνατέειν ὑπουργέειν; vereor ne scribae dativum perperam intulerint propter verbum ὑπουργέειν, quod cum dativo personae et accusativo rei, ut aiunt, componi solet. Itaque dativos illos in accusativos mutandos esse existimavi.

ὑγιαινούσῃ τῇ γνώμῃ.] Articulus abesse solet; adscripsi e cod. A.

ὅτι ἀπήλλαξαν.] ὡς ἀπηλλ. cod. A.

οὐθ' ὅ τι ἐκ τῶν.] Vulgo in his ὅ τι οὖν ἐκ, sed οὖν om. Littréus cum A., qui liber οὐδ' — οὐδ'.

ἀλγέοντες μὲν τῷ παρεόντι.] In his μὲν ἐν τῷ π. cod. A., quem sequitur Littréus, equidem ἐν recipere nolim.

ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νοῦσον ἡδέα μ.] Cod. A.: ἐθέλοντες δὲ τὰ πρὸς τὴν νοῦσον ἤδη μ.

ἀδυνατέοντες.] ἀδυνατεῦντες A.

μὴ ποιέειν.] Sic Littréus de suo, ceteris μή non legentibus; me iudice ille rem acu tetigit.

ἃ οὐκ ἐπετάχθησαν.] ἢ ἃ ἐπετ. cod. A.

13. αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν ἂν ἐξυγ.] Vulgo ὑφ' ἑαυτῶν, sed ἀφ' plures libri, ἐφ' unus; vulgo αὐτῶν, cod. A. et Littréus ἑαυτῶν. Equidem ἐφ' veram esse puto lect., ceteras inde ortas esse.

ἐπικουρίης.] Cod. A. ἐπικουρίης μεγάλης, in quo adiectivo habemus recens additamentum, idque otiosum me iudice.

μὲν οὖν ταῦτα λέγοντες εἰ ἐμέμφοντο τοῖσι ἰητροῖσι, ὅτι αὐτῶν τοιαῦτα λεγόντων οὐκ ἐπιμελοῦνται ὡς παραφρονεύντων, εἰκότως ἂν [1] ἐμέμφοντο μᾶλλον ἢ ἐκεῖνα μεμφόμενοι· εἰ γάρ τις [2] ἢ τέχνην, ἐς ἃ μὴ τέχνη, ἢ φύσιν, ἐς ἃ μὴ [3] φύσις πέφυκε, ἀξιώσειε δύνασθαι, [4] ἀγνοεῖ ἄγνοιαν ἁρμόζουσαν μανίῃ μᾶλλον ἢ ἀμαθίῃ. Ὧν γάρ ἐστι ἡμῖν τοῖσί τε τῶν φυσίων τοῖσί τε τῶν τεχνέων ὀργάνοισι ἐπικρατέειν, τούτων ἔστι ἡμῖν δημιουργοῖσι εἶναι, ἄλλων δὲ οὐκ ἔστι. Ὅταν οὖν τι πάθῃ ὤνθρωπος κακὸν, ὃ κρέσσον ἐστὶ τῶν ἐν ἰητρικῇ ὀργάνων, οὐδὲ [5] προσδοκᾶσθαι τοῦτό που δεῖ ὑπὸ ἰητρικῆς κρατηθῆναι ἄν· αὐτίκα γὰρ τῶν ἐν ἰητρικῇ καιόντων [6] τὸ πῦρ ἐσχάτως καίει, τούτου δὲ ἧσσον [7] καὶ ἄλλα πολλά· τῶν μὲν οὖν ἡσσόνων τὰ κρέσσω οὔπω δηλονότι [8] ἀνίητα· τῶν δὲ κρατίστων τὰ κρέσσω πῶς οὐ δηλονότι ἀνίητα; ἃ γὰρ πῦρ δημιουργέει, πῶς οὐ τὰ τούτῳ μὴ ἁλισκόμενα [9] δηλονότι ἄλλης δεῖται τέχνης, καὶ οὐ ταύτης, [10] ἐν ᾗ τὸ πῦρ ὄργανον; ωὑτὸς δέ μοι λόγος καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὅσα τῇ ἰητρικῇ ξυνεργέει ὧν ἁπάντων φημὶ δεῖν ἑκάστου [11] μὴ κατατυχόντα τὸν ἰητρὸν τὴν δύναμιν αἰτιᾶσθαι τοῦ πάθεος, μὴ τὴν τέχνην. Οἱ μὲν οὖν μεμφόμενοι τοὺς τοῖσι κεκρατημένοισι μὴ ἐγχειρέοντας

movere. Qui ergo huiusmodi verbis utuntur, si medicos accusant, quod talia dicentium tanquam delirorum curam non suscipiunt, multo certe iustius ob ea, quam ob illa incusant. Si quis enim artis facultatem ad ea, quae artis non sunt, aut naturae ad ea, ad quae minime apta est, requirat, is illud non intelligit magis ad insaniam cum ignorantia coniunctam, quam ad imperitiam accedere. Quorum enim facultatem tum per naturae, tum per artium instrumenta consequimur, eorum nos opifices profiteri possumus, aliorum non item. Si quid igitur homini contigerit, quod medicinae instrumenta superat, id ne sperandum quidem est ab arte medica evinci posse. Atque ut exemplo rem ipsam doceamus, ignis eorum omnium, quae in medicina urendi facultatem habent, summe urit, eo vero minus alia pleraque. Atqui certe de leviora auxilia superantibus nondum certo patet ea sanari non posse. Sed quae fortissimis illis sunt fortiora, quomodo dubitari possit num sint insanabilia? In his enim, quae ignis efficit, an non ea, quae ab ipso superari nequeunt, satis arguunt alia opus esse arte quam ea, quae igne utitur instrumento? Eadem vero mihi dicenda sunt de his, quae medicinae subserviunt, in quibus singulis si res medico non succedit pro

[1] ἐμέμφοντο. — [2] ἤ om. — [3] φύσις om. — [4] ἀγνοεῖ μανίην ἁρμόζουσαν ἀγνοίῃ μᾶλλον. — [5] προσδοκᾶσθαι δεῖ ὑπὸ ἰητρ. — [6] τό om. — [7] καί om. — [8] κἀνίητα. — [9] δηλοῖ ὅτι. — [10] ἧς ἔνι τὸ π. — [11] μή om.

ἢ ἐκεῖνα.] ἢ κεῖνα A.; eundem Ionismum saepius in hoc libro observavi.

εἰ γάρ τις ἢ τέχνην.] ἤ Littréo praebuit cod. A.; in vulg. deest.

ἐς ἃ μὴ φύσις.] h. l. φύσις ex eodem fonte hausit Littréus.

ἀγνοεῖ ἄγνοιαν ἁρμόζουσαν μανίῃ μᾶλλον ἢ ἀμαθίῃ.] Vulgo: ἀγνοεῖ μανίην ἁρμόζουσαν ἀγνοίῃ (ἀγνοίᾳ cod. A.; „ἀνοίῃ quaedam exemplaria, inquit Foës., quae secutus est Corn.") μᾶλλον ἢ ἀμαθίῃ (ἀμαθίην unus liber). — Zuing. in marg. lectionem habet, quam cum Lind. et Littréo sequendum sum arbitratus.

ὤνθρωπος.] Recepi e cod. A.; ἄνθρ. vulgo.

ἐν ἰητρικῇ.] Vulgo ἐν τῇ ἰητρ. Littréus articulum omisit, quia codd. non ferebant; neque ego in V. reperio.

τοῦτό που.] Adscriptum est a Littréo e cod. A., ceteris non habentibus.

τὸ πῦρ.] Sic Littr. ex A.; cett. τό omm.

ἃ γὰρ πῦρ δημιουργέει, πῶς οὐ κτλ.] Admisi lectionem codicis A., in qua οὐ, quod vulgo ante δημ. infertur, omissum est. Forma negationis suspicionem movet, nam si requiratur negatio, potius μή exspectaveris. Sed illud οὐ emblema est aliorum: sermo est de iis, quae igne tractari solent in artibus, inter quae si sint, quae eo non tangantur, indicio sunt alia arte in ipsorum tractatione opus esse. Vulgo δημιουργέῃ, sed mss. pleraque, Lind., Littr.: δημιουργέει.

πῶς οὐ τὰ τούτῳ μὴ ἁλισκόμενα.] Littréus h. l. ἁλισκόμενα idem significare monens, quod ἀναλισκόμενα et reddens „ce qu'il consume" in errore est. Non sermo est de rebus, quas consumat ignis, quae comburantur, sed de rebus, quae ignis vi ita tanguntur ut in usum aliquem transformari possint. Rerum nexus id ultro docet; iam supra de ea re monui.

ἐν ᾗ τὸ πῦρ ὄργ.] Sic lego cum cod. A.; vulgatum ἧς ἔνι (ἐν ᾗ) ortum suum debuit, me iudice, dittographiae ἧς; — testatur lectio codicis J. ἧς ἐν ᾗ. Et vero fere perinde est utrum ἧς an ἐν ᾗ scribas.

καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων.] καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων plures codd.; falso tamen.

μὴ κατατυχ.] Mirum est μή h. l. in multis codd. non legi, quum tamen salvo sensu abesse non possit.

μὴ τὴν τέχνην.] ἀλλὰ μὴ τ. τ. ex uno libro in varr. lectt. adnotat Littr.

Οἱ μὲν οὖν μεμφόμενοι τοὺς τοῖσι κεκρ. μὴ ἐγχειρέον-

παρακελεύονται καὶ ὧν μὴ προσήκει ἅπτεσθαι οὐδὲν ἧσσον ἢ ὧν προσήκει· παρακελευόμενοι δὲ ταῦτα, ὑπὸ μὲν τῶν οὐνόματι ἰητρῶν θαυμάζονται, ὑπὸ δὲ τῶν καὶ τέχνῃ καταγελῶνται. Οὐ μὴν οὕτως ἀφρόνων οἱ ταύτης τῆς δημιουργίης ἔμπειροι οὔτε μωμητῶν, [1] οὔτ' ἐπαινετῶν δέονται· ἀλλὰ λελογισμένων πρὸς ὅ τι αἱ ἐργασίαι τῶν δημιουργῶν τελευτώμεναι [2] πλήρεις εἰσὶ καὶ ὅτευ ὑπολειπόμεναι ἐνδεεῖς, ἔτι τε τῶν ἐνδειῶν, ἅς τε τοῖσι δημιουργοῦσι ἀναθετέον, ἅς τε τοῖσι δημιουργεομένοισι.

animi sententia, meo quidem iudicio in morbi vehementiam, non in artem culpa reiicienda est. Qui igitur eos reprehendunt, qui victis a morbis manus non admovent, non minus adhortantur ad ea suscipienda, quae attingere fas non est, quam quae fas est. In eoque apud eos, qui nomine tenus medici sunt, admirationem sibi conciliant, ab artis vero peritis ridentur. Neque vero huius artificii periti tam imprudentes aut reprehensores, aut laudatores morantur, sed eos, qui recta ratione iudicant, quemnam ad finem deductae artificum rationes perfectae sint et qua in re deficientes imperfectae, ac praeterea earum imperfectarum actionum quaenam ad artifices, quaenam etiam ad ipsa effecta sint referendae.

ιδ'. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας ἄλλος χρόνος μετ' ἄλλου λόγου δείξει· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἰητρικὴν, οἷά τέ ἐστι, ὥς τε κριτέα, τὰ μὲν ὁ παρῳχημένος, τὰ δὲ ὁ παρεὼν διδάξει λόγος. Ἔστι γὰρ τοῖσι ταύτην τὴν τέχνην ἱκανῶς εἰδόσι τὰ μὲν τῶν νοσημάτων οὐκ ἐν δυσόπτῳ κείμενα καὶ οὐ πολλὰ, τὰ δὲ οὐκ ἐν εὐδήλῳ καὶ πολλά ἐστι· τὰ μὲν γὰρ πρὸς τὰ ἐντὸς τετραμμένα ἐν δυσόπτῳ, [3] τὰ δ' ἐξανθεῦντα ἐς τὴν χροιὴν, ἢ χροιῇ, ἢ οἰδήμασι ἐν εὐδήλῳ· παρέχει γὰρ ἑωυτῶν τῇ τε ὄψι τῷ τε ψαῦσαι τῆς στερεότητος καὶ τῆς ὑγρότητος αἰσθάνεσθαι, καὶ ἅ τε αὐτῶν θερμὰ, ἅ τε ψυχρὰ, ὧν τε ἑκάστου [4] ἢ παρουσίῃ, ἢ ἀπουσίῃ [5] τοιαῦτά ἐστι. Τῶν μὲν δὴ τοιούτων πάντων ἐν ἅπασι τὰς

14. Quae igitur alias artes spectant, aliud tempus aliamque orationem postulant; quae vero ad medicinam pertinent, quaenam sint et quomodo diiudicanda partim quidem superiore, partim vero praesenti oratione dicentur. Sunt enim apud eos, qui artem illam probe callent, morbi partim quidem non obscuri iique pauci, partim vero non manifesti iique multi. Qui enim ad internas corporis partes vertunt, obscuri, qui vero ad corporis superficiem erumpunt, aut tumorem faciunt, manifesti. Sui enim copiam faciunt tum visu, tum tactu, ut eorum durities et mollitudo sentiatur, et quinam calidi, quinam frigidi et quorum in singulis praesentia aut absentia tales exsistunt. Atque in eorum quidem omnium remediis non peccatur, non

[1] οὔτ' αἰνετῶν. — [2] πλήρης. — [3] τὰ δ' ἐξανευθέντα omissis superioribus a τὰ μὲν γὰρ πρὸς τὸ ἐντός inde. — [4] ἤ. — [5] τοιαύτη.

τας.] Vulgo οἱ μὲν οὖν μεμφόμενοι τοῖσι τοῖς κεκρατημένοισι μὴ ἐγχειρέουσι, sed A. οἱ μ. δ. μ. τοὺς τοῖς κεκρ. μὴ ἐγχειρέοντας. Malui hoc recipere. — Littréus item recepit, sed τούς omisit, minus recte, ut mihi videtur.

ὑπὸ τῶν οὐνόματι.] τῶν τῷ ὀνομ. vulgo; sed τῷ cum A. om. Littr. et ex Aldo οὐνόματι duxit.

οὐ μὴν οὕτως ἀφρόνων.] Lectionem ἄφρονες iam Foës. e mss. duxit in adn. et ex A. adnotat Littr.

ἐπαινετῶν.] Sic Littr. e cod. A. pro vulgato αἰνετῶν.

πρὸς ὅ τι αἱ ἐνεργ.] πρὸς ὅ τι ἂν αἱ ἐν. vulgo, sed libri scripti ἄν omm., in V. etiam abest.

καὶ ὅτεο ὑπολ.] ὅ τι e cod. J. et Zuing. in m. adnotat Littr.; iam Foës. e mss. regiis eandem lect. memorat.

ἔτι τε.] τε om. A.; in Kühniana in δέ est mutatum.

14. παρῳχημένος.] Littr. e cod. A.: dedit παροιχόμενος.

τὰ — ἐν δυσόπτῳ.] Quemadmodum haec e V. abesse annotavi, ita Foës. in mss. duobus, Littr. in omnibus suis abesse viderunt.

τὰ δὲ οὐκ ἐν εὐδ.] Sic A., vulgo τὰ δ' οὐκ; praetuli illud in partitione.

τὰ δ' ἐξανθ.] Cod. A. ἔστιν δὲ τὰ μὲν ἐξανθ. ἐς τὴν χροιὴν, ἢ χροιῇ, ἢ οἰδήμασι ἐν εὐδ. — Vulgo: τὰ δ' ἐξανθεῦντα εἰς τὴν χροιὴν ἢ οἰδαίνοντα ἐν εὐδ. — Dedi textum, qualem ex utraque lectione Littr. composuit.

ἅ τε ψυχρά.] καὶ ἃ ψ. unus cod. Par.

ἢ παρουσίῃ ἢ ἀπουσίῃ τοιαῦτά ἐστι.] In his ἡ παρουσίη A., unde intelligitur, quo modo ortum sit vulgatum τοιαύτη.

τῶν μὲν δή.] δή h. l. in multis libris abest.

ἀκέσιας ἀναμαρτήτους δεῖ εἶναι, οὐχ ὡς ῥηϊδίας, ἀλλ' ὅτι ἐξεύρηνται· ἐξεύρηνταί γε μὴν οὐ τοῖσι βουληθεῖσι, ἀλλὰ τούτων τοῖσι δυνηθεῖσι· δύνανται δὲ, οἷσι τά τε τῆς παιδείης μὴ ἐκποδὼν, τά τε τῆς φύσιος μὴ ταλαίπωρα.

ιε'. Πρὸς μὲν οὖν τὰ φανερὰ τῶν νοσημάτων οὕτω δεῖ εὐπορέειν τὴν τέχνην· δεῖ γε μὴν αὐτὴν μηδὲ πρὸς τὰ [1] ἧσσον φανερὰ ἀπορέειν· ἔστι δὲ ταῦτα, ἃ πρός τε τὰ [2] ὀστέα τέτραπται καὶ τὴν νηδύν· ἔχει δὲ τὸ σῶμα οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους· δύο μὲν γὰρ αἱ [3] τὸν σῖτον δεχόμεναί τε καὶ ἀφιεῖσαι, ἄλλαι δὲ τούτων πλείους, ἃς ἴσασι οἷσι τούτων ἐμέλησε· ὁκόσα γὰρ τῶν μελέων ἔχει σάρκα περιφερέα, ἣν μῦν καλέουσι, πάντα νηδὺν ἔχει. Πᾶν γὰρ τὸ [4] ξύμφυτον, ἤν τε δέρματι, ἤν τε σαρκὶ καλύπτηται, κοῖλόν ἐστι, πληροῦταί τε ὑγιαῖνον μὲν πνεύματος, ἀσθενῆσαν δὲ ἰχῶρος· ἔχουσι μὲν τοίνυν οἱ βραχίονες σάρκα τοιαύτην· ἔχουσι δ' οἱ μηροὶ, ἔχουσι δ' αἱ κνῆμαι. Ἔτι δὲ καὶ ἐν [5] τοῖσι ἀσάρκοισι τοιαύτη ἔνεστι, οἵη καὶ ἐν τοῖσι εὐσάρκοισι εἶναι δέδεικται· ὅ τε γὰρ θώρηξ καλεόμενος, ἐν ᾧ τὸ ἧπαρ στεγάζεται, ὅ τε τῆς κεφαλῆς κύκλος, ἐν ᾧ ὁ ἐγκέφαλος, τό τε νῶτον πρὸς [6] ὃ ὁ πνεύμων, τούτων οὐδὲν ὅ τι οὐ καὶ αὐτὸ κενόν ἐστι, πολλῶν διαφυσίων μεστὸν, [7] ᾗσι οὐδὲν ἀπέχει πολλῶν ἀγγεῖα εἶναι τῶν μέν τι βλαπτόντων τὸν κεκτημένον, τῶν δὲ καὶ ὠφελεύντων. Ἔτι δὲ [8] καὶ πρὸς τούτοισι φλέβες πολλαὶ καὶ νεῦρα οὐκ

quod sint facilia, sed quod inventione constent. Et sane non sunt a quibusvis inventa, sed ab his, qui recta inveniendi facultate valent. Valent autem tum qui in bonis disciplinis liberaliter sunt educati, tum qui a natura non infeliciter sunt comparati.

15. Hoc igitur modo ad manifestos morbos curandos artem facultate abundare oportet; neque sane eam in minus manifestis deficere convenit. Sunt autem hi, qui ad ossa et cavitatem internam vergunt. Neque vero unam corpus habet, sed plures: duae namque sunt, quae cibum recipiunt et demittunt, aliaeque praeter has plures, quas ii norunt, quibus illa curae sunt. Quaecumque enim membra carnem in orbem circumdatam habent, quam musculum nominant, ea omnia cavitatem habent. Quicquid enim coaluit, sive pellicula, sive carne tegatur, cavum est, quod dum homo valet, spiritu quidem, dum vero aegrotat, sanie plenum est. Habent itaque brachia huiusmodi carnem, habent et femora, habent et tibiae. Quin et in partibus carnis expertibus huiusmodi caro inest, qualem in carnosis inesse diximus. Nam et thorax dictus, quo iecur concluditur, et capitis orbis, in quo cerebrum comprehenditur, ipsumque dorsum, cui annexi sunt pulmones, haec omnia prorsus sunt vacua, multis intervallis referta, quae fere vasorum naturam obtinent, cum res eas continent, quae partim quidem eum, qui eas possidet, iuvant, partim etiam laedunt. Ad haec etiam venae sunt mul-

[1] ἥσσονα. — [2] ὅσα. — [3] τὸ σ. — [4] ἀσύμφυτον. — [5] τοῖς σάρκοισι. — [6] ᾧ. — [7] οἷσι. — [8] καί om. h. l., sed infertur ante φλέβες.

μὴ ταλαίπωρα.] Littr. ex A. adnotat μὴ ἀταλ.; fuerit forte lectio ἀταλαίπωρα pro μὴ ταλαίπωρα.

15. μηδὲ πρὸς τὰ ἧσσον φανερά.] οὐδέ cod. A., qui paulo post πρὸς τὰ ὀστέα sine τε.

τὸν σῖτον.] τὸ σιτίον A. et tum δεχόμεναι αἵ τε καὶ κ.τ.λ.

ὁκόσα.] Sic scripsi ex Erot. gl. voce νηδύν. cett. ὅσα.

πᾶν γὰρ τὸ ξύμφυτον.] Rursus sequor Erot. l. l.; vulgo ἀσύμφυτον. Foës. Erotiani lectionem vitiosam esse dicit in adn., neque quisquam interpretum eam recepit; sed primum quod dein sequitur ἤν τε δέρματι, ἤν τε σαρκὶ καλύπτηται me docet πᾶν γὰρ τὸ ξύμφυτον voluisse scriptorem; tum etiam patet eum aliquid docere velle, quod non statim exspectaveris, quapropter supra iam dixit ὁκόσα τῶν μελέων ἔχει σάρκα περιφερέα, ἣν μῦν καλέουσι, πάντα νηδὺν ἔχει, et hic docere pergit πᾶν τὸ ξύμφυτον κοῖλόν ἐστι, non πᾶν τὸ ἀξύμφυτον. Quid quod τὸ ἀξύμφυτον neque πνεῦμα, neque ἰχῶρας continebit? Totus igitur ratiocinationis cursus me impellit, ut solam Erotiani lectionem admittam.

εἶναι δέδεικται.] Quod A. ante εἶναι habere ἐν scribit Littréus, eo spectare videtur, ut ἐνεῖναι altera fuerit lectio, non sane prorsus contemnenda.

ὅ τε τῆς κεφαλῆς κύκλος.] Nihil sane muto, quum nostri anatomica scientia alia esse videatur quam aliorum; sed non reticeo suspicionem mihi esse obortam fortasse τό τε τῆς κεφαλῆς κύτος auctorem nostrum voluisse, uti legitur apud Platonem in Tim. p. 45. A.

μεστόν.] μεστόν ἐστι codd. Littréi, Aldus, non cod. Voss. — Parisiensium unus καὶ πολλῶν διαφ. μεστόν.

πολλῶν ἀγγεῖα εἶναι.] Voss., libri Parr. nonnulli, Lind. Littréus sic legunt; vulgo πολλὸν ἀ. ἐ.

ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ πρὸς τοῖσι ὀστέοισι προστεταμένα ξύνδεσμος ἔς τι τῶν ἄρθρων καὶ αὐτὰ τὰ ἄρθρα, ἐν οἷσι αἱ ξυμβολαὶ τῶν κινεομένων ὀστέων ἐγκυκλέονται, καὶ τούτων οὐδὲν, ὅ τι οὐχ ὕπαφρόν ἐστι καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας, ἃς καταγγέλλει ἰχὼρ, ὃς ἐκ [1] διοιγομένων αὐτέων πολύς τε καὶ [2] πολλὰ λυπήσας ἐξέρχεται.

ιϛ'. Οὐ γὰρ δὴ ὀφθαλμοῖσί γε ἰδόντι τούτων τῶν εἰρημένων οὐδενὶ οὐδέν ἐστι εἰδέναι· διὸ δὴ καὶ ἄδηλα ἐμοί τε ὠνόμασται καὶ τῇ τέχνῃ κέκριται εἶναι, οὐ μὴν ὅτι ἄδηλα κεκράτηκε, ἀλλ' ᾗ δυνατὸν κεκράτηται· δυνατὸν δὲ, [3] ὅσον αἵ τε τῶν νοσεόντων φύσιες ἐς τὸ σκεφθῆναι παρέχουσι, αἵ τε τῶν ἐρευνησόντων ἐς τὴν ἔρευναν πεφύκασι. Μετὰ πλείονος μὲν γὰρ πόνου καὶ οὐ μετ' ἐλάσσονος χρόνου [4] ἢ εἰ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι ἑωρᾶτο, γιγνώσκεται· ὅσα γὰρ τὴν τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει, ταῦτα τῇ τῆς γνώμης ὄψι κεκράτηται καὶ ὅσα [5] δ' ἐν τῷ μὴ ταχὺ ὀφθῆναι οἱ νοσέοντες πάσχουσι, οὐχ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὺς αἴτιοι, ἀλλ' ἡ φύσις, ἥ τε τοῦ νοσέοντος, ἥ τε τοῦ νοσήματος· ὁ μὲν γὰρ, ἐπεὶ οὐκ ἦν αὐτῷ ὄψι ἰδεῖν τὸ μοχθέον, οὐδ' ἀκοῇ πυθέσθαι, λογισμῷ μετῄει. Καὶ γὰρ δὴ καὶ [6] ἃ πειρῶνται οἱ τὰ ἀφανέα νοσέοντες ἀπαγγέλλειν περὶ τῶν νοσημάτων τοῖσι θεραπεύουσι, δοξάζοντες μᾶλλον ἢ εἰδότες [7] ἀπαγγέλλουσι· εἰ γὰρ ἠπίσταντο, οὐκ ἂν περιέπιπτον αὐτοῖσι· τῆς γὰρ αὐτῆς

tae et nervi, non ii quidem in carne exstantes, sed ad ossa protensi articulos colligant. Quinetiam ipsi articuli, in quibus ossium, quae moventur, connexiones volvuntur. Quorum nihil est, quod non aliquantulum spumosum sit, et circa se latibula habeat, quae sanies ipsa arguit, quae iis apertis copiosa et multis molesta effluit.

16. Neque enim sane eorum quae dicta sunt quicquam oculis intuenti conspicere licet, ideoque non manifesti morbi a me appellati sunt et ab arte esse censentur; non tamen quia non manifesta naturam nostram evincunt, sed quoad eius fieri potest, ab ea superantur. Potest autem fieri, cum et aegrorum naturae se ad investigationem exhibent et qui pervestigaturi sunt ad indagationem recte snnt a natura comparati. Neque enim sine maiore labore et longiore tempore, quam si oculis cernerentur, cognoscuntur. Quae namque oculorum aspectum effugiunt, ea mentis acie comprehenduntur. Quae vero ex eo aegris accidunt, quod non protinus statim effectus cernatur, eorum culpa non in medicos, sed tum in aegrotantis, tum in morbi naturam reiicienda est. Ille enim cum neque doloris causam oculis cernere, neque auditione cognoscere queat, ratiocinatione consequitur. Qui enim obscuro morbo laborant, quod de morbo medicis indicare conantur, id ex opinione potius quam ex certa cognitione denunciant. Neque enim si certo scirent, in ipsos inciderent, cum eius-

[1] διοιγομένων. — [2] πολλούς. — [3] ὅσαι τε. — [4] ἢ om. — [5] δέ. — [6] ἃ om. — [7] ἃ ἀπαγγ.

προστεταμένα.] προστεταγμένα alii libri.
ξύνδεσμος ἔς τι τῶν ἄρθρων.] Littréum recte h. l. ἐστι in ἔς τι mutavisse credo.
οὐδὲν ὅ τι οὐχ ὕπαφρόν ἐστι.] Haec codd. lectio est; apud Erot. ὕποφρον non nisi corruptum ὕπαφρον est, non ὑπόφορον, quod Foës. in mss. se vidisse testatur et quod Schneiderus in Lex. tueri velle videtur; ὕπαφρον in ὕποφρον abiit, fere simili modo, quo ἀκρατής in Ep. VII. in ἄκροπις. Hesychius etiam ὕπαφρον habet, neque alia hic est notio quam qua veteres pulmonis structuram v. c. cum spuma comparare solebant. Licet autem ὑποφοραί substantivum notum sit, vellem exemplis doceri ὑπόφορος eo sensu, quo Foës. et post illum Schneiderus voluerunt, esse sumendum, aut saltem sumi posse.
περὶ αὐτό.] Sic lego cum Lind.; vulgo αὐτό, cod. A. αὐτῷ.
16. γε ἰδόντι.] γ' ἰδόντι A.
διὸ δὴ καὶ ἄδηλα.] Sic mss. reg. apud Foës. et plures codd. Parr. et Lind.; vulgo δή abest.
ἀλλ' ᾗ δυνατὸν κεκρ.] Sic Littréus e cod. A. alteroque; vulgo εἰ δ.
ὅσον αἵ τε.] Lectio, quam e V. excerpsi, in adnn. iam Foës. memoravit et in multis mss. vidit Littréus.
ἢ εἰ τοῖσι.] Vulg.: μετὰ πλείονος μὲν γὰρ πόνου καὶ οὐ μετ' ἐλάσσονος χρόνου τοῖσι ὀφθαλμοῖσι ὁρᾶταί τε καὶ γινώσκεται. — In hisce χρόνου ἢ εἰ τοῖς ὀφθαλμοῖς συνεωρᾶτο, γινώσκεται legit cod. A. Lectionem, quam e V. enotavi, permulti codd. Parr. habent. Littréus codicem A. secutus est partim; cum eo consentio, ita tamen ut ἑώρατο, quod de suo dedit, non requiri putem.
καὶ ὅσα δ' ἐν κ. τ. λ.] Vulgo ὅσα δέ, sed Littr. in codd. καί ante ὅσα vidit et ipse vidi in V.; inde καὶ ὅσα δέ Littr., sed cod. A. καὶ ὅσα δ' ἐν.
ἃ πειρῶνται.] εἰ π. Aldus; quae lect. non prorsus contemnenda; eam adeo Latine expressit Foës.

ξυνέσιός ἐστι, ἥσπερ τὸ εἰδέναι τῶν νούσων τὰ αἴτια καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς ἐπίστασθαι πάσῃσι τῇσι θεραπείῃσι, αἳ κωλύουσι τὰ νοσήματα μεγαλύνεσθαι. Ὅτε οὖν οὐδὲ ἐκ τῶν ἀπαγγελλομένων ἔστι τὴν ἀναμάρτητον σαφήνειαν ἀκοῦσαι, [1] προσοπτέον τι καὶ [2] ἄλλο τῷ θεραπεύοντι· ταύτης οὖν τῆς βραδυτῆτος οὐχ ἡ τέχνη, ἀλλ' ἡ φύσις αἰτίη ἡ τῶν σωμάτων· ἡ μὲν γὰρ αἰσθανομένη ἀξιοῖ θεραπεύειν σκοποῦσα ὅπως μὴ τόλμῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ καὶ ῥαστώνῃ μᾶλλον ἢ βίῃ [3] θεραπεύῃ· ἡ δ' ἢν μὲν ἀρκέσῃ πρὸς τὸ ὀφθῆναι, ἐξαρκέσει καὶ πρὸς τὸ [4] ἰαθῆναι· ἢν δ' ἐν ᾧ τοῦτο ὁρᾶται κρατηθῇ διὰ τὸ βραδέως αὐτὸν ἐπὶ τὸν θεραπεύσοντα ἐλθεῖν, ἢ διὰ τὸ τοῦ νοσήματος τάχος, οἰχήσεται. Ἐξ ἴσου μὲν γὰρ ὁρμώμενον τῇ θεραπείῃ οὐκ ἔστι θᾶσσον, προλαβὸν δὲ θᾶσσον, προλαμβάνει δὲ διά τε τὴν τῶν σωμάτων [5] στεγνότητα, ἐν ᾗ οὐκ ἐν εὐόπτῳ οἰκέουσι αἱ νοῦσοι διά τε τὴν τῶν καμνόντων ὀλιγωρίην· [6] ὑπερτίθενται γάρ, [7] οὐ λαμβανόμενοι δὲ ἀλλ' εἰλημμένοι ὑπὸ τῶν νοσημάτων ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι. Ἐπεὶ τῆς γε τέχνης τὴν δύναμιν, ὁκόταν τινὰ τῶν τὰ ἄδηλα νοσεύντων ἀναστήσῃ, θαυμάζειν ἀξιώτερον, ἢ ὁκόταν ἐγχειρήσῃ [8] τοῖς ἀδυνάτοις. Οὔκουν ἐν ἄλλῃ [9] γε δημιουργίῃ τῶν ἤδη εὑρημένων οὐδεμιῇ ἔνεστι οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλ' αὐτέων ὅσαι πυρὶ δημιουργεῦνται, τούτου μὴ

dem sit prudentiae tum morborum causas cognoscere, tum omnibus praesidiis, quae morbos augeri prohibent, eos curare nosse. Cum igitur ex his, quae denunciata sunt, non liceat ad aliquam certam cognitionem pervenire, alia sane qui curationem instituit inspicere debet. Huius igitur morae causa ad corporum naturam, non ad artem ipsam referenda est. Haec enim ubi morbum percepit, curationem instituendam censet, id unum spectans, ne temeritate magis quam consilio et ut facilitate potius quam vi curationem adhibere videatur. Illa vero si tamdiu morbum ferre possit, ut a medico recte perspici possit, curationem etiam admittet. Sin vero interim dum morbus cognoscitur, a morbo evicta fuerit, vel quod serius ad medicum accesserit, vel ob morbi celeritatem aeger peribit. Neque enim qui ex aequo ad curationem procedit morbus celer existimandus est, sed qui praevertit. Praevertit autem tum ob corporum densitatem, in qua non conspicui morbi delitescunt, tum etiam propter aegrotantium negligentiam, nam curationem differunt, nec dum prehenduntur, sed morbis correpti demum curationem expetunt. Quare artis facultatem admirari longe certe aequius est, si quem ex obscuro morbo laborantem restituerit quam si, quae fieri non possunt, aggressa fuerit. Neque vero in ulla quapiam arte iam inventa tale quippiam

[1] προσπταίοντι. — [2] ἄλλῳ. — [3] θεραπεύοι. — [4] ἰασθῆναι. — [5] στενότητα. — [6] ἐπιτίθενται. — [7] συλλαμβανόμενοι δὲ ὑπό. — [8] τοῖς om. — [9] γε om.

οὐδὲ ἐκ.] οὐδ' ἐκ A.

σκοποῦσα.] καὶ σκ. cod. A.

ἢ βίῃ θεραπεύῃ.] h. l. θεραπεύει prima manus in A., θεραπεύειν alii libri multi.

ἡ δ' ἤν.] ὁ δ' ἢν vulgo, sed ἡ δ' ἢν correctio est in A., a Littréo recepta. In V. litera obscurior est, sed ὁ δ' ἢν agnosco. Sequitur in A. διαρκέσει ἐς τὸ ὀ., ἐξαρκέσει καὶ ἐς τὸ ὑγιανθῆναι.

στεγνότητα.] Hanc lect. plures libri Littréo praebuerunt pro vulgato στενότητα; iam Foës. meliorem lect. in notulis adfert.

ὑπερτίθενται γάρ· οὐ λαμβανόμενοι δὲ, ἀλλ' εἰλημμένοι ὑπὸ τῶν νοσημάτων ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι.] Locum corruptum de coniectura ita constitui. Vulgo: ἐπιτίθενται γὰρ λαμβανόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν ν. ἐθελ. θερ.; multi libri: ἐπιτίθενται, οὐ λαμβανόμενοι (συλλαμβαν. L. et cod. Voss. sine οὐ) δὲ ὑπὸ τῶν V. κ. τ. λ. Cod. autem A.: ἐπιτίθεται (alia manu ἐπιτίθενται) οὐ λαμβανόμενοι γὰρ, ἀλλ' εἰλημμένοι ὑπὸ τῶν νοσ. κ. τ. λ. — Littréus ex ἐπιτίθενται effecit ἐπεὶ ἔοικε, dein cod. A., est secutus. Iam vero recte sane monet ἐπιτίθεσθαι h. l. parum recte primum Foësium, dein alios hunc secutos, interpretatos esse *cunctari*, at miro modo in eo ἐπεὶ ἔοικε latere putans hoc substituit, quum tamen sensum aptum non praebeat. — Foës. in notula de his monet et adfert lectionem apud Zuing. in margine obviam ὑπερτίθενται, quae utrum viri coniectura sit, an cod. alicuius lectio, mihi non constat; sed quae sola admittenda est, ita ut mirer Littréum eam ne memorantem quidem et Foësium eam in notulis adscribentem, sed non videntem quam bona sit. Eam igitur recepi et lectionem dein e vulgata et codicis A. scriptura composui.

ἐπεὶ τῆς — ἀδυνάτοις.] In his cod. A. ἐπὶ τῆς τέχνης et τῶν τε ἄδηλα, et ὁπότερον μὴ ἐγχ. — Vulgo ἐγχειρίσῃ, alteram vero formam e pluribus mss. dedit Littr.

ἐν ἄλλῃ γε.] γε cod. A. praebuit Littréo; vulgo abest, ut in V.

ἤδη εἰρημένοις.] εἰρημένοις sine ἤδη A.

ὅσαι πυρὶ δ.] ὅσα e mss. adnotat Foës. E Marciano δημιοεργεῦνται excerptum est.

παρεόντος ἄεργοί [1] εἰσι, μετὰ δὲ τοῦ ἀφθῆναι ἔνεργοι. Καίτοι καὶ [2] ὅσαι ἐν τοῖσι εὐεπανορθώτοισι σώμασι [3] δημιουργεῦνται, — αἱ μὲν μετὰ ξύλων, αἱ δὲ μετὰ σκυτέων, αἱ δὲ γραφῇ, χαλκῷ τε καὶ σιδήρῳ καὶ τοῖσι τούτων ὁμοίοισι [4] σχήμασι αἱ πλεῖσται, — [5] ὄντων δὴ τῶν ἐκ τούτων καὶ μετὰ τούτων δημιουργευμένων εὐεπανορθώτων, — ὅμως οὐ τῷ τάχεϊ μᾶλλον, ἢ τῷ ὡς δεῖ δημιουργεῦνται· οὐδ' ὑπερβατῶς, ἀλλ' ἢν ἀπῇ τι τῶν ὀργάνων, [6] ἐλινύουσι, καίτοι κἀκείναις τὸ βραδὺ πρὸς τὸ [7] λυσιτελέστερον ἀξύμφορον, ἀλλ' ὅμως προτιμᾶται.

ιζ'. Ἰητρικὴ δὲ τοῦτο μὲν τῶν ἐμπύων, τοῦτο δὲ τῶν τὸ ἧπαρ, ἢ τοὺς νεφροὺς, τοῦτο δὲ τῶν ξυμπάντων ἐν τῇ νηδύϊ νοσεύντων [8] ἀπεστερημένη [9] τι ἰδεῖν ὄψι, ᾗ τὰ πάντα πάντες ἱκανωτάτως [10] ὁρῶσι, ὅμως [11] ἄλλας εὐπορίας ξυνεργοὺς ἐφεῦρε· Φωνῆς τε γὰρ λαμπρότητι καὶ τρηχύτητι, καὶ πνεύματος ταχυτῆτι καὶ βραδυτῆτι, καὶ ῥευμάτων, —

inesse conspicitur, verum ex his quae igne opus suum perficiunt, si eis desit, ab omni opere feriantur, ubi vero is accensus fuerit, in opere continentur. Quin et quaecumque in facile emendabili materie opus suum exercent, ut in lignis quaedam, aliae in coriis, quaedam etiam stylo, aere, ferro atque id genus aliis quam plurimae, quamquam illa, quae ex his et per has perficiuntur, facile emendari possunt, non tamen celeritatem magis ad opificium requirunt quam ut rite minimeque perfunctorie tractentur; sed si quod instrumentum defuerit, ab opere quiescunt; et quamvis illis mora sit ad emolumentum incommoda, ea tamen pluris aestimatur.

17. At vero medicina his quidem ex pure in thorace collecto, aliis vero ex hepate et renibus, aliis etiam ex omnibus, quae ventre continentur laborantibus, cum ea intensa oculorum acie contueri nequeat, qua certe omnes omnia apertissime vident, aliarum tamen facultatum subsidia adhibuit. Ex vocis namque claritate et aspredine et spiritus celeritate ac tarditate et

[1] ἄνεργοί εἰσιν καὶ ὅσαι μετὰ τοῦ ἀφθ. ἐργοί. — [2] ὅσαι abest. — [3] sic V. — [4] σχήμασι om. — [5] τὰ δ' ἐκ τούτων καὶ μετὰ τ. — [6] ἐλινύει ἢ ἡσυχάζειν. — [7] λυσιτέλεον. — [8] ἀποστερουμένη. — [9] τῇ δεινοψίῃ τὰ π. — [10] ὁρῶσα. — [11] καὶ ἄλλας.

ἄεργοι.] Multi libri Parr. ἄνεργοι; tum multi codd. Littréi eandem lect., quam e V. enotavi, referunt, in cuius fine ἔνεργοι cod. A.

μετὰ δὲ τοῦ ἀφθῆναι.] In his legi solet μετὰ δὲ τοῦ τούτου ἀφθ.; Littréus τούτου in τοῦτο mutavit. Foës. in adn. memorat codicum Reg. et Vatic. lectionem καὶ ὅσαι μετὰ τοῦ ὀφθῆναι ἄεργοι; hinc dedi μετὰ δὲ τοῦ ἀφθῆναι, quum pronomine facile carere mihi viderer.

καίτοι καὶ ὅσαι — προτιμᾶται.] Locum de coniectura constitui; itaque vulgatam describam et quas emendationes Littréus voluerit, significabo, tandem de mea ratione dicam. En vulgatam: καὶ ὅσαι καὶ τοῖσιν εὐεπανορθώτοισι τοῖσι σώμασι δημιουργεῦνται, αἱ μὲν μετὰ ξύλων, αἱ δὲ μετὰ σκυτέων, αἱ δὲ γραφῇ, χαλκῷ τε καὶ σιδήρῳ καὶ τοῖσι τούτων ὁμοίοισι αἱ πλεῖσται. τὰ δ' ἐκ τούτων καὶ μετὰ τούτων δημιουργεύμενα καὶ εὐεπανόρθωτα, ὅμως οὐ τῷ τάχει μᾶλλον, ἢ τῷ (τῷ om. Marc.) ὡς δεῖ δημιουργεῖται, οὐδ' ὑπερβατῶς· ἀλλ' ἢν ἀπῇ τι τῶν ὀργάνων ἐλινύει. καίτοι κ. τ. λ. — Haec vitiosa esse vidit Littréus, itaque principio καί post ὅσαι de suo delevit; item cum cod. A. omisit τοῖσι ante σώμασι; tum pro τὰ δ' ἐκ τούτων in cod. A. reperit ὄντα δὲ ἐκ τουτέων, unde dedit ὄντα δὲ τὰ ἐκ τουτέων. Quodsi iam textum ita decriptum legas, videbis nexum idoneum inter singula membra periodi non esse, totamque orationem esse incongruam, qua de re pluribus dicere supersedeo; sed malo quae ad rem faciant annotare. Advertit lectio codicis A. initio periodi καὶ ὅσαι καίτοι ἐν εὐεπ., — talem enim esse e Littréi adnn. efficio; — unde elicui καίτοι καὶ ὅσαι ἐν τοῖσι εὐεπ. E cod. Marc. mihi adnotatum est: παρεόντος ἄεργοί εἰσι καὶ ὅσαι μετὰ τοῦ ὀφθῆναι ἄεργοι, καὶ τοῖσι εὐεπανορθώτοισι τοῖσι σώμασι δημιουργεῖται. Advertit lectio eiusdem codicis A., τοῖσι τούτων ὁμοίοισι σχήμασι αἱ πλ., in qua σχήμασι non esse videtur glossema, aut interpretatio aliena, sed id potius in reliquis mss. periisse opinor. Iam vero manifesto ὄντα — τὰ — δημιουργεύμενα εὐεπανόρθωτα nata sunt e gignendi casu; est enim hic locus genitivo absoluto, qualem in primo volumine item saepius in codd. in nominativum aut accusativum abiisse vidimus. Hoc autem restituto δέ post ὄντων in δή mutare malui et δημιουργεῖται et ἐλινύει in pluralia erant mutanda, ut ad ὅσαι et αἱ πλεῖσται principio periodi longius ductae, ideoque a librariis turbatae, quum eam non intelligerent, referrentur. Iam demum sensus fit planus et perspicuus.

17. τῶν τὸ ἧπαρ.] τῶν Littr. e codd., reperio etiam in V. et Marc.; vulgo abest.

τι ἰδεῖν ὄψι, ᾗ.] Est lectio codicis A., a Littréo recepta, quae in corrupta vulgata latet, quam e V. adscripsi et quae in Marc. etiam habetur. Quod Buttmannum de superlativo ἱκανωτάτως dubitare adnotat Littréus et ipse video, non multum me movet; ille propter loci corruptelam dubitat, quae iam sublata est, nec video cur auctor noster saltem ita scribere non potuisset.

ξυνεργοὺς ἐφεῦρε.] συνεργοὺς εὗρε Marc.

Φωνῆς τε γὰρ — δυναμένων.] Verba Φωνῆς — ῥευμάτων Littréus e cod. A. demum plene et recte scripta hausit; in ceteris libris, etiam in Marciano, lacunae sunt, de quibus dicere non attinet. Pro δέδονται in uno libro prave δέχονται emendatur; ὀδμῇσι debetur codici A. ὀδμῆς habenti, unde Ionismum restituit Littr.; διασταθμώμενα A. falso.

ἃ διαρρεῖν εἴωθε, ἑκάστοισι δι' ὧν ἔξοδοι δέδονται, — [1]τὰ μὲν ὀδμῇσι, τὰ δὲ χροιῇσι, τὰ δὲ λεπτότητι καὶ παχύτητι διασταθμωμένη τεκμαίρεται, ὧν τε σημεῖα ταῦτα, ἅ τε πεπονθότων, ἅ τε παθεῖν δυναμένων. Ὅταν δὲ ταῦτα μὴ μηνύωνται, μηδ' αὐτὴ ἡ φύσις ἑκοῦσα ἀφίῃ, ἀνάγκας εὕρηκε, ᾗσι ἡ φύσις ἀζημίως βιασθεῖσα μεθίησι· ἀνεθέντα δὲ δηλοῖ τοῖσι τὰ τῆς τέχνης εἰδόσι, ἃ ποιητέα. Βιάζεται δὲ τοῦτο μὲν πῦρ τὸ ξύντροφον φλέγμα διαχέειν σιτίων δριμύτητι καὶ πομάτων, ὅκως τεκμαρεῖταί τι ὀφθὲν περὶ ἐκείνων, ὧν αὐτῇ ἐν ἀμηχάνῳ τὸ ὀφθῆναι [2]ἦν· [3]τοῦτο δ' αὖ πνεῦμα [4]ὧν κατήγορον, ὁδοῖσί τε προσάντεσι καὶ δρόμοισι ἐκβιᾶται κατηγορέειν· ἱδρῶτάς τε τούτοισι τοῖσι προειρημένοισι ἄγουσα ὕδατος θερμοῦ ἀποπνοίῃσι, [5]πυρὶ ὅσα τεκμαίρεται. Ἔστι δὲ ἃ καὶ διὰ τῆς κύστιος διελθόντα ἱκανώτερα δηλῶσαι τὴν νοῦσόν ἐστι, ἢ διὰ τῆς σαρκὸς ἐξιόντα. Ἐξεύρηκε οὖν καὶ τοιαῦτα πόματα καὶ βρώματα, ἃ τῶν θερμαινόντων θερμότερα γιγνόμενα τήκει τε ἐκεῖνα καὶ διαρρεῖν ποιέει, ἃ οὐκ ἂν διερρύη μὴ τοῦτο παθόντα. Ἕτερα μὲν οὖν πρὸς ἑτέρων καὶ ἄλλα δι' ἄλλων ἐστὶ τά τε διϊόντα τά τ' ἐξαγγέλλοντα, ὥστ' οὐ θαυμάσιον αὐτῶν τάς [6]τε

destillationes, quae defluere solent per vias, quibus earum singulis exitus est concessus, partim quidem odoribus, partim coloribus, modo etiam tenuitate et crassitudine diligenti trutina ponderans tum quarum partium tum quomodo iam affectarum, tum vero ad quemnam affectum opportunarum signa sint, colligit. Ubi vero ista de se significationem non praebuerint, neque ea sponte natura dimittit, necessarias vias quasdam invenit, per quas vi impulsa citra noxiam ea emittit, demissa vero artis peritis quae porro facienda sint plane indicant. Ac partim quidem ignem in nobis connatum cibi potusque acrimonia ut pituitam diffundat cogit, ut coniectura colligat quod sibi in his visum fuerit, quae conspici nullo modo potuerunt; partim vero spiritum ipsum, tanquam morbi delatorem, itinere et cursu per acclivia facto ea prodere cogit, quae denotare natus est. Quin etiam sudores prius commemoratis ciens per aquae calidae exhalationes (cogit prodere) ea, quae igne significantur. Quaedam praeterea per vesicam prodeuntia evidentius morbum ostendunt quam quae per carnes exeunt. Huiusmodi igitur cibos et potus adinvenit, qui, cum calidis succis sint calidiores, eos et eliquant et fluxiles reddunt, qui numquam effluerent, nisi hoc illis

[1] ὧν τὰ μέν. — [2] ἦν om. — [3] τό. — [4] ὄν. — [5] πυρὶ ὅσα om., tum τεκμαίρεται. — [6] τε om.

Reliqua varietas lectionis nullius fere momenti est; sed ante τὰ μὲν ὀδμῇσι inseritur ὧν in libris, quod mihi otiose invehi, quin omnem loci membrorum nexum et sensum eius pervertere videtur, ita ut abiecerim. In ῥευμάτων, ἃ διαρρεῖν εἴωθε, ἑκάστοισι δι' ὧν ἔξοδοι δέδονται, τὰ μὲν κ. τ. λ. iungere oportet: ῥευμάτων τὰ μὲν κ. τ. λ., non ῥευμάτων ἑκάστοισι. Nam cohaerent: ἃ εἴωθε διαρρεῖν δι' ὧν ἑκάστοισι ἔξοδοι δέδονται. E male iunctis verbis puto et loci corruptiones et interpretum errores exstitisse.

Ὅταν δὲ ταῦτα μὴ μηνύωνται.] Rectissime mihi visus est Littréus μή h. l. de suo adscribere, quod etiam in Marciano deficit.

ἀζημίως.] ἀζημίως cod. A., ἀζήμιος cett.

ἀνεθέντα.] Ceteri ἀνεθεῖσα, sed passivo hic locus esse nequit, nisi ad ταῦτα participium referatur; sin ad φύσις referre velis, activo opus erit, ita ut aut ἀνεῖσα, aut ἀνεθέντα corrigendum sit, quorum hoc praetuli.

τεκμαρεῖται.] Sic Littr. e cod. uno J. idemque mihi e Marc. excerpsit Cobetus; vulgo τεκμαρῆται, A. τεκμηρεῖται, alia vero manu τεκμηρῆται.

ὧν αὐτῇ ἐν ἀμηχάνῳ τὸ ὀφθῆναι ἦν.] Est codicis A. lectio a Littréo recepta, nisi quod αὔτη in αὐτῇ mutavit. Vulgo: ὧν αὐτὴ (αὐτῇ alii libri) ἐμηχάνωτο ὀφθῆναι; in Marciano ὧν αὐτῆι ἐν μηχάνωιτο ὀφθῆναι, τότ' αὖ πνεῦμα, in qua lectione illud ᾱ superscriptum est a secunda manu.

ὧν κατήγορον.] Est verissima emendatio Littréi pro ὃν κατηγ.

ἐκβιᾶται.] ἐκβιῆται A.

ἱδρῶτας — ἄγουσα ὕδατος θερμοῦ ἀποπνοίῃσι πυρὶ ὅσα τεκμαίρεται.] Subintelligitur in fine ex antecedentibus ἐκβιᾶται κατηγορέειν, quod non perspexisse credo Littréum, quum τεκμαίρονται ante τεκμαίρεται inferret. Nimirum vulgata habet: ἱδρῶτας — ἄγουσα ὑδάτων θερμῶν ἀποπνοίῃσι τεκμαίρεται; verum cod. A. praebet: ἱδρῶτας — ἄγουσα θερμὸν (θερμοῦ?) ὕδατος ἀποπνοίῃσι πυρὶ ὅσα τεκμαίρονται Putavit iam editor Parisiensis alteram lectionem ex altera esse explendam; secus sentio et ellipsin, qualem iudicavi, his inesse puto. Minutum est, quod θερμοῦ ὕδατος prae plurali praetuli.

καὶ διὰ τῆς κύστιος.] καί om. A. Idem liber et Marc. δηλῶσαι τὴν νοῦσόν ἐστι vulgata τ. ν. δ. ἔ. ferente.

τοιαῦτα πόματα.] τὰ τ. π. A.

τάς τε ἀπιστίας.] Sic Littréus e paucioribus codd., vulgo τάς τε πίστιας, de qua lectionis varietate iam Foës. in notulis monuit, qui πιστίας praefert. Equidem cum Lit-

ἀπιστίας χρονιωτέρας γίγνεσθαι τάς τ' ἐγχειρήσιας βραδυτέρας, οὕτω δι' ἀλλοτρίων ἑρμηνειῶν πρὸς τὴν θεραπεύουσαν ξύνεσιν ἑρμηνευομένων.

ιη'. Ὅτι μὲν οὖν καὶ λόγους ἐν ἑωυτῇ εὐπόρους ἐς τὰς ἐπικουρίας ἔχει [1] ἡ ἰητρικὴ καὶ οὐκ εὐδιορθώτοισι δικαίως οὐκ ἂν ἐγχειρέοι τῇσι νούσοισι, ἢ ἐγχειρευμένας ἀναμαρτήτους ἂν παρέχοι, οἵ τε νῦν λεγόμενοι λόγοι δηλοῦσι αἵ τε τῶν εἰδότων τὴν τέχνην [2] ἐπιδείξιες, ἃς ἐκ τῶν ἔργων ἥδιον ἢ ἐκ τῶν λόγων ἐπιδεικνύουσι, οὐ τὸ λέγειν καταμελετήσαντες, ἀλλὰ τὴν πίστιν τῷ πλήθεϊ ἐξ ὧν ἂν ἴδωσι οἰκειοτέρην ἡγεύμενοι, ἢ ἐξ ὧν [3] ἂν ἀκούσωσι.

ιθ'. Ὁκόσοι [4] μὲν ἐπεχείρησαν περὶ ἰητρικῆς λέγειν, ἢ γράφειν, ὑπόθεσίν σφισι αὐτοῖσι ὑποθέμενοι τῷ λόγῳ, θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, [5] ἢ ἄλλο τι ὅ τι ἂν ἐθέλωσι ἐς βραχὺ ἄγοντες τὴν ἀρχὴν τῆς αἰτίης τοῖσι ἀνθρώποισι τῶν νούσων τε καὶ τοῦ θανάτου καὶ πᾶσι τὴν αὐτὴν, ἓν ἢ δύο προθέμενοι, ἐν πολλοῖσι μὲν καὶ οἷσι λέγουσι καταφανέες εἰσὶ ἁμαρτάνοντες· [6] μάλιστα δὲ ἄξιοι μέμψασθαι, [7] ὅτι ἀμφὶ τέχνης ἐούσης, ᾗ [8] χρέονταί τε πάντες ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι καὶ τιμῶσι μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς χειροτέχνας καὶ δημιουργούς. Εἰσὶ δὲ δημιουργοὶ, οἱ μὲν φλαῦροι, οἱ δὲ πολλὸν διαφέροντες· ὅπερ εἰ μὴ ἦν ἰητρικὴ ὅλως, μηδ' ἐν αὐτῇ ἔσκεπτο, μηδ' [9] εὕρητο μηδὲν, οὐκ ἂν ἦν,

accideret. Itaque alia ex aliis et alia per alia tum corpus pervadunt, tum morbum denunciant, ut proinde nemini mirum videri debeat, si ad eorum cognitionem longius tempus requiratur, eosque tardius aggrediantur, cum per aliorum expositionem ad medici curantis cognitionem narratione devenerint.

18. Quod igitur ars medica adhibendi remedii abundantem per se habeat rationum facultatem, quodque merito morbis, qui corrigi nequeunt, manus non admoveat, aut in iis aggrediendis inculpatam se exhibeat, tum praesens oratio manifesto indicat, tum viri huius artis periti ex ipsa lubentius quam verbis demonstrant, qui non tam orationis dictioni student, quam quod vulgi fidem ex his quae viderit firmiorem quam ex his quae audierit sibi comparaturos existimant.

19. Qui quidem de medicina dicere, aut scribere aggressi sunt, supposuerunt suo sermoni calidum quid, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut aliud quodlibet in breve contrahentes principium causae hominibus morborum et mortis, omnibusque idem unum, aut duo etiam proposuerunt et in multis, quae dicunt, manifesto errarunt. Sunt autem maxime culpandi, quod errarunt circa artem, quae re vera exsistit, et qua omnes utuntur in rebus maximis, et in qua artifices et opifices peritos summis honoribus dignos habent. Sunt autem opifices alii quidem mali, alii vero multum praestantes; quod sane minime contingeret, si prorsus non exsisteret ars medica, nihilque in ea vel observatione vel inventione constaret, om-

[1] ἡ om. — [2] sic V. — [3] ἂν om. — [4] μέν om. — [5] ἢ ἀλλ' ὅτι ἄν. — [6] μᾶλλον. — [7] ὅτι om. — [8] χρῶνται. — [9] εὕροιτο.

tréo consentio: ἀπιστίαι hic sunt dubitationes de natura mali, quae longiores esse dicuntur, propter rationem subsidiorum investigationis. Eò tamen etiam redit sensus interpretationis Foësianae.

ἐγχειρήσιας βραδυτέρας.] Ceteri βραχυτέρας, sed quod exhibeo Zuing. in m. habet et Mackius re ipsa dedit. Littréus factum noluit; mihi solum βραδυτέρας cum universi loci sensu congruere videtur.

18. παρέχοι.] Sic cod. A., Littr. et Marcianus liber; vulgo παρέχῃ; — ἢ ἐξ ὧν ἂν iidem, vulgo ἄν absente.

19. Ὁκόσοι μὲν ἐπεχ.] Sic scripsi cum cod. A.; ceteri omnes μέν omm.

ἢ ἄλλο τι ὅ τι ἂν ἐθελ.] Vulgatam e V. enotavi, sed cod. A. ἄλλο τι ὃ ἦν ἐθ.; hinc effeci quod exhibui.

τῶν νούσων τε καὶ τοῦ θανάτου.] τῶν et τοῦ om. A.

προθέμενοι.] ὑποθέμενοι A solus. Ex eodem cod. μάλιστα Littr. dedit pro vulg. μᾶλλον et ὅτι, quod ceteri omm. — Ego de meo ἄξιον, in quo consentiunt mss., in ἄξιοι mutavi, referendum est enim ad eos, qui καταφανέες εἰσὶ ἁμαρτάνοντες.

καὶ δημιουργούς.] Hoc ex A. supplevit Littr.

μηδ' εὕρητο.] Sic legendum; vulg. εὕροιτο, unus cod. εὑρῆτο habet; sed advertit totum hoc μηδ' εὕρητο e cod. A. abesse. Credidi aliquando glossam, certe additamentum alie-

ἀλλὰ πάντες [1] *ἂν ὁμοίως αὐτῆς ἄπειροί τε καὶ ἀνεπιστήμονες ἦσαν καὶ τύχῃ ἂν πάντα τὰ τῶν καμνόντων* [2] *διῳκέετο. Νῦν δ' οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνέων πασέων οἱ δημιουργοὶ πολλὸν ἀλλήλων διαφέρουσι κατὰ χεῖρα καὶ κατὰ γνώμην, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ ἰητρικῆς. Διὸ οὐκ ἠξίουν αὐτὴν ἔγωγε κενῆς ὑποθέσιος δεῖσθαι, ὥσπερ τὰ ἀφανέα τε καὶ ἀπορεόμενα, περὶ ὧν ἀνάγκη, ἤν τις* [3] *ἐπιχειρέῃ λέγειν, ὑποθέσει χρῆσθαι·* [4] *οἷον περὶ τῶν μετεώρων, ἢ τῶν ὑπὸ γῆν,* [5] *ἅ εἴ τις καὶ λέγοι γιγνώσκειν ὡς ἔχει, οὔτ' ἂν αὐτῷ τῷ λέγοντι, οὔτε τοῖσι ἀκούουσι δῆλα ἂν εἴη, εἴ τε ἀληθέα ἐστὶ, εἴτε μή· οὐ γὰρ ἔστι πρὸς ὅ τι χρὴ* [6] *ἐπανενέγκαντα εἰδέναι τὸ σαφές.*

nesque ex aequo inexperti et ignari essent, aegrotantiumque rebus fortuna praeesset. Verum aliter se res habet, nec secus ac in reliquis omnibus artibus opifices longe inter se tum manu tum mente praestant, sic etiam in arte medica. Quamobrem equidem ipsam vana sumptione non indigere putabam, sicuti quae obscura sunt et dubia, de quibus si quis dicere velit aliquid, necesse est eum sumptione uti. Veluti si quis de rebus sublimibus aut sub terra positis disserat, quas si quis diceret quomodo se haberent se scire, tamen neque ipsi dicenti neque audientibus constaret verumne sit, an non; neque enim datur ad quod quis referat, ut num clarum sit sciat.

κ'. *Ἰητρικῇ δὲ πάλαι πάντα ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ' ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλά τε καὶ καλῶς ἔχοντα εὕρηται ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἤν τις ἱκανός τ' ἐὼν καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητέῃ. Ὅστις δὲ ταῦτα ἀποβαλὼν καὶ ἀποδοκιμάσας πάντα, ἑτέρῃ ὁδῷ καὶ ἑτέρῳ σχήματι ἐπιχειρέει ζητέειν καὶ φήσει τι εὑρηκέναι ἐξηπάτηται* [7] *τε καὶ ἐξαπατᾷ· — ἀδύνατον γάρ. Δι' ἃς δὲ ἀνάγκας ἀδύνατον ἐγὼ* [8] *πειρήσομαι ἐπιδεῖξαι λέγων καὶ δεικνὺς τὴν τέχνην* [9] *ὅ τι ἐστί. Ἐκ δὲ τούτου καταφανὲς ἔσται ἀδύνατα ἐόντα ἄλλως πως εὑρίσκεσθαι. Μάλιστα δέ μοι δοκέει περὶ ταύτης δεῖν λέγοντα τῆς*

20. At vero in medicina iam pridem omnia subsistunt, in eaque principium et via inventa est, per quam praeclara multa longo temporis spatio sunt inventa et reliqua deinceps invenientur, si quis probe comparatus fuerit, at ex inventorum cognitione ad ipsorum investigationem feratur. Qui vero his omnibus reiectis ac repudiatis aliam inventionis viam aut modum aggreditur et aliquid se invenisse iactitat, is cum fallitur, tum alios fallit; neque enim illud ullo pacto fieri potest. Quas autem ob causas illud fieri nequeat, postea ostendam, ubi quid ars sit dixero, ac docuero. Ex quo etiam manifestum fiet nihil omnino alia ratione inveniri posse. Ac mihi quidem maxime videtur qui de

[1] *ὁμοίως ἄν.* — [2] *διοικεῖτο.* — [3] *ἐπιχειροίη.* — [4] *ὅ.* — [5] *εἰ λέγοι τις καὶ γινώσκων ὡς ἔχει.* — [6] *ἐπανέγκαντα.* — [7] *καὶ ἐξαπατᾶται.* — [8] *πειράσομαι.* — [9] *ὅτι ἐστίν.*

num esse; sed nostri oratio redundantior me ab ea opinione revocavit.

διῳκέετο.] Non sum certus, non *διοικέετο* codicis A. ab auctoris manu esse.

διὸ οὐκ ἠξίουν — δεῖσθαι.] Secutus sum ordinem verborum in cod. A.; vulgo *διὸ οὐκ ἠξ. ἔγ. κενῆς αὐτέην ὑποθ. δ.*

περὶ ὧν ἤν τις ἐπιχειρέῃ λέγειν.] Cod. A. *ἐπιχειρῇ τι λέγειν*, sed *τι* h. l. otiosum.

ἃ εἴ τις καὶ λέγοι γιγνώσκειν ὡς ἔχει, οὔτ' ἂν αὐτῷ τῷ λέγοντι κ. τ. λ.] Vulgata *εἰ λέγοι τις καὶ γινώσκοι ὡς ἔχει:* — cod. A. *ἃ εἴ τις λέγειν καὶ γινώσκει.* Littréus inde coniectura effecit *ἃ εἴ τις λέγοι καὶ γινώσκειν*, quod recipio voculas *λέγοι καί* transponens, quum *καί* minus apte eo loco poni putem. Vulgo *αὐτῷ* sine *τῷ*, sed plures libri, inter quos cod. A. *αὐτῷ τῷ*. Hunc cum Littréo sequor, licet sentiam vulgatam non pravam lectionem referre.

20. *καὶ φήσει τι εὑρηκέναι ἐξηπάτηταί τε καὶ ἐξαπατᾷ.*] In his *ἐξευρηκέναι* cod. A., sed puto praepositionem a seqq. verbis adhaerere. Libri *ἐξηπάτηται καὶ ἐξαπατᾶται* miro sane sensu et satis inepto; sed Calvus „fallitur fallitque et fallitur" Corn. vulgatam exprimit, Foës. „cum fallitur, tum alios fallit." — Itaque e librorum lectione quod loci sensus flagitat ne literulam quidem omittens, sed *ται* in *τε* mutans et transponens effeci.

τῆς τέχνης ὅ τι ἐστί.] Optimus cod. Par. *ὅτι*, quod Calvus, Foës. exprimunt, nec tamen auctorem voluisse credo.

ἄλλως πως εὑρίσκεσθαι.] *ἄλλως πως τουτέων εὑρ.* cod. A, quem nunc sequi non oportet.

δέ μοι.] *δ' ἐμοί* A. et mox *οὔτε γὰρ περὶ ἄλλου*, quorum hoc error scribae est.

τέχνης γνωστὰ λέγειν τοῖσι δημότῃσι. Οὐ γὰρ περὶ ἄλλου τινὸς οὔτε ζητέειν προσήκει, οὔτε λέγειν ἢ περὶ τῶν παθημάτων, ὧν αὐτοὶ οὗτοι νοσέουσί [1] τε καὶ πονέουσι. Αὐτοὺς μὲν οὖν τὰ σφέων αὐτῶν παθήματα καταμαθεῖν, ὥς τε γίγνεται καὶ παύεται καὶ δι' οἵας προφάσιας αὔξεταί τε καὶ φθίνει, [2] δημότας ἐόντας οὐ ῥηΐδιον, ὑπ' ἄλλου δ' εὑρημένα καὶ λεγόμενα εὐπετές. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον [3] ἢ ἀναμιμνήσκεται ἕκαστος ἀκούων τῶν ἑαυτῷ ξυμβαινόντων· εἰ δέ τις τῆς τῶν ἰδιωτέων γνώμης ἀποτεύξεται καὶ μὴ διαθήσει τοὺς ἀκούοντας [4] οὕτως, τοῦ ἐόντος ἀποτεύξεται. Καὶ διὰ ταῦτα οὐδὲν δεῖται ὑποθέσιος.

κα'. Τὴν [5] γὰρ ἀρχὴν οὔτ' ἂν εὑρέθη ἡ τέχνη ἡ ἰητρική, οὔτ' ἂν ἐζητήθη, — οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἔδει, — εἰ τοῖσι κάμνουσι τῶν ἀνθρώπων τὰ αὐτὰ διαιτωμένοισί τε καὶ προσφερομένοισι, ἅπερ οἱ ὑγιαίνοντες ἐσθίουσί τε καὶ πίνουσι καὶ τἄλλα διαιτέονται, ξυνέφερε καὶ μὴ ἦν ἕτερα τούτων βελτίω. Νῦν δ' αὐτὴ ἡ ἀνάγκη ἰητρικὴν ἐποίησε ζητηθῆναί τε καὶ εὑρεθῆναι ἀνθρώποισι, [6] ὅτι τοῖσι κάμνουσι ταὐτὰ προσφερομένοισι, ἅπερ οἱ ὑγιαίνοντες, οὐ ξυνέφερε, ὡς οὐδὲ νῦν ξυμφέρει. Ἔτι δ' ἄνωθεν [7] ἔγωγε ἀξιῶ οὐδ' ἂν τὴν τῶν ὑγιαινόντων δίαιτάν τε καὶ τροφήν, ᾗ νῦν χρέονται, εὑρεθῆναι, εἰ ἐξήρκει τῷ ἀνθρώπῳ ταὐτὰ ἐσθίοντι καὶ πίνοντι βοΐ τε καὶ ἵππῳ καὶ πᾶσι ἐκτὸς ἀνθρώπου, οἷον τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα καρπούς τε καὶ ὕλην καὶ χόρτον· [8] ἀπὸ τούτων γὰρ καὶ τρέφονται καὶ αὔξονται

hac arte disserere instituit quae plebeiis nota sunt dicere debere, cum de nullo alio vel quaerere vel dicere conveniat, quam de morbis, quibus ii ipsi tentantur ac laborant. Cum igitur rudes sint, neque morbos quibus aegrotant nosse, neque quomodo oriantur aut desinant, neque ob quas causas increscant aut minuantur, iis est facile; ab alio vero inventa et exposita facile. Neque enim aliud quid fit, quam ut audiens recordetur unusquisque quid sibi ipsi acciderit. Quod si quis popularium sententiam non assequatur, neque audientes eo modo afficiat, quod vere est non assequetur. Quapropter nulla indiget sumptione.

21. Statim sane neque inventa fuisset, neque investigata ars medica, — neque enim ea opus fuisset, — si aegrotantibus inter homines eadem victus ratio, idemque cibi ac potus genus, quod sani edunt et bibunt et qua ceterum degunt, profuisset, neque alia essent his praestantiora. At nunc necessitate coacti homines artem medicam invenerunt et investigarunt, quia aegrotantibus idem cibus ac potus oblatus, qui sanis, non profuit, quemadmodum neque hodie prodest. Ad haec superioribus equidem saeculis neminem istam bene valentium victus rationem et alimentum illud, quo nunc utuntur, inventurum fuisse existimo, si idem cibus et potus homini, qui bovi et equo, et ceteris praeter hominem animantibus satis fuisset, ea nempe, quae ex terra oriuntur, fructus, herbae et foenum; nam his et nutriuntur et augentur, et sana degunt,

[1] τε καὶ π. abest. — [2] ἰδιώτας. — [3] ἤ om. — [4] οὗτος τοῦ ἐόντος ἀποτ. — [5] γὰρ om. — [6] ὅτι τοῖσι κ. V. — [7] ἀξ. ἐγ. — [8] οἱ ἀπὸ τουτέων τρέφονται καὶ αὐξ.

τε καὶ πονέουσι.] E cod. A. haec supplevit Littr.
ὥς τε γίγνεται καὶ παύεται.] Cod. A. om. τε, quod negligere nolim. Idem liber paulo post δι' ἃς προφ.
δημότας ἐόντας.] Sic A., Littr.; e V. vulgatam enotavi.
ἢ ἀναμιμν.] Hic quoque ἤ Littr. ex A. adscripsit. Idem autem liber paulo inferius οὕτως solus pro οὗτος; recepi cum Littréo.
καὶ διὰ ταῦτα οὐδὲν δεῖται ὑποθέσιος.] Ceteri καὶ διὰ ταῦτα οὖν οὐδὲν κ. τ. λ.; sed aut καί, aut οὖν abundat; puto autem duplicem fuisse lectionem, alteram, quam dedi, alteram διὰ ταῦτα οὖν οὐδὲν δ. ὑ.
21. εἰ τοῖσι κάμνουσι.] εἰ abesse solet; praebuit Littréo A.
καὶ τἄλλα διαιτέονται.] Sic A., Littr.; vulgo καὶ τἄλλα διαιτωμένοις.
καὶ μὴ ἦν ἕτ.] Sic A.; καὶ εἰ μὴ ἦν ἕτ. plures libri, sed repetito εἰ non est opus.
τούτων βελτίω.] Sic Littr. e pluribus mss. Parr.; vulgo pronomen abest.
αὐτὴ ἡ ἀνάγκη.] αὕτη ἡ ἀ. cod. A.
ζητηθῆναι.] Sic A., Littr.; vulgo ζητεῖσθαι.
ὅτι τοῖσι κάμνουσι.] τοῖσι om. Littr., num consulto, an fortuito mihi non liquet. Ad οἱ ὑγιαίν. adscribit in cod. A. οἱ abesse; at ibi servavit. Mihi aut utroque loco articulus servandus, aut utroque delendus videtur, quorum hoc si quis malit, non adversor.
δ' ἄνωθεν.] δὲ ἄν. A.
τὴν τῶν ὑγιαινόντων.] Sic vulg.: quare τήν om. Littréus, non constat.
ἀπὸ τούτων γὰρ καὶ τρέφονται καὶ ἀ.] Vulgo οἱ ἀπὸ τουτέων τε καὶ τρ. καὶ ἀ. —, in qua lectione οἱ debebit

καὶ ἄπονοι διάγουσι, οὐδὲν προσδεόμενοι ἄλλης διαίτης. Καίτοι τὴν ἀρχὴν ἔγωγε ἀξιῶ καὶ τὸν ἄνθρωπον τοιαύτῃ τροφῇ κεχρῆσθαι· τὰ δέ [1]γε νῦν διαιτήματα εὑρημένα τε καὶ τετεχνημένα ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγενῆσθαί μοι δοκέει, ὡς ἔπασχον πολλά τε καὶ δεινὰ ὑπὸ ἰσχυρῆς τε καὶ θηριώδεος διαίτης [2]ὠμά τε καὶ ἄκρητα καὶ μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἐσφερόμενοι, οἷά περ ἂν καὶ νῦν ὑπ' αὐτῶν πάσχοιεν, πόνοισί τε ἰσχυροῖσι καὶ νούσοισι περιπίπτοντες καὶ διὰ τάχεος θανάτοισι. Ἧσσον μὲν οὖν ταῦτα τότε εἰκὸς ἦν πάσχειν διὰ τὴν ξυνήθειαν, ἰσχυρῶς δὲ καὶ τότε· καὶ τοὺς μὲν πλείστους τε καὶ ἀσθενεστέρην φύσιν ἔχοντας ἀπόλλυσθαι εἰκὸς, τοὺς δὲ τούτων ὑπερέχοντας πλείω χρόνον ἀντέχειν· ὥσπερ καὶ νῦν ἐκ τῶν ἰσχυρῶν βρωμάτων οἱ [3]μὲν ῥηϊδίως ἀπαλλάσσονται, οἱ δὲ μετὰ πολλῶν πόνων τε καὶ κακῶν. Διὰ δὴ ταύτην τὴν χρείην καὶ οὗτοί μοι δοκέουσι ζητῆσαι τροφὴν ἁρμόζουσαν τῇ φύσι καὶ εὑρεῖν ταύτην, ᾗ νῦν χρώμεθα· ἐκ μὲν [4]οὖν τῶν πυρῶν βρέξαντες καὶ πτίσαντες [5]καὶ καταλέσαντες καὶ διασήσαντες καὶ [6]φορύξαντες καὶ ὀπτήσαντες ἀπετέλεσαν μὲν ἄρτον· ἐκ δέ γε τῶν κριθέων μᾶζαν ἄλλα τε συχνὰ περὶ ταύτην πρηγματευσάμενοι ἥψησάν τε καὶ ὤπτησαν καὶ ἔμιξαν καὶ ἐκέρασαν [7]τὰ ἰσχυρά τε καὶ ἄκρητα τοῖσι ἀσθενεστέροισι, πλάσσοντες

nullo alio victu indigentia. Quin equidem principio etiam hominem tali victu usum esse arbitror. At cibaria, quibus nunc utuntur, non nisi arte inventa et excogitata longo temporis intervallo in usum deducta mihi videntur, cum nimirum ex robusto et ferino victu, crudis et intemperatis et nimium valentibus cibariis sumptis, in multos et graves morbos homines inciderent, in quos etiam hoc tempore, si iisdem uterentur, incurrerent, gravibus doloribus et morbis correpti brevi vitam cum morte commutantes. Ac probabile quidem est tunc quidem minus eos ista passos esse propter consuetudinem, — licet tunc etiam valde paterentur, — et plerosque et naturam debiliorem habentes periisse est vero simile, eos vero qui viribus praestarent, diutius restitisse, non secus atque hoc tempore quidam valentiores cibos facilius ferunt, alii vero cum multis doloribus ac molestiis. Eaque sane necessitate mihi adducti illi videntur consentaneum naturae alimentum investigasse et id, quo nunc utimur, invenisse. Triticum igitur macerantes et pinsentes, et molis frangentes et cribro excutientes et subigentes et assantes panem quidem confecerunt; ex hordeo vero mazam et alia multa circa eam magna opera adhibita agentes, coxerunt et assarunt; et valentia et intemperata imbecillioribus miscuerunt et temperarunt et omnia pro hominis

[1] γε om. — [2] σώματα καί. — [3] μὲν γὰρ ῥ. — [4] οὖν abest. — [5] πάντα καταλ. — [6] φοράσαντες V. in m., sed eadem manu. — [7] τά om.

esse relativum οἵ; sed cum Littréo amplector lectionem codicis A., qui num καὶ τρέφονται omittat, nescio; omisit Littr., sed non omittendum est, etiamsi desit in A.; puto autem forte fortuito apud illum neglectum esse.

καίτοι τὴν ἀρχὴν.] τήν γε in his A., tum paulo post δοκέω pro ἀξιῶ.

τὰ δέ γε νῦν δ.] γε om. A.

εὑρημένα τε καὶ τετεχνημένα.] καί habet A. solus; cum Littréo recepi et τε de meo adscripsi.

ὡς ἔπασχον.] Ceteri ὡς γὰρ ἔπασχον, quod quam ineptum sit, nemo semel admonitus non videbit; itaque otiosum γάρ abieci. Quin ne certus quidem sum non μοι δοκέει item emblema esse alienum, sed plura de sede sua movere nolo.

ὑπὸ ἰσχυρῆς.] Sic A., vulgo ἀπό, sed mox omnes ὑπ' αὐτῶν πάσχοιεν; itaque hic quoque ὑπό recepi.

ὠμά τε.] Sic A.; in vulgata in σώματα abierat.

ἐσφερόμενοι.] Cum hoc verbo cf. ἐσβάλληται infra eodem hoc capitulo, ubi A. ἐμφέρηται, pro quo ἐσφέρηται legendum censet Littr., putans ἐσβάλληται fortasse glossam esse; quod mihi non persuadet, quum potius credam ἐμφέρηται s. ἐσφέρηται esse correctionem arbitrariam in A. illo loco. Infra autem § 29. ἐπεσενέγκατο, unde constat h. l. ἐσφερόμενοι recte constare, neque προσφερόμενοι requiri.

ἰσχυρῶς δὲ καὶ τότε.] Mihi quidem h. l. vix textus a vitiis liber esse videtur, licet sensum, ut aiunt, sanum praebeat. Conieci quidem aliquid, sed reticeo, quum nimis incertum sit; qui post me libellum edent de his locis accurate videant.

ἐκ τῶν ἰσχυρῶν.] ἀπὸ τῶν ἰσχ. A.

χρείην.] αἰτίην A.

βρέξαντες.] βρέξαντες σφᾶς A.

καὶ καταλέσαντες.] Post hoc participium Littréus e cod. A. recepit πάντα, quod mihi emblema alienum videtur, licet Foësius in Latinis id respicere videatur.

ἀπετέλεσαν μὲν ἄρτον.] μέν vulgo abest, sed latere sum arbitratus in codicis A. lectione ἀπετελέσαμεν. — Idem liber ἐκ δὲ τῶν κρ.

καὶ ἔμιξαν καὶ ἐκέρασαν.] Similiter in fine §. 31. κέκρηταί τε καὶ μέμικται, et in media §. 32. ταῦτα μὲν

πάντα πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τε καὶ δύναμιν, ἡγεύμενοι ὅσα μὲν ἂν ἰσχυρότερα ᾖ οὗ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις ἐσβάλληται, ἀπὸ τούτων αὐτῶν πόνους τε καὶ νούσους καὶ θανάτους ἔσεσθαι· ὅσων δ' ἂν δύνηται ἐπικρατέειν, ἀπὸ τούτων τροφήν τε καὶ αὔξησιν καὶ ὑγίειαν. Τῷ δ' εὑρήματι τούτῳ καὶ ζητήματι [1] τί οὖν ὄνομα δικαιότερον ἂν τις [2] θείη ἢ ἰητρικὴν; ὅτι γε εὕρηται ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ὑγιείῃ τε καὶ τροφῇ καὶ σωτηρίῃ, ἄλλαγμα ἐκείνης τῆς διαίτης, ἐξ ἧς οἱ πόνοι καὶ νοῦσοι [3] καὶ θάνατοι ἐγίγνοντο.

κβ'. Εἰ δὲ μὴ τέχνη [4] αὕτη νομίζεται εἶναι, οὐκ [5] ἀπεοικός· ἧς γὰρ μηδείς ἐστι ἰδιώτης, ἀλλὰ πάντες ἐπιστήμονες διὰ τὴν χρῆσίν τε καὶ ἀνάγκην, οὐ προσήκει ταύτης οὐδένα τεχνίτην καλέεσθαι· .... ἐπεὶ τό γε εὕρημα καὶ μέγα καὶ πολλῆς σκέψιός τε καὶ τέχνης. Ἔτι γοῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀνακτησίων ἐπιμελεόμενοι αἰεί τι προσεξευρίσκουσι κατὰ τὴν

natura et viribus composuerunt, rati cibos valentiores ingestos, quam qui a natura superari possint, dolores, morbos et mortem afferre; eos vero, qui a natura superarentur, alimentum, incrementum ac sanitatem praestare. Huic autem invento quodnam convenientius quam medicinae nomen imponi queat? quandoquidem ad hominis sanitatem, nutritionem et salutem inventum est, quod in illius victus rationis vicem succederet, ex qua dolores et morbi et mors profluunt.

22. Quod si quis hanc ipsam artem esse non existimet, non absurde prorsus sentiat. Cuius enim artis propter usum et necessitatem nemo rudis est, sed omnes periti, illius artificem aliquem vocari non fas est.......... quum inventum sit magnum et multa observatione atque arte constet. Quin etiam in hodiernum usque diem qui rei gymnasticae et viribus reficiendis praesunt eadem via investigando semper aliquid

[1] τί ἂν ὄνομα δ. ἄν τις προσῆκον μᾶλλον. — [2] θεῖτο. — [3] καὶ θ. om. — [4] αὐτῇ. — [5] ἀπεικός.

μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισι. Adpono ne putes esse sive glossema, sive dittographiam καὶ ἔμιξαν.

ἡγεύμενοι ὅσα μὲν ἂν ἰσχυρότερα ᾖ οὗ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις ἐσβάλληται, ἀπὸ τούτων αὐτῶν πόνους — ἔσεσθαι.] Vulgo ἡγεύμενοι ὅσα μὲν ἰσχυρότερα ᾖ οὐ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις, ἣν ἐσβάληται, ἀπὸ τούτων δ' αὐτῶν πόνους — ἔσεσθαι. — Littréus in his: ἡγεύμενοι ὅτι ὅσα ἂν ἰσχυρότερα ᾖ, οὐ κ. τ. λ. e textu Mercurialis; sed multo meliorem coniecturam suam in notis dedit: ἡγεύμενοι ὅσα μὲν ἂν ἰσχυρότερα ᾖ ἢ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις, ἣν ἐσβάληται, ἀπὸ τούτων. Nimirum summam rei acu tetigit; dicam tamen qua in re aliquid mutatum cupiam: ᾖ et ἢ sibi subsequentia mirum sonant, neque ᾖ requiritur, quum solum ἢ sufficiat; ἣν aute ἐσβ. item supervacaneum; nam proxime cohaerent ὅσα ἂν ἐσβ. — Verum hocce ἐσβάληται vitiosum est, certe ἐσβάλληται esse debebit, quod malui quam cum cod. A. ἐμφέρηται scribere. E vulg. οὐ lego οὗ. Quod ad δ' ante αὐτῶν attinet, id omni modo redundat, etiam in vulg., neque τε codicis A. placet, si quid eiusmodi velles, saltem γε esse deberet, sed praestat cum Littréo otiosam particulam omittere.

τῷ δ' εὑρήματι.] τῷ δὲ εὑρ. A., qui codex plenam hanc lect. Littréo praebuit; vulgo τούτῳ καὶ ζητήματι abest.

τί οὖν ὄνομα δικαιότερον ἂν τις θείη ἢ ἰητρικήν;] Vulgo: τί ἂν οὖν ὄνομα δικαιότερον ἄν τις προσῆκον μᾶλλον θεῖτο ἢ ἰητρικήν; Littréus codicem A. est secutus legens: τί ἂν τις οὔνομα δικαιότερον ἢ προσῆκον μᾶλλον θείη ἢ ἰητρικήν; Vera autem lectio latet in vulgata, obscurata glossemate, quod ἢ addendo magis obtexit descriptor codicis A.: nempe προσῆκον μᾶλλον non est nisi interpretatio nominis δικαιότερον. Iam intelliges, quare locum eo modo, quo feci, exhibuerim.

ὅτι γε εὕρηται.] Est lectio codicis A. a Littréo recepta, vulgo γε abest.

ἐκείνης.] ἐκείνης A. κείνης vulgo.

καὶ θάνατοι.] Haec om. A. Ni fallor ἐγίνοντο de suo dedit Littréus pro vulgato γίνονται; credo imperfectum praestare.

22. εἰ δὲ μὴ τέχνη αὕτη νομ. ἐ.] αὕτη solus A., αὐτή vulgo. Idem cod. A. mox μηδεὶς ἔσται ἰδιώτης.

διὰ τὴν χρ.] ἐπεὶ διὰ τὴν χρ. A.

καὶ μέγα καὶ πολλῆς.] μέγα τε καὶ π. A.

.... ἐπεὶ κ. τ. λ.] Si quis ad rerum consecutionem in vulgato οὐ προσήκει ταύτης οὐδένα τεχνίτην καλέεσθαι· ἐπεὶ τό γε εὕρημα μέγα καὶ πολλῆς τέχνης τε καὶ σκέψιος mentem advertat, non poterit negare nexum in his esse incongruum, seu potius nullum. Verum Corn. ἐπεί reddit „atqui", Foës. „quanquam." Littr. „et cependant." — Itaque mecum quaesivi num forte in ἐπεί lateret aliquid, quale ἔστι δέ, vel aliud quid eiusdemmodi. Sed ne sic quidem apte procedit sermo, quum mirum esset non licere τεχνίτας appellare occupatos in re πολλῆς τέχνης, neque esset non ἀπεοικός, sed omnino ἀπεοικός rem πολλῆς τέχνης artem non esse reputari. Itaque potius credo lacunam esse, qua protasis perierit sententiae, cuius apodosin relictam habemus in verbis ἐπεὶ — σκέψιος. — Unde factum, ut lacunae signa ponerem.

σκέψιος τε καὶ τέχνης.] Sic A.; vulgo τέχνης τε καὶ σκέψιος.

ἀνακτησίων.] Sic vulgata: cod. A. ἀσκησίων, quod puto recentem esse correctionem scilicet male intellecti adeoque vitiosi habiti ἀνακτησίων, cuius corruptela est ἀκτησίων in aliis libris.

ἐπιμελεόμενοι.] Vulgo ἐπιμελούμενοι, sed Littr. ἐπιμελόμενοι e pluribus libris, quod ex Ionica forma ortum putavi.

αὐτὴν ὁδὸν ζητέοντες ὅ τι ἔδων τε καὶ πίνων ἐπικρατήσει τε [1] αὐτοῦ μάλιστα καὶ [2] ἰσχυρότατος αὐτὸς ἑωυτοῦ ἔσται.

κγ΄. [3] Σκεψώμεθα δὲ καὶ τὴν ὁμολογουμένως ἰητρικὴν, τὴν ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας εὑρημένην ἣ καὶ οὔνομα καὶ τεχνίτας ἔχει, εἰ κρατέειν καὶ αὕτη τῶν αὐτῶν ἐθέλει καὶ ὁπόθεν ποτὲ ἦρκται. Ἐμοὶ μὲν γὰρ, ὅπερ ἐν ἀρχῇ εἶπον, [4] οὐδ᾽ ἂν ζητῆσαι ἰητρικὴν δοκέει οὐδεὶς, εἰ ταὐτὰ διαιτήματα τοῖσί τε κάμνουσι καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι ἥρμοζε. Ἔτι γοῦν καὶ νῦν ὁκόσοι ἰητρικῇ μὴ χρέονται, οἵ τε βάρβαροι καὶ τῶν Ἑλλήνων [5] οἱ ὅμοροι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅν περ [6] οἱ ὑγιαίνοντες, διαιτέονται πρὸς ἡδονὴν καὶ οὔτ᾽ ἂν ἀπόσχοιντο οὐδενὸς ὧν ἐπιθυμέουσι, [7] οὔθ᾽ ὑποστείλαιντο ἄν. Οἱ δὲ ζητήσαντές τε καὶ εὑρόντες ἰητρικὴν, τὴν αὐτὴν ἐκείνοισι διάνοιαν ἔχοντες, περὶ ὧν μοι ὁ [8] πρότερον λόγος εἴρηται, πρῶτον μὲν οὖν, οἶμαι, ὑφεῖλον τοῦ πλήθεος τῶν σιτίων αὐτῶν τούτων καὶ ἀντὶ πλεόνων [9] ὀλίγα ἐποίησαν· ἐπεὶ δὲ αὐτοῖσι τοῦτο ἔστι μὲν [10] ὅτε πρός τινας τῶν καμνόντων ἤρκεσε καὶ φανερὸν ἐγένετο ὠφελῆσαν, οὐ μέντοι πᾶσί γε, ἀλλ᾽ ἦσάν τινες οὕτως ἔχοντες, ὡς μήδ᾽ ὀλίγων σιτίων δύνασθαι ἐπικρατέειν, ἀσθενεστέρου δὲ δή τινος [11] οἱ τοιοίδε ἐδόκεον δεῖσθαι, εὗρον τὰ ῥυφήματα μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι καὶ ἀφαιρεό-

inveniunt, quo quis pro cibo et potu usus id facillime subigat et quam maxime fieri possit robustus fiat.

23. Medicinam vero, quam omnes aegrorum causa inventam esse fatentur, in considerationem adhibeamus, quae et nomen et artifices habet, num eadem sibi subiicere velit, et unde initium duxerit. Ac mea quidem opinione, quam supra dixi, nemo ad medicinam investigandam animum applicaturus fuisset, si eadem victus ratio et aegris et sanis accommodata esset. Quare etiam in hunc usque diem barbari et e Graecis his finitimi, apud quos nullus est medicinae locus, eadem victus ratione qua sani ad voluptatem utuntur, neque eo, quod expetunt, abstinent, neque sibi temperant. At vero qui medicinam perscrutando invenere, eandem quam qui a me superiore oratione dicti sunt sententiam secuti, primum quidem, ut sentio, de suis cibis copiam detraxerunt et pro multis paucos sumpserunt. Quod cum aegrotantibus quibusdam satis esset, palamque prodesse, non tamen omnibus constaret, verum essent quidam ita affecti, ut ne paucos quidem cibos conficere possent, quibus sane imbecilliore quodam cibo opus esset, sorbitiones invenerunt, valentes cibos paucos aqua diluentes eorumque vim temperatione et coctione detrahentes. Quodsi qui neque sorbitiones superare possent, iis etiam detractis potiones sub-

[1] αὐτέων. — [2] ἰσχυρότατος ἑωυτοῦ ἔ. — [3] σκεψόμεθα. — [4] οὐδ᾽ εἰ ταῦτα. — [5] οἱ ὅμοιοι. — [6] οἱ om. — [7] οὐδὲ στείλαιντο. — [8] πρότερον. — [9] ὀλίγα. — [10] μὲν sine ὅτε. — [11] ἐδόκεον οἱ τοιοῦτοι.

ἔδων.] ἐσθίων A., unde rursus apparet cod. vetustissimum non semper antiquissimas referre lectiones.

ἐπικρατήσει τε αὐτοῦ μάλιστα.] αὐτοῦ A., αὐτέων vulg.

ἰσχυρότατος αὐτὸς ἑωυτοῦ.] A. ἰσχυρότερος αὐτὸς ἑωυτοῦ; vulg. ἰσχυρότερος ἑωυτοῦ, alii libri ἰσχυρότατος ἑωυτοῦ. Itaque in lectionem codicis A. superlativum intuli.

23. σκεψώμεθα δέ.] Vulgo σκεψώμεθα γοῦν, sed in antithesi medicinae ab omnibus dictae et alterius illius, quae ars non esse putatur in superioribus, puto δέ, quod A. praebet, praeferendum esse.

ἢ καὶ οὔνομα.] Sic Littr. e cod. A. et m. Zuing.; vulgo εἰ καὶ ὁ.

εἰ κρατέειν καὶ αὕτη.] καὶ κρατεῖν καὶ αὐτή vulg.; εἰ A. et Zuing. m., unde Littréus εἰ κρατέειν καὶ αὐτή, — sed manifesto αὕτη scribendum est. Codicis A. lectio ἦρά τι pro εἰ κρατεῖν, ita comparata est, ut putem descriptorem voluisse ἦρά τι κρατεῖν καὶ αὕτη τῶν αὐτῶν ἐθέλει; — Vulgo ἐθέλοι, unus cod. indicativum Littréo praebuit. — Dein πόθεν A.

οὐδ᾽ ἂν ζητῆσαι ἰητρικὴν δοκέει οὐδείς.] In his ζητέει vulg. et cod. A.; mss. tria δοκέοι.

ὁκόσοι ἰητρικῇ μὴ χρ.] ὁκόσοι A.; ὅσοι cett.

καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ ὅμοροι.] In vulg. οἱ abest; sed cod. Voss. οἱ ὅμοιοι, unde recepi. Cod. A. καὶ τῶν Ἑλλήνων ἔνιοι, in quo ἔνιοι recens correctio videtur pro ὅμοιοι, in quod ὅμοροι in multis cod. abiit.

οἱ ὑγιαίν.] Sic Littr. ex A.; vulgo οἱ om.

οὔθ᾽ ὑποστείλαιντο.] Sic A., Littr.; vulgatam e V. enotavi.

ζητήσαντές τε καὶ εὑρ.] τε om. A.; idem dein ἐκείνοισι, cett. κείνοισι. — ὁ πρότερον λ. A, ὁ πρότερος λ. cett.

πρῶτον μὲν οὖν οἶμαι.] οὖν e solo A. recepi.

ὀλίγα.] ὀλίγιστα A.

οὐ μέντοι πᾶσι γε.] οὐ μέντοι γε πᾶσι A.

ὡς μήδ᾽ ὀλίγον.] Littr. μή ex A.; non praefero.

ἀσθενεστέρου δὲ δή τινος.] δέ ex A. recepit Littr.; apud cett. abest.

οἱ τοιοίδε ἐδ.] Sic A.; vulgatam e V. enotavi.

τὰ ῥυφήματα.] Sic A.; vulgata ῥοφ. sine τά.

μενοι τὸ ἰσχυρὸν τῇ κράσι τε καὶ ἑψήσι. Ὁκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδύναντο ἐπικρατέειν, ἀφεῖλον καὶ ταῦτα καὶ ἀφίκοντο ἐς πόματα καὶ ταῦτα τῇσί τε κρήσισι καὶ τῷ πλήθεϊ διαφυλάσσοντες ὡς μετρίως ἔχοι, μήτε πλείω τῶν δεόντων μήτε ἀκρητέστερα προσφερόμενοι, μήτ' ἐνδεέστερα.

stituerunt, observantes ut et usu et copia moderatae essent, neque iusto copiosiores, neque meraciores, neque pauciores exhiberentur.

κδ'. Εὖ δὲ [1] χρὴ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι ἐνίοισι τὰ ῥυφήματα ἐν τῇσι νούσοισι οὐ ξυμφέρει, [2] ἀλλ' ἄντικρυς ὅταν ταῦτα προσαίρωνται παροξύνονταί σφισι οἵ τε πυρετοὶ καὶ τὰ ἀλγήματα· καὶ δῆλον τὸ προσενεχθὲν τῇ μὲν νούσῳ τροφή τε καὶ αὔξησις [3] γενόμενον, τῷ δὲ σώματι φθίσις τε καὶ ἀρρωστίη. Ὁκόσοι δ' ἂν τῶν ἀνθρώπων ἐν ταύτῃ τῇ διαθέσι ἐόντες προσενέγκωνται ξηρὸν σιτίον, ἢ μᾶζαν, ἢ ἄρτον καὶ ἢν πάνυ σμικρὸν, δεκαπλασίως ἂν μᾶλλον καὶ ἐπιφανέστερον κακωθεῖεν ἢ ῥοφέοντες, δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ βρώματος πρὸς τὴν διάθεσιν· καὶ [4] ὅτῳ ῥυφεῖν ξυμφέρει, ἐσθίειν δ' οὔ, [5] εἰ πλείω φάγοι, πολὺ ἂν [6] μᾶλλον κακωθείη, ἢ εἰ ὀλίγα· καὶ εἰ ὀλίγα [7] δὲ, ἔτι πονήσειε ἄν. Πάντα δὴ τὰ αἴτια τοῦ πόνου ἐς τὸ αὐτὸ [8] ἀνάγεται, — τὰ ἰσχυρότατα μάλιστά [9] τε καὶ ἐπιφανέστατα λυμαίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ὑγιέα ἐόντα καὶ τὸν νοσέοντα.

24. Probe autem novisse oportet sorbitiones quibusdam non prodesse in morbis, sed continuo ubi assumserint, febres ac dolores exacerbari, unde patet id, quod assumptum est, morbum quidem fovere et augere, corpus vero imminuere et imbecillius reddere. At vero qui ita affecti cibum siccum, aut mazam, aut panem quantumvis modicum assumunt, ii decuplo magis atque manifestius laeduntur quam si sorbitione utantur, neque aliam ob causam quam quod cibus viribus sit valentior quam affectus requirat. Et cui sorbere prodest, non cibis vesci, si plura comederet, multo magis laederetur quam si pauca; quin si pauca, vel sic tamen laboraret. Omnes igitur laboris causae ad idem referuntur: — valentissima et maxime et evidentissime hominem laedere cum sanum, tum aegrotantem.

[1] *χ. εἰδ. τ.* — tum *ὅτι* om. et *οἷσι* pro *ἐνίοισι.* — [2] *μάλ' ἀ. ὅταν τοῦτο ποιήσωσι.* — [3] *γιν.* — [4] *ᾧ γε ῥοφεῖν.* — [5] *εἰ γάρ.* — [6] *ἔτι κ.* — [7] *δὲ, ἔτι* om. — [8] *ἄγεται τῷ τά.* — [9] *γε.*

ἑψήσι.] *τῇ ἑψ.* A.; tum *ὅσοι* idem liber et *ἐπικρατ.*, ubi vulgo falso *ὑποκρατέειν.*

καὶ ταῦτα τῇσί τε κρήσισι.] *αὐτά* A.; *χρήσεσι* vulg.. sed *κρήσεσι* A. Littr.

ὡς μετρίως ἔχοι.] Sic A., *ἔχῃ* vulg.

24. *εὖ δὲ χρὴ — ὅτι ἐνίοισι.*] Vulgatam e V. descripsi in varr. lectt. — Littréus codicem A. secutus, qui *τοῖσι* habet, hinc *τισί* effecit; mihi in *οἷσι* vulgatae vestigium dativi *ἐνίοισι* superesse videbatur: nempe *ὅτι* excidit et postrema syllaba verbi *εἰδέναι* absorpsit primas nominis *ἐνίοισι.*

ἀλλ' ἄντικρυς.] *ἀλλὰ φανερῶς* A.; glossam esse monet Littréus ex Hesychio.

προσαίρωνται.] Est codicis A. lectio a Littréo recepta pro vulgata, quam e V. adnotavi.

σφισι.] *σφισι αὐτοῖσι* A.

καὶ δῆλον τὸ προσεν.] *καὶ δὴ τοῦτο τὸ πρ.* A., in quo *δή* truncatum *δῆλον* esse opinor cum additamento alieno *τοῦτο.* Plures libri Parr. *τῇ μὲν οὖν νούσῳ.*

γενόμενον.] A. etiam *γινόμενον*, uti V.

ὁκόσοι δ' ἄν.] *ὅσοι δέ* A. sine *ἄν.*

ξηρὸν σιτίον.] *ξ. τι σ.* tres libri.

καὶ ἢν πάνυ σμικρόν.] Sic vulg. Littréus *ἤν* om.

καὶ ὅτῳ ῥυφεῖν.] *καὶ ᾧγε ῥοφεῖν* vulgo; illud A. Littréo praebuit.

εἰ πλείω φάγοι.] Sic A., Littr.; vulg. e V. notavi.

πολὺ ἂν μᾶλλον.] Sic Littr. ex A., qui liber *πολὺ πλείω ἂν μᾶλλον.*

ἢ εἰ ὀλίγα.] Littr. ex A. invexit *ἢ ὀλίγα*, quod cett. non ferunt; consentio, modo *εἰ* addere mihi liceat.

καὶ εἰ ὀλίγα δὲ, ἔτι πονήσειε ἄν.] Littr. e vetere cod. *δέ* recepit, cui de meo *ἔτι* adscripsi, hinc aberrasse credens in vulgata, in qua pro *μᾶλλον* supra scriptum vidimus.

ἀνάγεται.] Est scriptura codicis A a Littréo recepta. Vulgatum *τῷ τὰ ἰσχυρότατα — λυμαίνεσθαι* vitiosum est, sed ortum videtur e *τὸ τὰ ἰσχ. — λυμ.*, quod si quis malit, non multum adversor.

μάλιστά τε.] Sic A., Littr.; vulgo *μ. γε.*

κε'. [1]Τί οὖν φαίνεται ἑτεροῖον διανοηθεὶς ὁ [2]καλεύμενος ἰητρὸς καὶ ὁμολογουμένως χειροτέχνης, ὃς ἐξεῦρε τὴν ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας δίαιτάν τε καὶ τροφὴν, ἢ ἐκεῖνος ὁ ἀπ' ἀρχῆς τοῖσι πᾶσι ἀνθρώποισι [3]τὴν τροφὴν, ἣ νῦν χρεόμεθα ἐξ ἐκείνης τῆς ἀγρίης [4]τε καὶ θηριώδεος εὑρών τε καὶ παρασκευάσας διαίτης; ἐμοὶ [5]μὲν γὰρ φαίνεται ὡυτὸς τρόπος καὶ ἕν τι καὶ ὁμοῖον τὸ εὕρημα. Ὁ μὲν [6]ὅσων μὴ ἠδύνατο ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἐπικρατέειν ὑγιαίνουσα ἐμπιπτόντων διὰ τὴν ἀγριότητά τε καὶ ἀκρησίην, — ὁ δὲ ὅσων ἡ διάθεσις, ἐν οἵῃ ἂν ἑκάστοτε ἕκαστος τύχῃ διακείμενος, μὴ [7]ἦν δυνατὸς ἐπικρατέειν, ταῦτα ἐζήτησε ἀφελεῖν. Τί δὴ [8]τοῦτ' ἐκείνου διαφέρει ἀλλ' ἢ πλέον τό γε εἶδος καὶ ὅτι ποικιλώτερον [9]καὶ πλέονος πραγματείης, ἀρχὴ δὲ ἐκείνη ἡ πρότερον γενομένη;

25. Quamnam igitur aliam habuisse mentem videtur is, qui medicus et omnium confessione artifex vocatur, cum victus rationem, qua aegri utuntur, invenit, aut qui ab initio omnibus mortalibus victum illum, quo nunc utimur, loco illius agrestis ac ferinae victus rationis adinvenit et apparavit? Mihi quidem eadem esse ratio et uno eodemque modo excogitata videtur. Hic enim ea, quae occurrerent et natura humana bene valente propter feritatem et incommoderationem superari non poterant, detrahere studuit, ille vero quae quivis quomodolibet affectus minime superare poterat. At quid inter hoc et illud est discriminis, nisi quod hoc multiplici et vario magis genere constat et plus habet negotii? initium vero fuit illa, quae prius exstitit victus ratio.

κς'. Εἰ δέ τις σκέπτοιτο [10]τὴν τῶν ὑγιαινόντων δίαιταν πρὸς τὴν τῶν καμνόντων, εὕροι ἂν οὐχ ἧσσον βλαβερὴν ἤ περ τὴν τῶν θηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ζῴων πρὸς τὴν τῶν ὑγιαινόντων. Ἀνὴρ γὰρ κάμνων νοσήματι μήτε τῶν χαλεπῶν τε καὶ [11]ἀπόρων, μήτ' αὖ [12]τῶν παντάπασι εὐηθέων, [13]ἀλλ' ἢ αὐτῷ ἐξαμαρτάνοντι μέλλει ἐπίδηλον ἔσεσθαι, εἰ

26. Quod si quis in considerationem adhibeat sanorum victus rationem collatam cum aegrorum, illam non minus noxiam deprehendet, quam cum ferarum et ceterorum animantium victu collatam sanorum victus rationem. Si quis enim morbo laboret neque difficili et intolerabili, neque prorsus levi, huic nae manifesto peccavisse constabit, si panem vult edere aut carnem, aut

[1] τις. — [2] κελευσμένος — ὁμολογημένως. — [3] τήν abest. — [4] τε abest. — [5] μέν om. — [6] ὅσον. — [7] ἦ. — [8] τούτου ἐκεῖνο. — [9] καὶ πλέονος om. [10] τὶς ἡ τῶν καμνόντων δίαιτα. — [11] ἀφόρων. — [12] τῶν om. — [13] ἀλλ' ὅτι αὐτέων ἁμαρτ.

25. ὁμολογουμένως.] Sic A.; vulgatam e V. notavi.

ἐκεῖνος ὁ.] ἐκεῖνο ὁ A. κεῖνος ὁ vulgo.

τὴν τροφὴν, ἣ.] Articulum de meo addidi.

ἀγρίης τε καὶ θηρ.] Sic A; cett. τε omm.

ὡυτὸς τρόπος.] ὁ αὐτὸς λόγος A.; idem mox ἓν καὶ ὅμοιον et ἐδύναντο.

ἀγριότητά τε καὶ ἀκρησίην.] A θηριότητα et ἀκρασίην.

τοῦτ' ἐκείνου.] Sic A.; ἐκεῖνο τοῦτο alius liber; vulgatam e V. descripsi.

τό γε εἶδος.] Sic A., Littr.; τό τε ἑ. cett.

ἐκείνη.] ἐκείνη A. — Videmus vulgarem formam huic libro esse constantem in libello de vetere med. Ceterum ubivis fere codd. in hac vocula discrepant.

26. εἰ δέ τις σκέπτοιτο — πρὸς τὴν τῶν ὑγιαινόντων.] Vulgata ferebat: εἰ δέ τις σκέπτοιτό τις ἡ τῶν καμνόντων δίαιτα πρὸς τὴν τῶν ὑγιαινόντων, εὕροι ἂν βλαβερωτέρην, ἤπερ τὴν ἥτις τῶν καμνόντων θηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ζῴων. — E cod. A. autem Littréus hausit: εἰ δέ τις σκέπτοιτο τὴν τῶν καμνόντων δίαιταν πρὸς τὴν τῶν ὑγιαινόντων, εὕροι ἂν οὐ βλαβερωτέραν ἢ περὶ τῶν ὑγιαινόντων πρὸς τὴν τῶν θηρίων τε καὶ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ζῴων. Unde Littréus dedit: εἰ δέ τις σκέπτοιτο τὴν τῶν καμνόντων δίαιταν πρὸς τὴν τῶν ὑγιαινόντων, εὕροι ἂν οὐ βλαβερωτέρην ἤπερ τὴν τῶν ὑγιαινόντων πρὸς τὴν τῶν θηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ζῴων. Verum Duebnerus admonuit Littréum, locum ita descriptum esse obscurum vide vol. II. Ed. Littréi p. I. addendorum initio voluminis. Ibi autem Littréus quid docere debuerit auctor recte exponit, sed inde patet locum ita esse perturbatum ut comparationis termini sint inversi, et ut pro οὐ βλαβερωτέρην in cod. A. lectione sit ponendum οὐχ ἧσσον βλαβερήν. Itaque ita locum descripsi, ut haec vitia tollerentur; quo facto videbis capituli initium cum exemplis sequentibus congruere.

π

χαλεπῶν τε καὶ ἀπόρων.] In his A. ἀφόρων; ceteri ἀφόρων. Dubium non est, quin in A recte corrigatur.

ἀλλ' ἢ αὐτῷ.] Hoc latet in codicis A. ἀλλ' ἢ ἀ. — Vulgatam e V. notavi.

ἐξαμαρτάνοντι.] Sic A. Littr.; ἁμαρτ. vulgo.

ἐθέλοι καταφαγεῖν ἄρτον [1] ἢ κρέας, ἢ ἄλλο τι ὧν οἱ ὑγιαίνοντες ἐσθίοντες ὠφελέονται μὴ [2] πολλὸν, ἀλλὰ πολλῷ [3] ἔλασσον ἢ ὑγιαίνων ἂν ἠδύνατο· ἄλλος τε τῶν ὑγιαινόντων, φύσιν ἔχων μήτε παντάπασι ἀσθενέα, μήτ' αὖ ἰσχυρὴν, φαγών τι ὧν βοῦς ἢ ἵππος φαγὼν ὠφελοῖτό τε καὶ [4] ἰσχύοι, ὀρόβους ἢ κριθὰς, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων μὴ πολὺ, ἀλλὰ πολλῷ μεῖον ἢ δύναιτο, [5] οὐκ ἂν ἧσσον ὁ ὑγιαίνων τοῦτο ποιήσας πονήσειέ τε καὶ κινδυνεύσειε [6] ἐκείνου τοῦ νοσέοντος, ὃς τὸν ἄρτον, ἢ τὴν μᾶζαν ἀκαίρως προσηνέγκατο. Ταῦτα [7] δὴ πάντα τεκμήρια ὅτι [8] αὕτη ἡ τέχνη πᾶσα ἡ ἰητρικὴ τῇ αὐτῇ ὁδῷ ζητεομένη εὑρίσκοιτο ἄν.

aliud quiddam eorum, quae sanos iuvant, comedat, non multum quidem, sed longe parcius quam sanus poterat. Aliusque sanus natura non omnino imbecilli, neque robusta rursus, si quid eorum, quae bovi aut equo prosunt, comedat, nempe ervum, aut hordeum, aut aliud quippiam huiusmodi, non multum quidem, sed multo minus quam ferre possit; quamvis id sanus fecerit, non minus utique gravabitur aut periclitabitur quam qui aegrotus panem aut mazam intempestive assumpsit. Ex quibus omnibus colligitur istam artem medicam omnem eadem via investigatam repertum iri.

κζ'. Καὶ [9] εἰ μὲν ἁπλῶς, ὥσπερ ὑφηγέεται, ὅσα μὲν [10] ἂν ἰσχυρότερα, ἔβλαπτε, ὅσα δ' [11] ἂν ἀσθενέστερα, ὠφέλεέ τε καὶ ἔτρεφε καὶ τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ὑγιαίνοντα, εὐπετὲς ἂν ἦν τὸ [12] πρῆγμα· πολλὸν γὰρ τοῦ ἀσφαλέος ἂν ἔδει, περιλαμβάνοντας ἄγειν ἐπὶ τὸ ἀσθενέστατον. Νῦν δὲ οὐκ ἔλασσον ἁμάρτημα, οὐδὲ ἧσσον λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον, ἢν ἐλάσσονα καὶ ἐνδεέστερα τῶν ἱκανῶν προσφέρηται· τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μένος [13] ἰσχυρῶς ἐνδύνεται ἐν τῇ φύσι τοῦ ἀνθρώπου καὶ γυιῶσαι [14] καὶ ἀποκτεῖναι. Πολλὰ δὲ [15] καὶ ἄλλα κακὰ ἑτεροῖα μὲν τῶν ἀπὸ πληρώσιος,

27. Quodsi re vera, quemadmodum existimant, quae quidem sunt valentiora laederent, quae vero imbecilliora tum aegros tum sanos iuvarent et nutrirent, res facili negotio conficeretur. Nam saepe tuta illa agendi ratione opus esset, — ita nempe ut aegros ad imbecillimum deduceremus. At nunc non levius peccatur, neque minus laeditur, si quis pauciora et infra modum assumat; famis enim vis fortiter penetrat in hominis naturam adeo ut eam debilitet et conficiat. Multa vero alia mala ac diversa ab iis, quae e plenitudine profluunt, sed non minus gravia ab inanitione oriuntur, quia multo

[1] κρέα sine ἤ. — [2] πολύ. — [3] ἐλάσσω. — [4] ἐσθίει. — [5] κἂν ἧσσον ὑγ. — [6] ἐκείνου. — [7] δέ. — [8] ταύτη ἡ τ. ἡ ἰητρ. — [9] εἰ μὲν ἦν. — [10] ἄν abest. — [11] ἦν. — [12] χρῆμα. — [13] δύναται ἰσχ. — [14] καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι καὶ ἀποκτ. — [15] καί om.

εἰ ἐθέλοι.] Sic A. εἰ ἐθέλει vulgo.
ἢ κρέας.] Vulgo κρέα, sed A. καὶ κρέας; malui particulam disiunctivam dare, uti in seq. ἢ ἄλλο τι.
ὧν οἱ ὑγιαίν.] τῶν οἱ ὑγ. A.; ceteri codd. οἱ omm.
ἢ ἵππος φαγὼν ὠφελ.] φαγών h. l. om. A.; si quis eum sequi malit, non adversor.
ἰσχύοι.] Sic Littr. ex A., qui ἰσχυροῖ. Vulgata, quam e. V. enotavi, absurda est.
μεῖον.] A. ἔλασσον. Erotianum hic μεῖον legisse videri monet Littréus.
οὐκ ἂν ἧσσον.] Sic Littr. ex A. — Vulgatam e V. enotavi.
ὁ ὑγιαίνων.] Articulum e solo A. addidit Littréus. Idem liber dein ἐκείνου, ubi vulgo κείνου, et porro κινδυνεύσει (superscr. οι).
αὕτη ἡ.] Sic A., alii libri αὐτή; vulgatam e V. adposui. — Sequens πᾶσα solus cod. vetus Littréo praebuit.
27. καὶ εἰ μὲν ἁπλῶς.] Zuing. in m. hoc habet: vulgo καὶ εἰ μὲν ἦν ἁπλῶς, in quo ἦν additamentum alienum aut ex ἄν ortum.
ὅσα μὲν ἂν ἰσχ. — ὅσα δ' ἂν ἀσθ.] Utroque loco fere pro ἄν editur et in codd. legitur ἦν; equidem putavi hoc ex illo ortum esse.
καὶ τὸν κάμνοντα.] Sic scripsi ex A.; vulgo καί h. l. om. — Ex eodem libro cum Littr. πρῆγμα dedi pro χρῆμα.
ἐπὶ τὸ ἀσθενέστατον.] A. ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον; — vix scio quid praestet. Locum sic accipio: πολλὸν γὰρ τοῦ ἀσφαλέος τούτου ἂν ἔδει, — τοῦ περιλαμβάνοντας ἄγειν ἐπὶ τὸ ἀσθενέστατον τοὺς κάμνοντας.
οὐδὲ ἧσσον λ.] A. in m. ἢ οὐδὲ ἴσον.
τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μένος ἰσχυρῶς ἐνδύνεται ἐν τῇ φύσι τοῦ ἀνθρώπου καὶ γυιῶσαι καὶ ἀποκτεῖναι.] Vulgo τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος ἰσχυρῶς δύναται ἐν τῇ φ. κ. τ. λ. Sed ἰσχυρῶς δύναται ἐν τῇ φύσι γυιῶσαι nihili dictio est, tum vero μένος, non μέρος verum est. Iam olim comparavi Homericum μένος ἠελίοιο et τὸ τοῦ οἴνου μένος e §. 63. libri de vict. ac. p. 323. vol. I. — Post γυιῶσαι expunxi glossema καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι; verum γυιῶσαι, sicuti recte A., Littr. legunt, in reliquis libris, etiam in V., in ὑγιῶσαι abiit.

οὐχ ἧσσον [1] δὲ δεινὰ καὶ ἀπὸ κενώσιος, διότι πολλὸν ποικιλωτέρη τε καὶ διὰ πλέονος ἀκριβείης ἐστί. Δεῖ γὰρ μέτρου τινὸς στοχάσασθαι· μέτρον δὲ, οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον, πρὸς ὃν ἀναφέρων εἴσῃ τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εὑροίης [2] ἀλλ' ἢ τοῦ σώματος τὴν αἴσθησιν· διὸ ἔργον [3] οὕτω καταμαθεῖν ἀκριβῶς, ὥστε σμικρὰ ἁμαρτάνειν ἔνθα ἢ ἔνθα· κἂν ἐγὼ τοῦτον τὸν ἰητρὸν ἰσχυρῶς [4] ἐπαινέσαιμι τὸν σμικρὰ ἁμαρτάνοντα. Τὸ δὲ ἀτρεκὲς ὀλιγάκις ἔστι κατιδεῖν· ἐπεὶ οἱ πολλοί γε τῶν ἰητρῶν [5] ταὐτά μοι δοκέουσι τοῖσι κακοῖσι κυβερνήτῃσι πάσχειν· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν ἐν γαλήνῃ κυβερνῶντες [6] ἁμαρτάνωσι, οὐ καταφανέες εἰσί· ὅταν δὲ αὐτοὺς κατάσχῃ [7] χειμών τε μέγας καὶ ἄνεμος ἐξώστης, φανερῶς ἤδη πᾶσι ἀνθρώποισι δι' ἀγνωσίην καὶ ἁμαρτίην δῆλοί εἰσι ἀπολέσαντες τὴν ναῦν. Οὕτω δὴ καὶ οἱ κακοί τε καὶ πλεῖστοι ἰητροὶ, ὅταν μὲν θεραπεύωσι ἀνθρώπους μηδὲν δεινὸν ἔχοντας, ἐς οὓς ἄν τις καὶ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνων οὐδὲν δεινὸν ἐργάσαιτο, — πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα καὶ πολλόν τι πλείω τῶν δεινῶν ἀνθρώποισι ξυμβαίνει, — ἐν μὲν [8] δὴ τοῖσι τοιούτοισι ἁμαρτάνοντες οὐ καταφανέες εἰσὶ τοῖσι ἰδιώτῃσι. Ὁκόταν δ' ἐντύχωσι μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ καὶ ἐπισφαλέϊ νοσήματι, τότε σφέων τά τε ἁμαρτήματα καὶ ἡ [9] ἀτεχνίη

magis est varia et maiorem diligentiam requirit. Modum enim quadam coniectura colligere oportet. Modum autem neque pondus, neque numerum alium ullum, ad quem referens iustum cognosces, invenias, praeter corporis sensum. Quocirca illud adeo exacte cognoscere, ut leviter in utramque partem pecces, operosa res est. Quin ego vehementer eum medicum laudaverim, qui parum peccet. At exacta certitudo raro cernitur; quippe medicorum plerique malorum navium gubernatorum mihi simillimi videntur, qui si tranquillo mari navem regunt, nemo eos peccare deprehendit; sin eos vehemens tempestas et ventus impetuosus oppresserit, iam omnibus manifesto constat eorum imperitia et culpa navem fuisse perditam. Ad hunc sane modum improbi plerique medici, dum leviter affectos curant, in quibus vel gravissimi errores commissi nihil periculi admittunt, — multi autem eiusmodi morbi et multo plures quam periculosi hominibus contingunt, — in talibus quidem si delinquant, id plebeios latet. Ubi vero in magnum et vehementem et periculosum morbum inciderint, tum eorum imperitia et errores omnibus sunt conspicui. Horum enim cuiusque vindices poenae praesto sunt, neque in longum differuntur.

[1] δὲ ἅμα δ. δεῖ ὧν πολλῷ ποικ. — [2] ἄλλο ἤ. — [3] οὕτω om. — [4] ἐπαινέοιμι. — [5] ταύτῃ. — [6] ἁμάρτωσιν. — [7] ἄνεμός τε μέγας καὶ χείμων, φανερῶς. — [8] δή om. — [9] τέχνη.

οὐχ ἧσσον δὲ δεινὰ καὶ ἀπὸ κεν.] Sic A. — Vulg. *δὲ ἅμα δεινά*, ubi tamen *ἅμα* a librariis profectum, qui saepius obtrudunt nobis voculam, vid. adn. ad lib. de morbo sacro § 1.; *καὶ ἀπό* om. vulg. — Paulo ante *μέν* om. A. post *ἑτεροῖα*, ubi ego servandam puto particulam cum Littréo.

διότι πολλὸν ποικιλωτέρη τε καὶ διὰ πλέονος ἀκριβείης ἐστί.] Vulgo *δι' ὧν*, sed A. *διότι*, quod praefero. Contra vero A. *ποικιλώτερα*, quod recepit Littréus et quod si recipias *ποικιλώτερά τε καὶ διὰ πλέονος ἀκριβείης ἐστί* subiectum sibi habet *τὰ κακά*, cum si *ποικιλωτέρη* scribis, subiectum habet *ἡ κένωσις*. Littréus illud praetulit, sed etiamsi *κένωσις ποικιλωτέρη* dici possit et *τὰ κακά* esse possint *ποικιλώτερα*, non intelligo quo modo *τὰ κακά* dicantur *διὰ πλέονος ἀκριβείης εἶναι*, sed optime intelligo *τὴν κένωσιν* dici *διὰ πλέονος ἀκριβείης εἶναι*. Itaque hac in re vulgata mihi servanda visa est.

οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα.] Cod. A. *οὐδὲ ἀρ. οὔτε στ.*, sine *οὐδένα*.

πρὸς ὃν ἀναφ.] Vulgo *πρὸς ὅ*, sed duo libri *ὅν*, quod praefero.

οὐκ ἂν εὑροίης.] A. *οὐδ' ἂν εὕροις*. Idem liber *ἀλλ' ἤ*, ubi vulg. e V. notavi.

κἂν ἐγώ.] *καὶ ἐ.* Merc. in m.

τὸ δὲ ἀτρεκές.] Sic A., *τὸ δ' ἀκριβές* vulgo; idem cod. mox *τὰ αὐτά* pro *ταὐτά*.

ὅταν δὲ αὐτούς.] *δ'* A.

χειμών τε μ. καὶ ἀν. ἐ.] Sic A., vulgatam e V. excerpsi. Herodotus II. 113. *καί μιν — ἐξῶσται ἄνεμοι ἐκβάλλουσι ἐς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος.*

οὕτω δή.] *οὕτω δέ* A. et dein *καὶ οἱ πλ.*, et *θεραπεύωσι*, quod cum Littr. recepi, pro vulg. *θεραπεύσωσι*.

καὶ τὰ μέγ. ἁμαρτ.] *καί* om. A. et *ἐξαμαρτάνων* habet.

τὰ τοιαῦτα ν.] *τά* om. A., tum *πολλόν τι πλείω* eiusdem libri lectio est pro vulgato *πολὺ πλέον*.

ἐν μὲν δὴ τοῖσι τ.] *δή* om. A.

δ' ἐντύχωσι.] Sic A., vulgo *δὲ τύχωσι*.

τά τε ἁμαρτ.] Sic A., vulgo *τε* abest, idem liber *ἀτεχνίη* pro inepto *τέχνη* vulgatae.

πᾶσι καταφανής ἐστι· οὐ γὰρ ἐς μακρὸν αὐτῶν [1] ἑκατέρου αἱ τιμωρίαι, ἀλλὰ διὰ τάχεος πάρεισι.

κη'. Ὅτι δὲ οὐδὲν ἐλάσσους ἀπὸ κενώσιος ἀκαίρου κακοπάθειαι γίγνονται τῷ ἀνθρώπῳ, [2] ἢ ἀπὸ πληρώσιος καταμανθάνειν καλῶς ἔχει ἐπαναφέροντας ἐπὶ τοὺς ὑγιαίνοντας. Ἔστι γὰρ οἷσι [3] αὐτῶν ξυμφέρει μονοσιτέειν καὶ τοῦτο διὰ τὸ ξυμφέρον [4] οὕτω σφισὶ αὐτοὶ ξυνετάξαντο· ἄλλοισι [5] δὲ ἀριστᾶν διὰ τὴν αὐτὴν ἀνάγκην· οὕτω γὰρ αὐτοῖσι ξυμφέρει καὶ μὴ τούτοισι, οἳ δι' ἡδονὴν, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ξυγκυρίην ἐπετήδευσαν ὁπότερον αὐτῶν· τοῖσι μὲν γὰρ πλείστοισι τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν διαφέρει, ὁπότερον ἂν ἐπιτηδεύσωσι, εἴτε μονοσιτέειν, εἴτε ἀριστᾶν, τούτῳ τῷ ἔθεϊ [6] χρῆσθαι. Εἰσὶ δέ τινες, οἳ οὐκ ἂν δύναιντο ἔξω τοῦ ξυμφέροντος ποιέοντες ῥηϊδίως ἀπαλλάσσειν, ἀλλὰ [7] ξυμβαίνει αὐτῶν ἑκατέροισι παρ' ἡμέρην μίαν καὶ ταύτην οὐχ ὅλην μεταβάλλουσι ὑπερφυὴς κακοπάθεια. Οἳ μὲν γὰρ [8] ἂν ἀριστήσωσι μὴ ξυμφέροντος αὐτοῖσι, εὐθὺς βαρέες καὶ νωθροὶ καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν γνώμην, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ καὶ δίψης πλήρεις· ἢν δὲ καὶ ἐπιδειπνήσωσι, καὶ φῦσα καὶ στρόφος, καὶ ἡ κοιλίη καταρρήγνυται· καὶ πολλοῖσι ἀρχὴ νούσου αὕτη [9] μεγάλης ἐγένετο, ἢν τὰ αὐτὰ σιτία, ἃ [10] μεμαθήκασι ἅπαξ ἀναλίσκειν, [11] δὶς προσενέγκωνται καὶ μηδέν τι πλέον. Τοῦτο δὲ [12] ἢν ἀριστᾶν μεμαθηκώς τις καὶ οὕτως αὐτῷ [13] ξυμ-

28. Quod autem non minores affectus ex intempestiva vacuatione quam repletione homini contingant, ex bene valentibus probe cognoscas. Quibusdam enim eorum semel tantum cibum sumere confert, idque quod conferat sibi constituerunt; quidam etiam prandere ob eandem causam coguntur, quod iis conferat; quod non iis contingit, qui propter voluptatem, aut alium quemvis casum horum alterutrum facere student. Plerisque enim nihil refert utrumlibet secuti vel semel tantum cibum capere, vel prandere etiam assuescant. Quidam vero si quid incommode fecerint, non facile degunt, verum eorum utrisque die ne integro quidem exacto supra modum gravis oritur affectio. Si enim pransi fuerint quibus prandere non conducit, ii continuo graves totoque corpore et mente segnes evadunt cum oscitatione, somnolentia, multaque siti; quodsi insuper coenaverint etiam, et flatus et tormina excitantur et venter erumpit. Ac multis magni morbi origo fuit, si cibos, quos semel absumere consueverant, bis assumpsissent, nec quicquam amplius. Ad haec si quis prandere consuetus atque cui prandere conducat, non prandeat, protinus ubi tempus praeteriit, statim gravis impotentia exoritur, tremor et animi defectio; ad haec oculi cavi, urina calens, magis cum virore pallens et crassior redditur, os ama-

[1] ἑκάστου. — [2] ἢ καὶ ἀ. π. — [3] αὐτέων. — [4] τοῖσι αὐτοῖσι ἐτάξ. — [5] τε. — [6] χρῆσθαι. — [7] ξυμφέρει. — [8] ἤν. — [9] μεγάλη. — [10] μεμαθήκει. [11] δ. προσενέγκηται. — [12] εἰ. — [13] ξυμφέρον.

καταφανής ἐστι.] *ἐστι* om. A.
ἑκατέρου.] Sic A., Littréus; vulgo *ἑκάστου*. Quid auctor dederit mihi incertum videtur, *ἐς μακράν* Zuing. in marg.
28. *ἢ ἀπὸ πληρώσιος.*] Cum A. omisi *καί* ante *ἀπὸ πληρ.* Idem liber principio periodi *ὅτι δ' οὐδέν.*
ἔστι μὲν οἷσι αὐτῶν.] *ἡμῶν* A. in hisce.
οὕτω σφισὶ αὐτοὶ ξυνετάξαντο.] Vulgatam e V. notavi; Littréus ex A. *οὕτως αὐτοὶ συνετάξαντο*, sed in notula coniicit *σφισὶν αὐτοῖσιν*. — Equidem neutram codicum lectionem integram esse credo, sed Littréum verum vidisse, cum *σφισί* excidisse putaret; hinc quare textum ita dederim iutelligetur.
ἄλλοισι δέ.] Sic A., *ἄ. τε* vulg.
οἳ δι' ἡδονήν.] *ἢ δι' ἡδ.* A., sitne forte ortum ex *οἳ ἢ δι' ἡδ.*?
ὁπότερον ἂν ἐπιτ.] Sic V.; *πότερον* vulgo; cod. A. *ὁπότερον ἢν ἐ.*
οὐχ ὅλην.] Sic A., Littr.; in vulg. in *οὐ σχολῇ* abiit.
καὶ τὸ σῶμα. Sic A.; cett. h. l. *καί* omm.
ἢν δὲ καὶ ἐπιδ.] Sic A.; vulgo *καί* abest.
ἢν τὰ αὐτὰ σιτία, ἃ μ.] *καὶ ἢν τὰ σιτία μεμ.* A. Ad *μεμαθήκασι*, quod A. praebet, vulgatam e V. notavi.
δὶς προσενέγκωνται.] A. *ταῦτα δὶς προσενέγκωνται*, quod recipio ita ut *ταῦτα* repudiem. Vulgatam e V. adscripsi.
καὶ μηδέν τι πλέον.] Sic duo codd. Parr.; vulgo *ἔτι* pro *τι*, sed A. voculam om.
ἢν ἀρ. μεμαθηκώς.] Sic A. *εἰ ἀ. μ.* vulgo. In *καὶ οὕτως αὐτῷ ξυμφέρον* ceteri *συμφέρον*, sed A. dein *ἢν μὴ ἀρ.*, unde Littr. coniicit libri descriptorem *καὶ οὕτως αὐτῷ συμφέρον ἢν* voluisse; credo tamen potius pro *ἂν* vitiose *ἤν* eum dedisse. Parum abfui quin genitivum darem ad

φέρον, μὴ ἀριστήσῃ, ὅταν τάχιστα παρέλθῃ ἡ ὥρη, εὐθὺς ἀδυναμίη δεινὴ, τρόμος, ἀψυχίη· ἐπὶ τούτοισι [1] ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, οὖρον θερμὸν, χλωρότερον καὶ παχύτερον καὶ στόμα πικρὸν, καὶ τὰ σπλάγχνα οἱ δοκέει κρέμασθαι, σκοτοδινίη, [2] δυσοργίη, δυσθυμίη. Ταῦτα δὲ πάντα καὶ ὅταν δειπνεῖν ἐπιχειρήσῃ· ἀηδέστερος μὲν ὁ σῖτος, ἀναλίσκειν δὲ [3] οὐ δύναται ὅσα ἀριστιζόμενος πρότερον ἐδείπνει· ταῦτα δὲ αὐτὰ μετὰ στρόφου τε καὶ ψόφου καταβαίνοντα [4] ξυγκαίει τὴν κοιλίην, δυσκοιτέουσί [5] τε καὶ ἐνυπνιάζονται τεταραγμένα τε καὶ θορυβώδεα· πολλοῖσι δὲ καὶ τούτων αὕτη ἀρχὴ νούσου ἐγένετο.

rulentum evadit, viscera ei pendere videntur, tenebricosa vertigine corripitur, vehementer irascitur et moeret. Eadem vero omnia coenare volenti contingunt; cibus minus gratus est, neque cibos, quos priore coena assumpsit, qui prandere consuevit conficere potest, sed cum torminibus et strepitu descendunt et alvum exurunt, ipsi vero noctem inquietam agunt et insomniis perturbatis ac tumultuosis vexantur; quod plerisque etiam morbi initium exstitit.

κθ'. Σκέψασθαι δὲ χρὴ, διὰ τίνας προφάσιας αὐτοῖσι ταῦτα ξυνέβη· τῷ μὲν, οἶμαι, μεμαθηκότι μονοσιτέειν, ὅτι οὐκ ἀνέμεινε τὸν χρόνον τὸν ἱκανὸν μέχρις αὐτοῦ ἡ κοιλίη τῶν τῇ προτεραίῃ προσενηνεγμένων σιτίων [6] ἀπολαύσῃ τελέως καὶ ἐπικρατήσῃ καὶ λαπαχθῇ τε καὶ ἡσυχάσῃ, ἀλλ' ἐπὶ ζέουσαν τε καὶ ἐζυμωμένην καινὰ ἐπεισηνέγκατο· αἱ δὲ τοιαῦται κοιλίαι πολλῷ τε βραδύτερον πέσσουσι καὶ πλέονος δέονται ἀναπαύσιός τε καὶ ἡσυχίης. Ὁ δὲ μεμαθηκὼς ἀριστίζεσθαι, [7] διότι, ἐπειδὴ τάχιστα ἐδεήθη τροφῆς τὸ σῶμα καὶ τὰ πρότερα κατανάλωτο καὶ οὐκ εἶχε οὐδεμίαν ἀπόλαυσιν, [8] οὐκ εὐθέως αὐτῷ προσεγένετο καινὴ τροφὴ, φθίνει [9] δὴ καὶ ξυντήκεται ὑπὸ λιμοῦ. Πάντα γὰρ ἃ λέγω πάσχειν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον λιμῷ ἀνατίθημι. Φημὶ

29. Quae quas ob causas his accidant, consideranda sunt. Nempe quod is, opinor, qui semel tantum cibum assumere consuevit, non exspectavit idoneum tempus dum venter hesternos cibos plene exhauserit, superaverit, emollitus fuerit, ac conquieverit, sed in ipsum ferventem et fermentatum recentes ingesserit. At huiusmodi ventres multo tardius concoquunt maioreque otio et quiete opus habent. Qui vero prandere consuevit, quoniam, ubi quamprimum alimento corpus indiguit, prioribus cibis consumptis nec habuit amplius, quo frueretur, non statim ipsi novum alimentum adfuit, ideoque fame imminuitur et contabescit. Quaecumque enim eiusmodi hominibus accidunt, ad famem referenda censeo. Quin etiam iis omnibus, qui duos aut tres dies sine cibo transierint, eadem

[1] ὀφθ. χλωρότεροι οὖρον παχὺ καὶ θερμὸν στόμα π. — [2] δυσοργίη δυσθυμίη. — [3] οὐ δυνατὸς ἦν ὁ ἀριστ. ἃ προτ. ἐδείπνει τὰ αὐτὰ ταῦτα μ. σ. — [4] συγκλείη. — [5] τε om. — [6] ἀπολαύσῃ. — [7] ὅτι οὐκ ἐ. — [8] οὐκ om. — [9] τε.

exemplum loci, paulo ante obvii *μὴ ξυμφέροντος αὐτοῖσι*; sed retinuit me usus, quo *δέον*, alia similia usurpantur, cf. Vig. ed. Herm. p. 329. seqq.

ἐπὶ τούτοισι ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, οὖρον θερμὸν, χλωρότερον καὶ παχύτερον καὶ στόμα π.] Vulgo: *ἐπεὶ τούτοισι οἱ ὀφθαλμοὶ χλωρότεροι, οὖρον παχὺ καὶ θερμὸν, στόμα π.*; sed A.: *ἐπὶ τούτοις ὀφθ. κοῖλοι, οὖρον χλωρότερον καὶ παχύτερον καὶ στ. π.* At certum est in his esse imitationem loci e lib. de V. A. §. 30. p. 305. vol. I. Itaque puto praestantiorem esse lectionem codicis A., sed quum in lib. de V. A. *οὐρέουσι θερμόν καὶ χλωρόν* legatur, nolui *θερμόν* vulgatae negligere, sed item assumpsi.

δυσοργίη, δυσθυμίη.] A. *δυσθυμίη, δυσεργίη*, quod recepit Littr. Equidem *δυσεργίη* nullo modo concoquo, sed falsam lect. esse puto.

ταῦτα δὲ πάντα καὶ ὅταν.] Ceteri *ταῦτα*; de meo illud dedi; tum *καί*, quod vulg. om., cum Littréo ex A. scripsi.

ἀηδέστερος μὲν ὁ σῖτος.] Haec ex A. supplevit Littréus.

ὅσα ἀριστιζόμενος πρότ.] Sic A., vulgatam e V. excerpsi.

ξυγκαίει.] Sic Littr. cum A., qui *συγκαίη*; vulgata, quam e V. notavi, inde orta est.

ἐνυπνιάζονται.] *ἐνυπνιάζουσι* A.

29. *διὰ τίνας προφάσιας.*] *διὰ τίνα αἰτίαν* A.

ἀναπαύσιος.] Vulgo *ἀνασπάσιος*. Illud ex A. aliisque mss. Littr.

διότι ἐπειδή.] Sic A.; vulgo *ὅτι οὐκ*, sed tum *οὐκ* omissum est infra ante *εὐθέως*, ubi A. id habet. Idem hic liber *τὸ σῶμα τροφῆς*.

προσεγένετο.] Sic A. *παρεγένετο* vulgo.

φθίνει δή.] Sic Littr. ex A., vulgo *δέ*. Cod. Vossianus hic cum cod. S. Foësii in *τε* consentit; et vero saepius in hoc libello animadverti utriusque libri lectt. congruere.

δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας, οἵ τινες [1] ἂν ὑγιαίνοντες ἄσιτοι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας γένωνται ταὐτὰ πείσεσθαι οἷά περ ἐπὶ τῶν ἀναρίστων γενομένων εἴρηκα.

λ′. Τὰς δὲ τοιαύτας φύσιας ἔγωγέ φημι [2] τὰς ταχέως τε καὶ ἰσχυρῶς τῶν ἁμαρτημάτων ἀπολαυούσας, ἀσθενεστέρας εἶναι τῶν ἑτέρων· ἐγγύτατα δὲ τοῦ ἀσθενέοντός ἐστι ὁ ἀσθενής· ἔστι δὲ ἀσθενέστερος ὁ ἀσθενέων καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσήκει ὅ τι ἂν τοῦ καιροῦ ἀποτυγχάνῃ πονέειν. Χαλεπὸν δὲ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης περὶ τὴν τέχνην [3] τυγχάνειν αἰεὶ τοῦ ἀτρεκεστάτου· πολλὰ δὲ εἴδεα κατ' ἰητρικὴν ἐς τοσαύτην ἀκρίβειαν ἥκει, περὶ ὧν εἰρήσεται. Οὐ φημὶ δὴ διὰ τοῦτο δεῖν τὴν τέχνην ὡς οὐκ ἐοῦσαν, οὐδὲ καλῶς ζητεομένην, τὴν ἀρχαίην [4] ἀποβαλέσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντα ἀκρίβειαν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγύς, [5] οἶμαι, τοῦ ἀτρεκεστάτου δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ προσίεσθαι καὶ τὰ [6] ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης ἐξευρημένα θαυμάζειν· ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης.

λα′. Ἐπὶ δὲ τὸν [7] τῶν καινὸν τρόπον [8] τὴν τέχνην ἐξ ὑποθέσιος ζητεόντων λόγον ἐπανελθεῖν βούλομαι. [9] Εἰ γάρ τι ἔστι θερμόν, ἢ ψυχρόν, ἢ ξηρόν, ἢ ὑγρὸν τὸ λυμαινόμενον τὸν ἄνθρωπον καὶ δεῖ τὸν ὀρθῶς ἰητρεύοντα

accidere dico, quae de his qui minime prandent diximus.

30. Ac eiusmodi naturas, quae celeriter ac vehementer suorum delictorum incommoda percipiunt, equidem reliquis imbecilliores esse censeo. Qui vero imbecillus est, proxime ad eum, qui aegrotat accedit, estque imbecillior qui aegrotat, multoque gravius afficitur, si quid intempestive fecerit. Cum autem eiusmodi exacta diligentia in arte medica adhibenda sit, quod est certissimum semper assequi difficile est. Multa tamen in re medica tam exactam diligentiam obtinent, de quibus dicetur. Neque sane priscam artem medicam ideo quod omnium exactam diligentiam non habeat, quasi ars nulla sit, aut non recte investigata, reiiciendam censeo: verum, opinor, cum prope ad veritatem accedat ratiocinatione, multo magis eam admittere oportet et admirari, quippe quae sunt ex magna ignoratione pulchre et recte, sed non fortuito inventa.

31. At vero nunc ad eos, qui nova quadam ratione artem ex sumptione investigant, nostra revertatur oratio. Si quidem est calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, quod hominem laedit, et eum, qui recte mederi volet,

[1] ἂν ὑγ. om. — [2] τάς om. — [3] μὴ τυγχ. — [4] ἀποβάλλεσθαι — εἰ μὴ ἔχοι. — [5] οἶμαι om. — [6] ἐκ om. — tum μὴ θαυμ. — [7] τῶν om. — [8] τῶν τήν. — et ἐξ ὑποθ. ζητ. — [9] ἤ — tum τι abest.

οἵ τινες ἂν ὑγιαίνοντες.] ὑγ. ex A. supplevit Littréus.

ταὐτὰ πείσεσθαι.] Cett. ταῦτα πείσεσθαι, parum apte.

οἷά περ ἐπὶ τῶν ἀναρ.] Sic A., οἷα περὶ τῶν ἀναρ. vulgata. Cod. A. paulo ante δύο ἡμ. ἢ τρεῖς et in fine capituli γινομένων pro aoristo.

30. τὰς ταχέως.] Articulus hic deësse solet, sed Littréo praebuit cod. A.

χαλεπὸν δὲ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης περὶ τὴν τέχνην.] Erot. in voce ἀτρεκέως legit μὴ τοιαύτης, quam lect. recepit Littréus. Equidem eam falsam et e male intellecto loco ortam puto; quin parum apte congruit cum sequenti πολλὰ δὲ εἴδεα κατ' ἰητρικὴν ἐς τοσαύτην ἀκρίβειαν ἥκει.

πολλὰ δὲ εἴδεα.] π. οὖν ἐ. Erot. l. l., non male sane; sed deterius est, quod dein apud eum legitur ἐστὶν ἐς τοσαύτην ἀκριβείην, sine ἥκει.

διὰ τοῦτο δεῖν.] δεῖν διατοῦτο A. et paulo inferius ἀποβάλλεσθαι, uti V.

ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγύς, οἶμαι, τοῦ ἀτρεκεστάτου δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ προσίεσθαι καὶ τὰ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης ἐξευρημένα θαυμάζειν, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης.] Vulgata πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ἀτρεκεστάτου ὁμοῦ δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα, ὡς καλῶς κ. τ. λ. In hisce pro εἶναι A. Littréo praebuit οἶμαι: cod. autem S. apud Foës. et Voss. neutrum horum habet. Idem cod. A. pro ὁμοῦ legit οὐ. Tum post λογισμῷ cod. S. Foësii Littréo, mihi vero Vossianus, praebuerunt προσίεσθαι καί. — Littréus igitur edidit: ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, διὰ τὸ ἐγγὺς οἶμαι, τοῦ ἀτρεκεστάτου ὁμοῦ δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ, προσίεσθαι καὶ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα. ὡς καλῶς κ. τ. λ. — At certum est nihili dictionem esse διὰ τὸ ἐγγὺς ὁμοῦ δύνασθαι ἥκειν; sin eiusmodi quid quale διὰ τὸ ἐγγὺς οὐ δύνασθαι ἥκειν, uti A. fert, voluisset auctor, non οὐ, puto, sed μή scripsisset. Verum sive ὁμοῦ, sive οὐ legas, haec vocula abundat; itaque reieci et verba ordine saltem aptiore disposui.

31. ἐπὶ δὲ τὸν τῶν κ. τρ.] Ceteri inverso ordine ἐπὶ τῶν τὸν κ. τρ.; unde forte in A. ζητεύντων ἐξ ὑποθ. λόγων. Sed cohaerent ἐπὶ τὸν τῶν ζητεόντων λόγον ἐπανελθεῖν, ita ut in vulgato textu sedem invicem commutare debeant articuli.

εἰ γάρ τι ἔστι θερμὸν κ. τ. λ.] Sic A.; vulgo τι abest.

βοηθεῖν τῷ [1] μὲν θερμῷ ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, τῷ δὲ ψυχρῷ ἐπὶ τὸ θερμὸν, τῷ δὲ ξηρῷ ἐπὶ τὸ ὑγρὸν, τῷ δ' ὑγρῷ ἐπὶ τὸ ξηρὸν, ἔστω μοι ἄνθρωπος μὴ τῶν ἰσχυρῶν φύσι, ἀλλὰ τῶν ἀσθενεστέρων· οὗτος δὲ πυροὺς ἐσθιέτω, οὓς ἂν ἀπὸ τῆς ἅλω ἀνέλῃ, ὠμοὺς καὶ ἀργοὺς καὶ κρέα ὠμὰ, καὶ πινέτω ὕδωρ. [2] Ταύτῃ δὴ χρεόμενος τῇ διαίτῃ εὖ οἶδ' ὅτι πείσεται πολλὰ καὶ δεινά· καὶ γὰρ πόνους πονήσει καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ἔσται καὶ ἡ κοιλίη φθαρήσεται καὶ ζῆν πουλὺν χρόνον οὐ δυνήσεται. [3] Τί δεῖ τοιγαροῦν βοήθημα παρασκευάσασθαι ὧδ' ἔχοντι; θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν; [4] δῆλον γὰρ ὅτι τούτων τι. Εἰ γὰρ τὸ λυμαινόμενόν [5] ἐστι τούτων τὸ ἕτερον, τῷ ὑπεναντίῳ προσήκει λῦσαι, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ βεβαιότατόν τε καὶ προφανέστατον φάρμακον ἀφελόντα τὰ διαιτήματα, οἷσι ἐχρῆτο, ἀντὶ μὲν τῶν πυρῶν ἄρτον διδόναι, ἀντὶ δὲ τῶν ὠμῶν κρεῶν ἑφθὰ, πιεῖν [6] τε ἐπὶ τούτοισι οἴνου· ταῦτα [7] μεταβάλλοντα οὐχ οἷόν τε μὴ [8] οὐχ ὑγιέα γενέσθαι, ἤν γε μὴ παντάπασι ᾖ διεφθαρμένος ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς διαίτης. Τί δὴ φήσομεν; πότερον αὐτῷ ὑπὸ ψυχροῦ κακοπαθέοντι θερμὰ ταῦτα προσενέγκαντες ὠφέλησαν, ἢ τἀναντία; οἶμαι γὰρ ἔγωγε πολλὴν ἀπορίην [9] ἐρωτηθέντι παρασχεῖν· [10] ὁ γὰρ τὸν ἄρτον παρασκευάζων τῶν πυρῶν τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ ὑγρὸν ἀφείλετο· οὗτος γὰρ [11] ὕδατι δέδευται καὶ πυρὶ καὶ πολλοῖσι ἄλλοισι εἴργασται, ὧν ἕκαστον ἰδίην δύναμιν καὶ φύσιν ἔχει

tum etiam ad hunc morbum varie se habent, in unaquaque huius affectionis specie deo causam attribuentes. Neque enim unam sed plures memorant. Si quidem namque capram imitentur et rugiant, dextramque in partem convellantur, matrem deorum in causa esse asserunt. Sin acutiorem et vehementiorem vocem edat aeger, equo simile esse dicunt et ad Neptunum causam referunt. Quod si stercoris aliquid prodeat, quod morbo pressis frequenter accidit, Enodiae Hecates appellatio adhibetur; sin tenuius et crebrius deiiciat, velut aves, Apollo Nomius. Si vero spumam ex ore demittat et pedibus calcitret, Mars auctor est. Pavores vero qui noctu adsunt, timores, deliria, et terriculamenta cum aegri e cubili exsiliunt et fugiunt, Hecates insidias et heroum invasiones esse affirmant, expiationibusque et incantationibus utuntur, ac meo quidem iudicio rem sceleratissimam et maxime impiam faciunt. Morbo enim detentos expiant sanguine aliisque similibus, quasi sceleribus inquinatos ac facinorosos et sceleratos, aut quibus ab hominibus est exhibitum venenum, aut qui nefarium aliquod facinus perpetrarunt, quum potius contra facere decuerat, sacra facere nimirum et precari,

[1] τισι γίνεται. — [2] ἐνδείης οὐ. — [3] ἐπιβουλάς. — [4] δέ. — [5] τοῖσι ἐχομένοισι τῇ νόσῳ αἵμασι καὶ τοῖσι ἀλλ. τοῖσι τοιουτ. μιάσμασι.

ἔς τε τἄλλα πάντα.] *ἔς τε ἄλλα π.* H *κ.* Marc.

οὐ γὰρ ἕν. ἀλλὰ πολλὰ ταῦτα μέμνηνται.] Vulgo *οὐ γὰρ καθάπαξ ἀλλὰ πλεονάκις τ. μ.* in quibus *καθάπαξ* omm. *θ. ι.*, sed pro eo *ἕν* legunt H., *κ.*, Marcianus, quod ducit ad lectionem antiquam *οὐ — ἕν, ἀλλὰ πολλά*, nam *πολλά* non *πλεονάκις* oppositum fuerit antecedenti *ἕν*. Hinc mea emendatio intelligitur, nam manifesto vulgata lectio recentior est ea, quam exhibui et cuius vestigium in *ἕν* superest. Quin si lectionem, quam exhibui, cum vulgata compares, videbis vulgatam etiam incongruam esse. — Pro seq. *μέμνηνται* Marc. *μεμίμηνται*, quod etiam E. H. ferunt et Lind. exhibuit.

μιμῶνται]. *μιμῆται* H. *κ.* Marc. — Vulgo *βρύχωνται*, in qua voce libri inter *βρηχῶνται* (Z. Ald.) et *βρήχωνται* (G.) fluctuant. Foësius *βληχῶνται* coniecit, quod Lind. Mack. exhibent, mihi vero non placet, quum hic in verbis *κὴν αἶγα μιμῶνται* iam manifesto de voce sermo sit, et *κὴν βληχῶνται* superadditum esset *δὶς ταὐτόν* — Sed prorsus vitiosum est *βρύχωνται*, uti recte monuit Foës. in Oecon., nam *βρύκειν*, *βρύχειν* non *βρύκεσθαι*, *βρύχεσθαι* dici solet. Itaque verissime monente Foësio in Oecon. *βρυχῶνται* reponere opertet, uti Dietzius fecit, cui voci recte opponitur in membro sequenti *ἣν δὲ ὀξύτερον καὶ εὐτονώτερον φθέγγηται*, nam *βρυχᾶσθαι* non fit voce *ὀξείᾳ*.

εὐτονώτερον.] *ἐντονώτερον* H. *ι.* *κ.* Marc.

παρίῃ.] E. *θ.* *ι.* *παρείη*; — *κ.* *παρέη*, unde *παρέῃ* Littréus, quod tamen me iudice vulgata deterius. Voluit noster *παριέναι*, non *παρεῖναι*, quin hoc ineptum est.

πολλάκις γίγνεται.] *τισί* ante *γίνεται* vulg., quam e V. excerpsi, sed *τισί* omm. H. *θ.* *ι.* *κ.* Littréus, et omissum est in Marc. — *Ἐνοδίου* in seqq. depravatum est in libris pluribus, cf. varr. lectt. Littréi; in Marc. *ἐνοδείης οὐ* scribitur, ex eodem libro h. l. mihi excerptum est a Cobeto: „*ἠνταίης θεοῦ πρόσκειται*? ex Erotiano."

Ἑκάτης φασὶ εἶναι ἐπιβολάς.] Sic Littr. ex E. H. *θ.* *κ.*; vulgo *ἐπιβουλάς*, sed Marc. etiam *ἐπιβολάς*.

καὶ ἀνοσιώτατόν τε.] Sic E. *θ.* *ι.* *κ.* Marc., *γε* vulgata.

ὡς ἔμοι γε δοκέει.] Vulgo *τὸ θεῖον* post *δοκέει* legitur, sed omm. H., in quo restituitur, *θ.* *ι.* *κ.* Marc. — Mihi cum his *ἀνοσιώτατόν τε καὶ ἀθεώτατον ποιέουσι* absolute sumendum videtur, *τὸ θεῖον* vero esse emblema alienum, ne congruens quidem cum seqq.

τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι τοιούτοισι.] Sic multi libri apud Littr. et Marc.; Littréus *τοῖσι* utroque loco omittit. Ceterum vulgata habebat *καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι μιάσμασι ἔχοντας*, sed Littréo meliorem, quam cum eo exhibui, lectionem praebuerunt *θ.* *ι.* *κ.*, mihi Marc., nisi quod *μιάσματι* legunt, quod in *μίασμά τι* dissecandum esse recte vidit editor Par.

εἰργασμένους.] Sic Lind. Mack., Littr. e quinque libris, quibus accedit Marc.; *ἐργασμένους* vulgo.

τἀναντία τούτοισι ποιέειν, θύειν τε καὶ εὔχεσθαι καὶ ἐς τὰ ἱερὰ φέροντας ἱκετεύειν τοὺς θεούς· νῦν δὲ τούτων μὲν ποιέουσι οὐδὲν, καθαίρουσι δέ. Καὶ τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν γῇ κρύπτουσι, τὰ δὲ ἐς θάλασσαν ἐμβάλλουσι, τὰ δὲ ἐς τὰ οὔρεα ἀποφέρουσι, ὅπη μηδεὶς ἅψεται, μηδὲ ἐπιβήσεται· τὰ δ' ἐχρῆν ἐς τὰ ἱερὰ φέροντας τῷ θεῷ ἀποδοῦναι, εἰ δὴ θεός γέ ἐστι αἴτιος. Οὐ μέντοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι, τὸ [1] ἐπικηρότατον ὑπὸ τοῦ ἁγνοτάτου· ἀλλὰ κἢν τυγχάνῃ ὑπὸ ἑτέρου μεμιασμένον ἤ τι πεπονθὸς, ἐθέλοι ἂν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθαίρεσθαι καὶ ἁγνίζεσθαι μᾶλλον ἢ μιαίνεσθαι. Τὰ γοῦν μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα τὸ θεῖόν ἐστι τὸ καθαῖρον καὶ ἁγνίζον καὶ [2] ἔρυμα γιγνόμενον ἡμῖν, αὐτοί τε ὅρους τοῖσι θεοῖσι τῶν ἱερῶν καὶ τῶν τεμενέων ἀποδείκνυμεν, ὡς ἂν μηδεὶς ὑπερβαίνῃ [3] ἢν μὴ ἁγνεύῃ, εἰσιόντες τε περιρραινόμεθα οὐχ ὡς μιαινόμενοι, ἀλλ' εἴ τι καὶ πρότερον ἔχομεν μύσος, τοῦτο ἀφαγνιούμενοι. Καὶ περὶ μὲν [4] τῶν καθαρμῶν οὕτω μοι δοκέει ἔχειν.

ad templa deducere et diis supplicare. Nunc vero horum quidem nihil faciunt, sed expiant. Et partim quidem expiationes in terra recondunt, partim in mare proiiciunt, partim etiam in montes deportant, ubi eas nemo attingat aut concalcet. Has autem oportuerat, si quidem deus auctor est, ad templa delatas deo reddere. Neque tamen hominis corpus a deo inquinari existimo, maxime morti subiectum a sanctissimo. Quin si forte fiat ut ab alio inquinetur, aut aliquid patiatur, a Deo potius expiabitur et purificabitur quam inquinabitur. Maxima ergo et sceleratissima peccata deus expiat et purificat, tutelaque nobis exsistit, nosque diis ipsis templorum ac delubrorum terminos constituimus, quos nemo, nisi purus transcendat et ingressi non tanquam inquinati respergimur, sed ut si quod etiam antea scelus contraximus, illud expiemus. Ac de expiationibus quidem ad hunc modum se res habere mihi videtur.

ε'. Τὸ δὲ νόσημα τοῦτο οὐδέν τί [5] μοι δοκέει θειότερον εἶναι τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ φύσιν [6] μὲν ἔχειν, ἣν καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, ὅθεν ἕκαστα [7] γίγνεται· φύσιν δὲ τοῦτο καὶ πρό-

5. At vero hic morbus nihil mihi reliquis divinior esse videtur, sed naturam habere quam etiam reliqui morbi, unde singuli fiunt. Origine autem et causa ab eadem hic nasci mihi vide-

[1] ὑποκηροτ. — [2] ἔρυμα γεν. — [3] εἰ μὴ ἁγνεύοι. — [4] τούτων τῶν κ. — [5] μοι om. — [6] μὲν om. — [7] γίνηται.

τἀναντία τούτοισι.] τ. τούτων θ. ι.; — paulo post ποιέουσι οὐδέν E. H. Marc.

ἅψεται μηδ' ἐπιβήσεται.] Vulgo ἅψηται μ. ἐπιβήσηται, sed illud Dietz., Littr., hic quidem e cod. H., idem autem Marc. legit. Paulo post pro θεός γε ι. ὁ θεός γε, — θ. vero ὁ θεός sine γε.

ἐπικηρότατον.] Sic Littr ex E. θ. ι., cod. med. Mackii; — sine dubio falsa est lectio vulgata ὑποκηρότατον.

ἀλλὰ κἢν τυγχάνῃ — ἢ μιαίνεσθαι.] Lectio librorum θ. ι. ducit ad scripturam: ἀλλὰ κἢν τυγχάνῃ ὑφ' ἑτέρου μεμιασμένον ἤ τι πεπονθὸς ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθαίρεσθαι ἂν αὐτὸ καὶ ἁγνίζεσθαι μᾶλλον ἐθέλοι ἢ μιαίνεσθαι, licet θέλοι in ea omittatur a librariis et ὑπὸ τοῦ θεοῦ ad πεπονθός perperam trahatur interpunctione loci; neque tamen praestantior est ea lectio etiamsi eam vitiis purgaveris. — Advertendum est mentem ad ἐθέλοι ἄν, quippe quod aut omnino non exprimendum est, aut per *possit* exponendum est, nam valet omnino fere δύναιτ' ἄν.

καὶ ἔρυμα γιγν. ἡμῖν.] Codd. θ. ι. κ. ῥύμμα hic legunt pro ἔρυμα, quod ceteri, etiam Marc., ferunt. Littreus illud ῥύμμα recepit, sed mihi loco, quo noster reverenter loquitur de numine, ῥύμμα id ab eo dictum fuisse non videtur. Praesens γινόμενον pro aor. γενόμενον Littreus e θ. ι. κ.; fert idem Marc.

ἀποδείκνυμεν.] Vulgo ἀποδεικνύμενοι, θ. ι. δείκνυνται. Ipsa structura loci docet primam personam pluralis requiri, quam Foës. etiam Latine expressit, non participium. Sed hoc ipsum e prima persona pluralis natum esse id docet, quod ἀποδείκνυμι, non ἀποδείκνυμαι ita usurpari solet: vid. Herod. V. 89. Αἰακῷ τέμενος ἀποδέξαντες. VII. 178. οἱ Δελφοὶ τοῖσι ἀνέμοισι βωμόν τε ἀπέδεξαν ἐν Θυίῃ.

εἰσιόντες τε περιρραινόμεθα.] Littreus in his ἡμεῖς ante περιρρ. recepit e θ. ι. κ., quod mihi prorsus otiosum videtur, maxime postquam repertum est ἀποδείκνυμεν in antecedentibus.

ἀφαγνιούμενοι.] Sic Ald., Lind., Littr., codd. apud Littr. novem et Marc. Vulgo ἀπαγνιούμενοι.

5. ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχειν.] Lind. ἔχειν pro librorum lectione ἔχει, quae mihi h. l. parum congruere videtur, quum mox rursus pergat in infinitivis a δοκέει pendentibus.

ἣν καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, ὅθεν ἕκαστα γίγνεται.] Post νοσήματα legi solet καὶ πρόφασιν, quod omm. θ. ι. κ. apud Littreum, mihi vero inepte reliquis interponi videtur et e seqq. perperam huc tractum, adeo ut omittendum censeam.

φύσιν δὲ τοῦτο καὶ πρόφασιν ἀπὸ ταὐτοῦ γίγνεσθαι, ἀφ'

φασιν ἀπὸ ταὐτοῦ γίγνεσθαι ἀφ' ὅτου καὶ τὰ ἄλλα πάντα, καὶ ἰητὸν εἶναι καὶ οὐδὲν ἧσσον ἑτέρων, ὅ τι ἂν μὴ ἤδη ὑπὸ χρόνου πολλοῦ καταβεβιασμένον ἔῃ, ὥστε ἤδη [1] ἰσχυρότερον εἶναι τῶν φαρμάκων τῶν προσφερομένων. Ἄρχεται δὲ ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα κατὰ γένος· εἰ γὰρ [2] ἐκ φλεγματώδεος φλεγματώδης καὶ ἐκ χολώδεος χολώδης γίγνεται καὶ ἐκ φθινώδεος φθινώδης καὶ ἐκ σπληνώδεος σπληνώδης, τί κωλύει [3] ὅτῳ πατὴρ καὶ [4] μήτηρ εἴχετο νοσήματι, [5] καὶ τῶν ἐκγόνων ἔχεσθαί τινα; ὡς ὁ γόνος ἔρχεται πάντοθεν τοῦ σώματος, [6] ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός. Ἕτερον δὲ μέγα τεκμήριον ὅτι οὐδὲν θειότερόν ἐστι τῶν λοιπῶν νοσημάτων· τοῖσι γὰρ φλεγματώδεσι φύσι γίγνεται· τοῖσι δὲ χολώδεσι οὐ προσπίπτει· καίτοι εἰ θειότερόν ἐστι τῶν ἄλλων τοῖσι ἅπασι ὁμοίως ἔδει γίγνεσθαι τὴν νοῦσον ταύτην καὶ μὴ διακρίνειν μήτε χολώδεα, μήτε φλεγματώδεα.

ϛ'. Ἀλλὰ γὰρ [7] αἴτιος ὁ ἐγκέφαλος τούτου τοῦ πάθεος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων τῶν μεγίστων· ὁτέῳ δὲ τρόπῳ καὶ ἐξ οἵης [8] προφάσιος, ἐγὼ φράσω σαφέως. [9] Ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ δίπλοος, ὥσπερ καὶ τοῖσι ἄλλοισι ζῴοισι ἅπασι· τὸ δὲ μέσον αὐτοῦ [10] διείργει μῆνιγξ λεπτή· [11] διὸ οὐκ αἰεὶ κατὰ [12] τωὐτὸ τῆς κεφαλῆς ἀλγέει, ἀλλ' ἐν

tur, a qua etiam reliqui omnes, nihiloque minus quam ceteri curationem recipere, nisi ex longo temporis spatio urgeat, atque adeo invalescat, ut oblata medicamenta superet. Initium autem ducit veluti alii morbi secundum cognationem: si enim ex pituitoso pituitosus et ex bilioso biliosus oritur et ex tabido tabidus, et e lienoso lienosus, quid impedit quominus eodem quo pater et mater morbo detenti fuerint, etiam posterorum aliquis corripiatur? Cum namque genitura ab omnibus corporis partibus procedat, a sanis sana, et a morbosis morbosa. Est praeterea magnum aliud argumentum, hunc morbum reliquis nihilo diviniorem esse, quod natura pituitosis oboritur, biliosis vero minime accidit. Quamquam si reliquis divinior esset, omnibus ex aequo morbum hunc accidere oporteret, neque biliosorum et pituitosorum discrimen facere.

6. Verum huius affectionis cerebrum, velut etiam ceterorum magnorum morborum in causa est. Quod quonam modo et quare contingat, aperte enarrabo. Cerebrum homini ut reliquis omnibus animantibus duplex est; cuius medium tenuis membrana dissepit. Ideo non semper eadem capitis pars dolet, sed sigillatim utraque, interdum vero totum. Quin etiam venae

[1] ἰσχυρ. εἶναι. — [2] ἐκ τοῦ φλ. — [3] ὅτου. — [4] ἡ μ. — [5] τούτῳ καί. — [6] ἦν μὲν οὖν ἀπὸ ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς καὶ ἐν δὲ ἐκ νοσερῶν ν. ἕτερου. — [7] αὐτοῖσιν αἴτιος. — [8] προφ. γίνεται ἐ. — [9] Inscriptio: δήλωσις τοῦ πάθους τῆς ἐπιληψίας τὸ τί ἐπὶ τούτου τὸ αἴτιον. — [10] διαιρέει. — [11] διότι. — [12] τὸ αὐτό.

ὅτου καὶ τὰ ἄλλα πάντα.] In his meo periculo omisi τὸ θεῖον post ταὐτοῦ, quum abundet; praeterea iungere oporteret τοῦτο — τὸ θεῖον, quod tamen miro modo fiet intermediis vocabulis pluribus καὶ πρόφασιν ἀπὸ ταὐτοῦ. Mihi autem τὸ θεῖον eo loco non est nisi emblema alienum, τοῦτο vero spectat ad τὸ νόσημα in superioribus. In ἀπὸ ταὐτοῦ codd. θ. ι. τοῦ αὐτοῦ; in καὶ τὰ ἄλλα πάντα ceteri fere τἄλλα, sed cum Marc. illud dedi.

ὅ τι ἂν μὴ κ. τ. λ.] Vulgo ὅτι μή, sed Littr. illud e pluribus libris, ὅτι in ὅ τι vere de suo mutans. Pro ἔῃ paulo post ᾖ legunt θ. ι.

ἰσχυρότερον εἶναι.] Vulgo ἐ. ἰσχ., sed illud H. ι. θ. Marc. Voss.

καὶ τὰ ἄλλα νοσ.] Sic Marc. τἄλλα vulgo.

ὅτῳ πατὴρ καὶ μήτηρ εἴχετο νοσήματι καὶ τῶν ἐκγόνων ἔχεσθαί τινα;] Vulgo ὅτου πατὴρ καὶ μήτηρ εἴχετο τούτῳ τῷ νοσήματι καὶ τῶν ἐγγόνων ἔχεσθαί τινα; sed Littr. e θ. ι. κ. ὅτῳ πατὴρ καὶ μήτηρ εἴχετο, τούτῳ τῷ νοσήματι καὶ τῶν ἐκγόνων ἔχεσθαί τινα; E qua lectione si τούτῳ τῷ pro emblemate alieno eximas, omnia bene procedent. Quodsi e vulgata probabilem lectionem efficere lubeat, obtinebis: ὅτου πατὴρ καὶ μήτηρ εἴχετο τούτῳ τῷ νοσήματι, καὶ αὐτὸν ἔχεσθαι; Sed vera lectio latet in trium librorum illorum scriptura, modo emblema tollas.

οὐδὲν θειότερον.] Mirum est Aldum, plures codd. apud Littr., Marcianum h. l. habere θεῖον pro θειότερον.

καίτοι εἰ θειότερον.] Multi codd. et Marc. consentiunt in vitioso καὶ τοῖσι θειότερον: lapsus sane facilis.

6. ἀλλὰ γὰρ αἴτιος.] Vulgo ἀλλὰ γὰρ αὐτοῖσι αἴτιος, sed Littr. om. αὐτοῖσι cum θ. ι. κ. In ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ν. — H. θ. ι. κ. omm. καί.

τοῦ ἀνθρώπου ἐστί.] ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου H. X. θ. ι. κ. Marc.

διείργει μῆνιγξ λεπτή.] Vulgo διαιρέει, sed alterum illud Littréus ex θ. ι. κ.

διὸ οὐκ αἰεί.] διό e cod. θ. Littr.: vulgo διότι. Paulo post ἅπασαν Littr. ex F. H. I. θ. ι. κ., mihi idem praebet Marc. ἅπασα vulg.

μέρεϊ [1] ἑκάτερον, ὁτὲ δὲ ἅπασαν. Καὶ φλέβες [2] δ' ἐς αὐτὸν τείνουσι ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος πολλαὶ καὶ λεπταὶ, δύο δὲ παχεῖαι, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ σπληνός. Καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὧδε ἔχει· τὸ μέν τι τῆς φλεβὸς κάτω τείνει διὰ τῶν ἐπὶ δεξιὰ παρ' αὐτὸν τὸν νεφρὸν καὶ τὴν ψύην ἐς τὸ ἐντὸς τοῦ μηροῦ, καὶ καθήκει ἐς τὸν πόδα καὶ καλέεται κοίλη φλέψ· [3] ἡ δὲ ἑτέρη ἄνω τείνει διὰ [4] φρενῶν τῶν δεξιῶν καὶ τοῦ πνεύμονος· ἀπέσχισται δὲ καὶ ἐς τὴν καρδίην καὶ ἐς τὸν βραχίονα τὸν δεξιόν· τὸ δὲ λοιπὸν ἄνω φέρει διὰ τῆς κληΐδος ἐς τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος, ἐς αὐτὸ τὸ δέρμα, ὥστε [5] κατάδηλος εἶναι· παρὰ δὲ τὸ οὖς κρύπτεται καὶ ἐνταῦθα σχίζεται καὶ τὸ μὲν παχύτατον καὶ μέγιστον καὶ κοιλότατον ἐς τὸν ἐγκέφαλον τελευτᾷ, τὸ δὲ ἐς τὸ οὖς τὸ δεξιὸν, φλέβιον λεπτὸν, τὸ δὲ ἐς τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν, τὸ δὲ ἐς τὸν μυκτῆρα. Ἀπὸ μὲν τοῦ ἥπατος οὕτως ἔχει τῶν φλεβῶν. Διατέταται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς φλὲψ ἐς τὰ ἀριστερὰ καὶ κάτω καὶ ἄνω, ὥσπερ [6] καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, λεπτοτέρη δὲ καὶ ἀσθενεστέρη.

ζ'. Κατὰ ταύτας δὲ τὰς φλέβας καὶ ἐσαγόμεθα τὸ πουλὺ τοῦ πνεύματος· αὗται γὰρ ἡμῖν εἰσὶ ἀναπνοαὶ τοῦ σώματος τὸν ἠέρα ἐς σφᾶς ἕλκουσαι καὶ ἐς τὸ σῶμα τὸ λοιπὸν ὀχετεύουσαι [7] κατὰ τὰ φλέβια· καὶ ἀναψύχουσι καὶ πάλιν ἀφιᾶσι. Οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ πνεῦμα στῆναι, ἀλλὰ [8] χωρέει ἄνω τε καὶ κάτω· ἢν γὰρ στῇ που καὶ ἀποληφθῇ,

multae et tenues ex universo corpore ad ipsum feruntur, duae vero crassae, una quidem a iecore, altera autem a liene. Et quae ex iecore ducitur ad hunc se habet modum: una quidem venae pars ad dexteram iuxta ipsum renem et lumbum ad internam femoris partem deorsum fertur et ad pedem pertingit vocaturque vena cava. Altera vero per dexteras septi medii partes et pulmonem sursum tendit et in cor et brachium dextrum discinditur. Reliqua autem pars per iugulum ad dexteram cervicis partem sursum tendit in ipsam cutem, ita ut conspicua fiat. Iuxta aurem autem conditur ibique scinditur et crassissima, maxima et amplissima sua parte in cerebrum desinit; altera vero sui parte, quae vena tenuis est, ad aurem dextram fertur partim, partim ad oculum dextrum, partim ad nasum. Atque hoc modo venae ab iecore se habent. A liene autem vena etiam ad sinistram deorsum et sursum contendit, non secus quam ab hepate, tenuior tamen et imbecillior.

7. Per has vero venas plurimum spiritum adducimus. Haec enim nobis spiracula sunt corporis aërem ad se attrahentia et quae in reliquum corpus deducunt per venulas et refrigerant ac dimittunt. Neque enim fieri potest ut spiritus consistat, sed sursum ac deorsum fertur. Quodsi enim alicubi sistatur et intercipiatur, ea pars, in qua consistat, impotens

[1] ἕτερον. — [2] τὸ εἰς. Tum ad h. l. in m.: ἡ πρώτη φλέψ. ὅτι δὲ δύο φλέβες παχεῖαι ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου μέχρι ἐσχάτου ποδός. — [3] in m. ἡ δευτέρα pro inscriptione. — [4] φλεβῶν. — [5] κατάδηλός ἐστιν. — [6] καί om. — [7] καὶ κατά. — [8] χωρέειν.

καὶ φλέβες δ' ἐς.] Sic Littr. cum cod. θ.; iam Dietzius δέ pro vulg. τε dederat.

ὧδε ἔχει.] Sic Dietz., cod. Marc.; vulgo ὧδ' ἔχει.

διὰ φρενῶν τῶν δ.] Vulgatam e V. notavi: Marc. διὰ φλεβῶν καὶ τοῦ πνεύμονος τῶν δ. Cum Littréo Dietzii emendationem φρενῶν pro φλεβῶν legentis sum amplexus.

τὸ δὲ λοιπόν.] καὶ τὸ λοιπόν θ. ι. κ.

ἐς αὐτὸ τὸ δέρμα.] καὶ αὐτοῦ τὸ δ. Lind. Mack. nescis unde, nec quare.

ὥστε κατάδηλος εἶναι.] Sic Littr. e θ. ι. κ.: vulgo ὥ. κ. ἐστιν.

παρὰ δὲ τὸ οὖς.] παρ' αὐτὸ δὲ τὸ οὖς θ. ι. κ., sed fortasse ortum e superiore ἐς αὐτὸ τὸ δέρμα. Iidem libri paulo post omm. φλέβιον λεπτόν.

οὕτως ἔχει τῶν φλεβῶν.] ὁ. ἔ. τὰ τῶν φλ. codd. θ. ι. κ. In ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος cod. θ. fert ὥσπερ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, quod non praestat.

7. ἐσαγόμεθα.] ἐπαγόμεθα L. θ. ι. κ. apud Littr. Paulo post ἡμῖν θ. ι. κ. pro vulgato ἡμέων, quod non vitiosum quidem, sed non praeplacet prae dativo.

ὀχετεύουσαι κατὰ τὰ φλ.] Littr. ὀχετεύουσι κατὰ τὰ φλ. e θ. ι. κ. Vulgo ὀχετεύουσαι καὶ κατὰ τὰ φλ., unde omisso καί participium retinui.

χωρέει.] χωρέειν ex octo libris adscribit Littr. in varr. lectt. et mihi e Marc. adnotatum est; ἀλλ' ἀναχωρέει θ. ι. κ. Dein ἄνω τε καὶ κάτω e θ. scripsi, reliquis τε non habentibus.

ἀκρατὲς γίγνεται ἐκεῖνο τὸ μέρος, καθ' ὅ τι ἂν στῇ· τεκμήριον δέ· [1]ὁκόταν γὰρ καθημένῳ ἢ κατακειμένῳ φλέβια πιεσθῇ, ὥστε τὸ πνεῦμα μὴ διεξιέναι [2]διὰ τῆς φλεβὸς, εὐθὺς νάρκη ἔχει. Περὶ μὲν τῶν φλεβῶν τῶν λοιπῶν οὕτως ἔχει.

η'. [3]Ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίγνεται τοῖσι μὲν φλεγματίῃσι, τοῖσι δὲ χολώδεσι οὔ. Ἄρχεται δὲ φύεσθαι ἔτι τοῦ ἐμβρύου ἔτι ἐν τῇ μήτρῃ ἐόντος· καθαίρεται γὰρ [4]καὶ ἀνθέει, ὥσπερ τὰ ἄλλα μέρεα πρὶν γενέσθαι καὶ ὁ ἐγκέφαλος. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ καθάρσει ἢν μὲν καλῶς καὶ μετρίως καθαρθῇ καὶ μήτε πλέον, μήτε ἔλασσον τοῦ δέοντος ἀπορρυῇ, οὕτως ὑγιηροτάτην τὴν κεφαλὴν ἕξει· ἢν δὲ [5]πλέον ῥυῇ ἀπὸ παντὸς τοῦ ἐγκεφάλου καὶ ἀπότηξις πολλὴ γένηται, νοσώδεά τε τὴν κεφαλὴν [6]ἕξει αὐξόμενος καὶ ἤχου πλέην καὶ οὔτε [7]ἥλιον οὔτε ψῦχος ἀνέξεται· ἢν δὲ ἀπὸ ἑνός τινος γένηται [8]ἢ ὀφθαλμοῦ, ἢ οὔατος, ἢ φλέψ τις συνισχνανθῇ, [9]ἐκεῖνο κακοῦται τὸ μέρος, ὁκοίως ἂν καὶ τῆς ἀποτήξιος ἔχῃ· ἢν δὲ κάθαρσις μὴ ἐπιγένηται, ἀλλὰ ξυστραφῇ τῷ ἐγκεφάλῳ, οὕτως ἀνάγκη φλεγματώδεα εἶναι. Καὶ ὁκόσοισι μὲν παιδίοισι ἐοῦσι ἐξανθέει ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλὴν

redditur. Cui rei hoc est indicio: cum sedenti aut decumbenti venulae ita comprimuntur, ut spiritus per venam pervadere nequeat, statim torpor occupat. Ac reliquae quidem venae hoc modo se habent.

8. Hic autem morbus pituitosis accidit, biliosis vero minime; ac originis initium sumit cum adhuc fructus in utero exsistit; purgatur enim et adolescit etiam cerebrum, velut reliquae partes, prius quam in lucem edatur. Quae purgatio si recte et moderate processerit, neque plus minusve quam oporteat defluxerit, hoc modo maxime sanum caput habebit. Sin vero iusto plus defluxerit de toto cerebro et copiosa colliquatio facta fuerit, cum adoleverit, morbis obnoxium et sonitus plenum caput habebit, neque solem, neque frigus perferet. Sin vero ab una aliqua parte colliquatio facta fuerit, nimirum oculo, aut aure, aut vena aliqua gracilis reddita fuerit, sic illa male afficitur, prout sane ex colliquatione se habebit. Quodsi purgatio non acciderit, sed una cum cerebro coacta fuerit, hoc modo pituitosum factum esse necesse est. Ac quibus quidem in pueritia ulcera ad caput, ad aures et reliquam cutem

[1] *ὅταν.* — [2] *ἀπό.* — [3] In marg. *ὅτι τοῖς φλεγματικωτέροις ἡ ἱερὰ νόσος καὶ ἡ ἐπιληψία γίνεται οὐ τοῖς χολωδεστέροις.* — [4] *καί* om. — [5] *πλεῖον ἀπὸ π. τ. ἐ. γένηται ἡ ἀποτ. νοσώδεα.* — [6] *ἔχῃ.* — [7] *ἡλίου οὔτε ψύχους ἀ.* — [8] *ἢ ἀπὸ ὀ.* — [9] *ἐκεῖνος κ. οὕτως ὁκοίως.*

ἐκεῖνο τὸ μέρος, καθ' ὅ τι ἂν στῇ.] Vulgo *τὸ μέρος, ὅπου ἂν στῇ.* — Littr. adnotat: „*καθ' ὃ* pro *τὸ μέρος, ὅπου* E. H., *καθ' ὃ* pro *ὅπου* X. Q' κ. Lind. Mack. *καθ' ὅτι* θ. μ. pro *ὅπου*, Dietz. *ὅκου*." — Equidem *ὅπου* recentiorum esse puto, *καθ' ὅ τι* auctoris scripturam esse. Marc. etiam *καθὸ ἂν στῇ* sine *τι*.

τεκμήριον δέ· ὁκόταν γὰρ καθημένῳ.] *γάρ* h. l. cum libris octo om. Littr. et omisit Lind. Equidem potius excidisse quam a recentioribus illatum esse existimo. Alio ordine θ. ι. κ. *κατακειμένῳ ἢ καθημένῳ.* — In seqq. *ὥστε τὸ αἷμα* fert θ., tum *διὰ τῆς φλ.* Littr. e θ. ι. κ. pro vulgato *ἀπὸ τῆς φλ.*, quod sine dubio deterius.

περὶ μὲν τῶν φλεβῶν τῶν λοιπῶν.] In his *καί* ante *τῶν λοιπῶν* Littr. ex H. X.; idem autem praebet Marc.; ego isto *καί* facile careo. cod. θ. illud *τῶν λοιπ.* s. *καὶ τ. λ.* om.

8. *ἔτι ἐν τῇ μ. ἐ.*] *ἔτι* om. H., in quo alia manu restituitur, θ. Marc. — In seqq. *ὥσπερ τὰ ἄλλα μ.* cum X. θ. λ. Marc. dedi; ceteri in iis *τἄλλα*. Pro *πρὶν γ.* codd. θ. ι. κ. λ. legunt *πρὶν ἢ γ.*

ὑγιηροτάτην.] Sic E. H. λ. θ. ι. Marc., *ὑγιεινοτάτην* vulgo. Libri tres et Mack. pro antecedente *οὕτως* legunt *οὗτος*, non male quidem, sed neque ego praefero prae solita lect. — Pro *ἕξει*, quod cum Lind. exhibui, ceteri *ἔχει*, cui tamen praesenti non magnam fidem habendam esse, docet, puto, varietas lect. ad *ἕξει*, quod infra legitur.

ἢν δὲ πλέον ῥυῇ ἀπὸ παντὸς τοῦ ἐγκεφάλου καὶ ἀπότηξις πολλὴ γένηται.] Vulgo *ἢν δὲ πλείων ἀπὸ παντὸς τοῦ ἐγκεφάλου γένηται ἡ ἀπότηξις.* — Littr. locum explevit ad ductum lectionis cod. θ., sic legentis *ἢν δὲ πλέονα ῥυῇ ἀπὸ τοῦ παντὸς ἐγκ. καὶ ἀποτ. π. γ.*, ita ut *πλέονα* servaret, pro quo singulare retinere malui cum ι. κ., et ut in *ἀπὸ παντὸς τοῦ ἐγκ.* servaret ordinem verborum vulgatae, qua in re illum sequor.

νοσώδεά τε.] *τε* om. θ. — Pro *ἕξει*, codd. novem a Littréo citati *ἔχει*: videmus igitur praecedenti *ἔχει* paulo ante in vulgata obvio nos non ita obstrictos esse, ut non liceat cum Lindano futurum dare.

αὐξόμενος.] *αὐξανόμενος* θ. ι.

ἢ ὀφθαλμοῦ.] *ἢ ἀπὸ ὀφθ.* vulg.; Littréus *ἀπό* cum cod. ι. om.; — *ὠτός* ferunt dein θ. ι.

ἐκεῖνο κακοῦται τὸ μέρος, ὁκοίως ἂν κ. τ. λ.] Vulgatam e V. notavi; Littréus descripsit locum quemadmodum ipse item feci e θ. ι. κ. λ., ubi: *κεῖνο κακοῦται τὸ μέρος, ὅπως ἂν κ. τ. λ.*

ἕλκεα ἐς τὴν κεφ.] *καὶ ἐς τὴν κεφ.* θ. ι. κ. λ. Iidem dein *ὦτα* legunt, et omm. *ἄλλον* ante *χρῶτα.*

καὶ ἐς τὰ οὔατα καὶ ἐς τὸν ἄλλον χρῶτα καὶ σιαλώδεα [1] γίγνεται καὶ μυξόρροα, ταῦτα μὲν ῥήϊστα διάγει προϊούσης τῆς ἡλικίης· ἐνταῦθα γὰρ ἀφίει καὶ [2] ἐκκαθαίρεται τὸ φλέγμα, ὃ ἐχρῆν [3] ἐν τῇ μήτρῃ καθαρθῆναι· καὶ [4] τὰ οὕτω καθαρθέντα οὐκ ἐπίληπτα γίγνεται ταύτῃ τῇ νούσῳ ὡς ἐπὶ [5] τὸ πουλύ. Ὁκόσα δὲ καθαρά τέ ἐστι καὶ μήθ' ἕλκος μηδὲν, μήτε μύξα, μήτε σίελον [6] αὐτοῖς προέρχεται [7] μηδὲν, μήτε ἐν τῇσι μήτρῃσι πεποίηται τὴν κάθαρσιν, [8] τούτοισι ἐπικίνδυνόν ἐστι ἁλίσκεσθαι ὑπὸ ταύτης τῆς νούσου.

θ'. Ἢν δὲ ἐπὶ τὴν καρδίην [9] ποιήσηται ὁ κατάρροος τὴν πορείην, παλμὸς ἐπιλαμβάνει καὶ ἄσθματα καὶ τὰ στήθεα διαφθείρεται, ἔνιοι δὲ καὶ κυφοὶ γίγνονται· ὁκόταν γὰρ ἐπικατέλθῃ τὸ φλέγμα ψυχρὸν, ἐπὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὴν καρδίην, ἀποψύχεται τὸ αἷμα· αἱ δὲ φλέβες πρὸς βίην ψυχόμεναι πρὸς τῷ πνεύμονι καὶ τῇ καρδίῃ πηδῶσι καὶ ἡ καρδίη πάλλεται, ὥστε ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ταύτης τὰ ἄσθματα ἐπιπίπτειν καὶ τὴν ὀρθόπνοιαν. Οὐ γὰρ δέχεσθαι τὸ πνεῦμα ἐθέλει, μέχρις ἂν κρατηθῇ [10] τοῦ φλέγματος τὸ ἐπιρρυὲν καὶ [11] διαθερμανθὲν διαχυθῇ ἐς τὰς φλέβας· ἔπειτα παύεται τοῦ παλμοῦ καὶ τοῦ ἄσθματος· παύεται δὲ ὅκως ἂν τοῦ πλήθεος ἔχῃ· ἢν μὲν γὰρ πλέον ἐπικαταρρυῇ σχολαίτερον, ἢν δὲ ἔλασσον, θᾶσσον· [12] καὶ

erumpunt; si salivosi mucosique exstiterint, ii procedente quidem aetate facillime degent. Tunc enim pituita, quam in utero repurgari oportuerat, emittitur et purgatur, quique sic purgati fuerint, fere hoc morbo comitiali minime corripiuntur. Qui vero puri fuerint, ut neque ulcus ullum habuerint, neque mucus aut saliva ulla prodierit, neque in utero repurgati fuerint, periculum est, ne ii hoc morbo corripiantur.

§ 9. Quodsi defluxio ad cor viam affectarit, cordis palpitatio et anhelationes prehendunt, pectus corrumpitur, quidam etiam incurvantur. Ubi enim pituita frigida ad pulmonem et cor devenerit, refrigescit sanguis venaeque per vim refrigeratae ad pulmonem et cor resiliunt, corque palpitat, unde necessario anhelatio et spiratio, quae erecta cervice trahitur, incidit. Neque enim spiritum suscipere potest, donec pituitae pars, quae influxit, superata et calefacta per venas diffusa fuerit. Deinde palpitatio et anhelatio cessat, idque prout eius copia se habuerit. Si enim magna copia defluxerit, tardius, sin pauciore, citius. Et si quidem crebriores defluxiones fuerint, frequentior morbi insultus fit, sin minus, rarior. Atque hoc modo afficiuntur, cum pulmonem et cor defluxio petierit.

[1] γίνηται. Tum vero ad huius periodi principium in margine: σήμαινε ὅτι συμφέρει τοῖς μείραξι τὸ ψωριᾶν τὴν κεφαλὴν καὶ μυξώδη εἶναι· ἐκδιώκεται γὰρ ἀπ' αὐτῶν τὸ περιττὸν τοῦ φλέγματος καὶ οὐ φόβον ἔχουσιν ἐπιληψίᾳ κρατηθῆναι ἢ λωβιᾶσαι (λωβᾶσθαι?) ὡς μᾶλλον τοὐναντίον τὰ καθαρῶς ἔχοντα, φόβον ἔχουσιν ἐμπεσεῖν τοῖς ῥηθεῖσι νοσήμασι. — [2] καθαίρεται. — [3] ἐς τὴν μήτρην. — [4] τά om. — [5] τό om. — [6] αὐτοῖς om. [7] μηδενί. — [8] τοῖσι τοιούτοισι ἐπικ. ἁλίσκ. — [9] ποιήσειται. — [10] ὑπὸ τοῦ πνεύματος τὸ ἐπιρρυέν. — [11] διαχυθῇ ἐς τὰς φλ. — [12] κἤν.

ἐκκαθαίρεται.] Sic Littr. e θ. pro vulg., quam e V. notavi. Paulo post Littr. ἐν τῇ μήτρῃ καθαρθῆναι e θ. ι. κ. λ. pro vulgato, quod hîc item e V. adposui.

καθαρθέντα — ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ.] παιδευθέντα οὐ γίνεται ἐπιλ. τῇ νούσῳ ταύτῃ ἐπὶ τὸ πολύ. θ. ι. κ. λ. Ex F. H. ἐπὶ τὸ πουλύ, Littr., quem Ionismum etiam Marc. habet.

ὁκόσα δὲ καθαρά τέ ἐστι.] Sic H. Θ. ι. κ. λ. Marc.; cett. τε omm.; μήτε ἕλκος dein θ. Marc.

τούτοισι ἐπικ.] Sic Littr. ex H. κ. θ.; etiam Marc. τούτοισι, sed addito δέ ante ἐπικ., quod idem in H. θ. ι. κ. vidit Littr., sed nec mihi recipiendum videtur. Post ἐπικ. omm. ἐστί F. G. I. J. K. Z. apud Littr.

9. καὶ ἄσθματα.] καὶ ἆσθμα θ. ι. κ. λ. Paulo post ἐπικατέλθῃ τὸ πνεῦμα ψ. libri iidem, et dein καὶ τὴν καρδίην pro ἢ ἐπὶ τὴν κ. vulgatae, ubi illorum lectionem praefero; et rursus singulare τὸ ἆσθμα iidem, in τὰ ἄσθματα ἐπιπίπτειν.

οὐ γὰρ δέχεσθαι τὸ πνεῦμα ἐθέλει.] Littreus recepit librorum θ. ι. lectionem οὐ γὰρ δέχεται τὸ πνεῦμα ὅσον ἐθέλει, quae mihi recentior emendatio videtur vulgatae, quam retineo, et in qua ἐθέλει valet δύναται, quo sensu noster idem verbum usurpavit § 4., qua de re in adnn. ibi monui; οὐκ ἐθέλει hic valet *nequit*.

μέχρις ἂν κρατηθῇ.] ἄν om. Marc. cum H. θ. ι. κ. λ., e quibus θ. ι. λ. ἄχρι pro μέχρις legunt.

τοῦ φλέγματος τὸ ἐπιρρυέν.] ὑπὸ τοῦ φλ. vulgata, sed ὑπό omm. θ. ι. Pro ὑπὸ τοῦ φλέγματος Lind. ὑπὸ τοῦ πνεύματος cum uno cod. Mack. ὑπὸ τοῦ αἵματος item cum libro uno; Dietzius item locum vitiosum esse vidit, quem vere ex illis emendavit Littreus.

ὅκως ἂν τοῦ πλ. ἔχῃ.] ὅκως ἂν καὶ τοῦ πλ. ἔ. cod. θ.

καὶ ἢν μὲν πυκνότεροι ἔωσι οἱ κατάρροοι.] μέν omm. θ. ι. κ. λ.; κατάρροι vulgo, sed Ionismum e tribus libris dedit Littr., mihi etiam Marc. praebuit.

ἢν μὲν πυκνότεροι ἔωσι οἱ κατάρροοι, πυκνότερα ἐπίληπτος γίγνεται, ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερα. Ταῦτα μὲν οὖν πάσχει, ἢν ἐπὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὴν καρδίην ἴῃ· ἢν δὲ ἐς τὴν κοιλίην, διάρροιαι λαμβάνουσι.

ι'. [1] Ἢν δὲ τούτων μὲν τῶν ὁδῶν ἀποκλεισθῇ, ἐς δὲ τὰς φλέβας, ἃς προείρηκα, τὸν κατάρροον ποιήσηται, ἄφωνός τε γίγνεται καὶ πνίγεται [2] καὶ ἀφρὸς ἐκ τοῦ στόματος ἐκρέει καὶ οἱ ὀδόντες ξυνηρείκασι καὶ αἱ χεῖρες ξυσπῶνται καὶ τὰ ὄμματα διαστρέφονται καὶ οὐδὲν φρονέουσι, ἐνίοισι δὲ καὶ ὑποχωρέει ἡ κόπρος κάτω· καὶ ταῦτα γίγνεται ὁτὲ μὲν [3] ἐς τὰ ἀριστερὰ, ὁτὲ δὲ ἐς τὰ δεξιὰ, ὁτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα. [4] Ὅκως δὲ τούτων [5] ἕκαστον πάσχει ἐγὼ φράσω· ἄφωνος μέν ἐστι ὁκόταν [6] ἐξαίφνης τὸ φλέγμα ἐπικατελθὸν ἐς τὰς φλέβας ἀποκλείσῃ τὸν ἠέρα καὶ μὴ παραδέχηται μήτε ἐς τὸν ἐγκέφαλον, μήτε ἐς τὰς φλέβας τὰς κοίλας μήτε ἐς τὰς κοιλίας, ἀλλ' ἐπιλάβῃ τὴν ἀναπνοήν· [7] ὅταν γὰρ [8] λάβῃ ὥνθρωπος κατὰ τὸ στόμα καὶ τοὺς μυκτῆρας τὸ πνεῦμα, πρῶτον μὲν ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἔρχεται, ἔπειτα δὲ ἐς τὴν κοιλίην τὸ πλεῖστον μέρος, τὸ δὲ ἐπὶ τὸν πνεύμονα, τὸ δὲ ἐπὶ τὰς φλέβας· ἐκ τούτων δὲ

Quod si ad ventrem feratur, alvi profluvia corripiunt.

10. Sin vero his quidem viis excludatur, sed ad commemoratas venas defluxionem fecerit, tum voce deficitur tum suffocatur, spumaque ore effluit et dentes inter se cohaerent, manus contrahuntur et oculi pervertuntur ac nihil intelligunt, nonnullis etiam stercus per inferiora deiicitur. Atque haec quidem interdum sinistra, interdum dextra, quandoque etiam utraque parte accidunt. Quanam autem ratione in singulis afficiatur enarrabo: vox quidem deficit, cum pituita derepente ad venas deveniens aërem intercludit, neque hunc recipit neque in cerebrum, neque ad venas cavas, neque ad ventriculos, sed spiritum interclusit. Cum enim spiritum ore et naribus homo accipiat, primum quidem cerebrum petit, deinde magna ex parte in ventrem fertur, pars quidem ad pulmonem, pars etiam ad venas, unde ad reliquas partes dispergitur. Quique ad ventriculum fertur, hunc refrigerat, nihilque aliud confert; qui vero ad pulmonem et venas pervenit aër confert in ven-

[1] ἢ ἢν μὲν τούτων τῶν ὁδ. — [2] καὶ οἱ ὀδ. συνηρ. καὶ ἀ. ἐκ τοῦ στ. ἐκρ. — [3] ἐπ' ἀριστ. — [4] In marg. τὰ πάθη ἅτινα πάσχει ὁ ἐπιληπτικός. — [5] ἕκαστα. — [6] ἐξαίφνης om. — [7] ὅτι τὸ πνεῦμα ὅπερ διὰ τῶν μυκτήρων λαμβάνομεν πρῶτα εἰς τὸν ἐγκέφαλον ἀνέρχεται, εἶτα εἰς τὴν κοιλίαν καὶ εἰς τὸν πνεύμονα. — [8] ἐπιλάβῃ.

ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερα.] Haec verba omm. F. G. H. I. J. K. Z. θ. ι. κ. λ., cod. med. Mackii, Aldus, cod. Marcianus.

10. ξυνηρείκασι.] συνηρείκασι θ. λ. Mack. Littr.; vulgo συνήρκασι inepte.

ἐνίοισι δὲ καὶ ὑποχ.] δέ om. vulg., e multis libris adposuit Littr. — Paulo post ἡ κόπρος omm. θ. ι. κ. λ.; non ausim affirmare auctorem non adscripsisse, licet ellipsis in hoc verbo non sit insueta.

ὁτὲ μὲν ἐς τὰ ἀρ.] In his ἐνιότε θ. ι. Vulgo ἐπ' ἀρ., sed alterum illud Littr. ex H. X. Q'. θ. ι. idemque in Marc. legitur.

ἐξαίφνης.] Voculam omm. libri quinque Littréi: pro seq. φλέγμα legunt πνεῦμα plures libri; pro ἐς τὰς φλ. θ. κ. λ. ἐπὶ τ. φ. Etiam Marc. ἠέρα legit; μήτε ἐς τὰς κοιλίας omm. θ. ι. Difficile est de ista lectione iudicium, nam locus totus perobscurus est maximeque dubius, quia quaenam sint αἱ κοιλίαι, de quibus loquitur tum h. l., tum infra in verbis ἐς τὰς κοιλίας ἐσιών, nescis; tum quia non satis apertum quae sint αἱ φλέβες αἱ κοῖλαι, de quibus loquitur. Et ut ab his ordiamur § 6ª memoratur una κοίλη φλέψ., nisi id quod sequitur ἡ δὲ ἑτέρη ἄνω τείνει etiam subiectum habeat κοίλη φλέψ, cogitatione, ut aiunt, ex antecedente repetendum, quod tamen vix fieri posse videtur. Itaque fere quaeras, num loco nostro αἱ κοῖλαι φλέβες valeat idem, quod alias αἱ φλέβες αἱ αἱματίτιδες, et de venis maioribus sit intelligendum, sicuti §. 6. memoratur τὸ μὲν παχύτατον καὶ μέγιστον καὶ κοιλότατον venae dextrae. Sed quemadmodum haec incerta sunt, ita etiam incertum quid per τὰς κοιλίας innuat. Infra in verbis καὶ ὅσον μὲν ἐς τὴν κοιλίην ἔρχεται et ἐς τὰς κοιλίας ἐσιών manifesto est antithesis inter τὴν κοιλίην et τὰς κοιλίας, nihilque impedit, quominus τὴν κοιλίην de ventriculo s. de ventre accipiamus; sed αἱ κοιλίαι si ad nexum cum vicino ἐς τὸν ἐγκέφαλον utroque loco mentem advertas, non possunt esse in cerebro. Suntne igitur αἱ κοιλίαι τῆς καρδίης? At primum hoc adponere oportuisset nostrum; tum vero si id ita accipias, aër in cor et cerebrum penetrans diceretur τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχειν, quod pugnare videtur cum iis, quae de corde φρονήσιος experte habet § 20ª. et de qua re in prolegomenis monebo. Vultne igitur cava quaedam ubivis per partes dispersa? Fateor mihi hic aquam haerere, quod num fiat propter perplexas notiones scriptoris, an propter scriptionis vitia, non satis discerno.

ὅταν γὰρ λάβῃ.] Sic Littr. e θ. ι. pro vulgato ὅ. γ. ἐπιλάβῃ. Cum Dietzio ὥνθρ. dedi pro codd. lect. ἄνθρ.

σκίδναται ἐς τὰ λοιπὰ μέρεα. Καὶ ὅσον μὲν ἐς τὴν κοιλίην [1] ἔρχεται, τοῦτο μὲν τὴν κοιλίην διαψύχει καὶ ἄλλο τι οὐδὲν ξυμβάλλεται· [2] ὁ δ' ἐς τὸν πνεύμονά τε καὶ τὰς φλέβας ἀὴρ ξυμβάλλεται ἐς τὰς κοιλίας ἐσιὼν καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον καὶ οὕτω [3] τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχει, ὥστε ἐπειδὰν ἀποκλεισθῶσι αἱ φλέβες τοῦ ἠέρος ὑπὸ τοῦ φλέγματος καὶ μὴ παραδέχωνται, ἄφωνον καθιστᾶσι καὶ ἄφρονα τὸν ἄνθρωπον. Αἱ δὲ χεῖρες ἀκρατέες γίγνονται καὶ σπῶνται τοῦ αἵματος [4] ἀτρεμίσαντος καὶ μὴ διαχεομένου ὥσπερ εἰώθει. Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ διαστρέφονται τῶν φλεβίων ἀποκλειομένων τοῦ ἠέρος καὶ σφυζόντων. Ἀφρὸς δὲ ἐκ τοῦ στόματος προέρχεται ἐκ τοῦ πνεύμονος· ὅταν γὰρ τὸ πνεῦμα μὴ ἐσίῃ ἐς αὐτὸν, ἀφρέει καὶ ἀναβλύει ὥσπερ ἀποθνήσκων. Ἡ δὲ κόπρος ὑπέρχεται ὑπὸ βίης πνιγομένου· πνίγεται δὲ τοῦ ἥπατος καὶ τῆς κοιλίης ἄνω πρὸς τὰς φρένας προσπεπτωκότων καὶ τοῦ [5] στόματος τῆς γαστρὸς ἀπειλημμένου· προσπίπτει δὲ ὁκόταν τὸ πνεῦμα μὴ ἐσίῃ ἐς [6] τὸ στόμα ὅσον εἰώθει. Λακτίζει δὲ τοῖσι ποσὶ, ὁκόταν ὁ ἀὴρ ἀποκλεισθῇ ἐν τοῖσι μέλεσι καὶ μὴ οἷός τε ἔῃ διεκδῦναι ἔξω ὑπὸ τοῦ φλέγματος· ἀΐσσων [7] δὲ διὰ τοῦ αἵματος ἄνω καὶ κάτω σπασμὸν ἐμποιέει καὶ ὀδύνην, διὸ λακτίζει. Ταῦτα δὲ πάσχει πάντα ὁκόταν τὸ φλέγμα ψυχρὸν παραρρυῇ ἐς τὸ αἷμα θερμὸν ἐόν· ἀποψύχει γὰρ καὶ ἵστησι τὸ αἷμα· κἢν μὲν

triculos et cerebrum penetrans atque ita intelligentiam et motum membris praebet; quare ubi pituita a venis aërem excluserit, eumque minime admiserint, voce defectum et minime intelligentem hominem faciunt. Manus autem ad motionem impotentes redduntur et contrahuntur sanguine conquiescente, neque ut consuevit diffuso. Oculi pervertuntur cum venae aëre excluduntur et pulsant. Spuma autem ex pulmone per os prodit; cum enim spiritus in ipsum minime subit, velut moriens spumescit et ebullit. Stercus vero submittitur, dum violenter suffocatur; quod fit cum hepar et ventriculus ad septum transversum irrumpit et os ventris occluditur. Irrumpit vero cum spiritus non quantus solebat in os ingreditur. Pedibus autem calcitrat, cum aër in membris interclusus foras prae pituita emergere non valet, sursum vero et deorsum impetu delatus convulsionem et dolorem facit; ideo calcitrat. Atque haec quidem omnia patitur, cum pituita frigida in sanguinem calidum defluit; sanguinem enim refrigerat et sistit. Et si quidem fluxio copiosa et crassa fuerit, statim necat; sanguinem enim frigore superat et congelat. Sin vero paucior exstiterit, in praesentia quidem superat et respirationem intercipit; deinde temporis spatio cum per venas dispersa et copioso sanguini ac calido permixta fuerit, si hoc modo superetur, venae aërem suscipiunt et aeger ad intelligentiam redit.

[1] ἔρχεται — κοιλίην om. — [2] τοῦτο δ' ἐς τὸν πν. ὁ δὲ ἐς τὰς φλ. — [3] τὴν κιν. καὶ τὴν φρ. — [4] ἀτρεμήσαντος. — [5] στόματος deletum et στομάχου eadem manu pro eo scriptum. In marg. ὅρα ὅλον τὸ χωρίον, quod tamen ad correctionem illam num spectet, nescio. — [6] τὰς φλέβας. — [7] δέ om.

σκίδναται ἐς τὰ λ. μ.] In his ἐπί codd. θ. ι. κ. Post μέρεα ceteri habent κατὰ τὰς φλέβας, quod ineptum emblema delevi.

καὶ ὅσον μὲν ἐς τὴν κοιλίην ἔρχεται, τοῦτο μὲν τὴν κοιλίην διαψύχει.] Sic Littr. e cod. θ.; vulgo καὶ ὅσον ἐς μὲν (μὲν ἐς multi libri) τὴν κοιλίην διαψύχει. Videntur librarii a priore κοιλίην ad alterum transsiliisse.

ὁ δ' ἐς τὸν πνεύμονα τε καὶ τὰς φλέβας.] Sic Littr. e θ. ι. κ. λ., nisi quod tres hi τοῦτο δ' initio legunt: vulgo ὁ δὲ ἐς τὰς φλέβας. Dietz. τοῦτο δ' ἐς τὸν πνεύμονα e Cornarii lectione τοῦτο δὲ τὸ ἐς τὸν πλ. — Paulo inferius καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἔρχεται θ. ι. κ., quod nec Littréus recepit, neque ego recipiendum existimo.

καὶ μὴ διαχεομένου.] διαδεχομένου alii libri et Marc. — Paulo post καὶ οἱ ὀφθ. δὲ διαστρ. θ. ι. κ. λ. Dein σφυζόντων Littr. e θ. ι. κ. idemque habet Marc. pro vulgato σφύζονται pro quo σφίγγονται coniecerat Foës. et exhibuerat Lind.

ἐς τὸ στόμα.] ἐς τὸ σῶμα θ. κ.

ἀποκλεισθῇ ἐν τοῖσι μέλεσι.] Plures libri apud Littr. et Marc. h. l. σκέλεσι pro μέλεσι, quod cum Littréo falsum existimo.

ἀΐσσων δὲ διά.] δέ supplevit Littr. e θ. ι. κ. idemque Mackius dederat; vulgo abest.

ὁκόταν τὸ φλ. ψ.] ὅποι ἂν τὸ φλ. παραρρυῇ ψυχρόν. θ. ι.; iidem paulo post καὶ ἢν μὲν πολὺ ᾖ τὸ ῥεῦμα καὶ παχύ.

τὸ ῥεῦμα πουλὺ ἔῃ καὶ παχὺ, αὐτίκα ἀποκτείνει· κρατέει γὰρ τοῦ αἵματος τῷ ψύχεϊ καὶ πήγνυσι. ἢν δὲ ἔλασσον ἔῃ, τὸ μὲν παραυτίκα κρατέει ἀπόφραξαν τὴν ἀναπνοήν· ἔπειτα τῷ χρόνῳ, ὁκόταν σκεδασθῇ κατὰ τὰς φλέβας καὶ μιγῇ τῷ αἵματι πολλῷ ἐόντι καὶ θερμῷ, ἢν κρατηθῇ οὕτως, ἐδέξαντο τὸν ἠέρα αἱ φλέβες καὶ ἐφρόνησε.

ια'. Καὶ ὁκόσα μὲν [1] παιδία σμικρὰ κατάληπτα γίγνεται τῇ νούσῳ ταύτῃ τὰ πολλὰ ἀποθνήσκει, ἢν πουλὺ τὸ [2] ῥεῦμα ἐπιγένηται καὶ νότιον ἔῃ· τὰ γὰρ φλέβια λεπτὰ ἐόντα οὐ δύναται παραδέχεσθαι τὸ [3] φλέγμα ὑπὸ πάχεος καὶ πλήθεος, [4] ἀλλ' ἀποψύχεται καὶ πήγνυται τὸ αἷμα καὶ οὕτως ἀποθνήσκει. Ἢν δὲ ὀλίγον ἔῃ καὶ ἐς ἀμφοτέρας τὰς φλέβας τὸν κατάρροον ποιήσηται, ἢ ἐς [5] τὰς ἐπὶ θάτερα, περιγίγνεται ἐπίσημα ἐόντα· ἢ γὰρ στόμα [6] παρασπᾶται ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ αὐχὴν, ἢ χεὶρ, ὁκόθεν [7] ἂν τὸ φλέβιον πληρωθὲν τοῦ φλέγματος κρατηθῇ καὶ ἀπισχνανθῇ. Τούτῳ οὖν τῷ φλεβίῳ ἀνάγκη ἀσθενέστερον εἶναι καὶ ἐνδεέστερον τοῦτο τοῦ σώματος τὸ βλαβέν· ἐς δὲ τὸν πλείονα χρόνον ὠφελέει [8] ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ· οὐ γὰρ ἔτι ἐπίληπτον γίγνεται, ἢν ἅπαξ ἐπισημανθῇ, διὰ τόδι· ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ταύτης αἱ φλέβες αἱ λοιπαὶ κακοῦνται καὶ μέρος τι ξυνισχναίνονται, ὡς τὸν μὲν ἠέρα δέχεσθαι, τοῦ δὲ φλέγματος τὸν κατάρροον μηκέτι ὁμοίως παραρρέειν· ἀσθενέστερα μέντοι τὰ μέλεα εἰκὸς εἶναι

11. Qui aetate parvula hoc morbo corripiuntur, plerumque intereunt, si copiosa et austrina fluxio accidat. Venae namque quum tenues exsistant, pituitam crassam et copiosam recipere nequeunt, sed refrigeratur et condensatur sanguis et hoc modo pereunt. Quodsi pauca fuerit et in utrasque aut alterius partis venas defluxionem fecerit, superstites evadunt nota ex morbo impressa relicta. Aut enim os detorquetur, aut oculus, aut cervix, aut manus, quacumque parte venula pituita repleta superata et extenuata fuerit. Hanc igitur venulam debiliorem esse; istamque corporis partem laesam viribus deficere necesse est; at vero in longius tempus plerumque iuvat; neque enim si semel notam ex morbo impressam habuerit, amplius morbo corripitur hac de causa. Venae reliquae necessario male afficiuntur, simulque quadam ex parte graciles efficiuntur, ita ut aërem quidem suscipiant et pituitae defluxio non amplius similiter affluat, venis tamen male affectis membra simili modo debilia esse par est. Quibus autem borealis et valde etiam

[1] παιδία om. — [2] πνεῦμα. — [3] πνεῦμα. — [4] ἀλλά. — [5] τά. — [6] παρασπᾶται. — [7] αὐτὸ τὸ φ. — [8] ὡς om.

τῷ ψύχεϊ.] τῷ ψυχρῷ θ. ι. Paulo inferius ἀναπνοίην e pluribus libris adnotat Littr. et e Marc. mihi annotatum est, et ex eodem σκεδασθῇ, quod Dietz. Littr. iam dederunt, hic autem in multis codd. vidit.

καὶ ἐφρόνησε.] Ita de meo scripsi pro plurali ἐφρόνησαν, quia in superioribus de aegro uno loquitur et ne coniungas cum αἱ φλέβες, quam rem in causa fuisse credo cur librarii hic plurale incauti invexerint.

11. ἢν πουλὺ τὸ ῥεῦμα ἐπιγ. καὶ νότιον ἔῃ.] Pro ῥεῦμα libri nonnulli πνεῦμα, unus φλέγμα. H. θ. Marc. omm. ἔῃ., pro quo ἐστί multi libri scripti et Aldus. Dein θ. ι. κ. ὑποδέχεσθαι pro παραδ.

ἢν δὲ ὀλίγον ἔῃ καὶ κ. τ. λ.] Sic permulti libri apud Littr. et Marcianus; vulgo ἐόν pro ἔῃ καί. In seqq. ἢ ἐς τὰς ἐπὶ θάτερα plures codd. Littréi et Marc. τά. — Pro seq. παρασπᾶται Littréus e θ. κ. dedit παρέσπασται, quod non praefero. Vulgo ἀπισχνωθῇ, sed ea est lect. varietas, ut alii ἐπισχνανθῇ legant, quod rursus corrigitur; e Marc. mihi excerptum est: „καὶ ἀπισχνωνθηι m. s. in m. suppl. Leg. ἀπισχνανθῇ." Utrumque fortasse in nostro ferri potest ἀπισχνόω et ἀπισχναίνω.

ἐς δὲ τὸν πλείονα χρ.] πλείω E. θ. λ. μ. Marc.; Ionismum ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ etiam Marc. habet.

ὡς τὸν μὲν ἠέρα δέχεσθαι κ. τ. λ.] ὥστε τὸν μ. ἠ cod. θ. Dein pro vulgato τὸν δὲ τοῦ φλεγμ. καταρρ. μηκέτι Marc. τοῦ δὲ φλεγμ. κ., uti H. Littréi, τοῦ δὲ φλεγμ. τὸν καταρρ. μηκέτι codd. θ. ι., quos sequor. Paulo post ἐπικαταρρέειν Littr. e θ. μ. pro vulgata, quam retineo, quum paulo post eodem verbo utatur noster et κατάρροον ἐπικαταρρέειν minus apte dicatur quam παραρρέειν, tum vero composita cum παρά nostro non sunt rara, παρίῃ iam occucurrit. Opportune ὁμοίως post μέντοι cum pluribus libris om. Littréus. Ionismum κακωθεισέων Marc. etiam praebet.

τῶν φλεβῶν κακωθεισέων. [1]Ὁκόσοισι δ' ἂν βόρειόν τε καὶ πάνυ ὀλίγον παραρρυῇ καὶ ἐς τὰ δεξιὰ, ἀσήμως περιγίγνονται· κίνδυνος δὲ ξυστραφῆναι καὶ ξυναυξηθῆναι, ἢν μὴ θεραπευθῶσι τοῖσι ἐπιτηδείοισι. [2]Τοῖσι μὲν οὖν παιδίοισι οὕτω γίγνεται, ἢ ὅτι τούτων ἐγγυτάτω.

ιβ'. Τοὺς δὲ πρεσβυτέρους οὐκ ἀποκτείνει, ὁκόταν ἐπιγένηται, οὐδὲ διαστρέφει· αἵ τε γὰρ φλέβες εἰσὶ κοῖλαι καὶ αἵματος μεσταὶ θερμοῦ, [3]διὸ οὐ δύναται ἐπικρατῆσαι τὸ φλέγμα, οὐδ' ἀποψῦξαι τὸ αἷμα ὥστε καὶ πῆξαι, ἀλλ' αὐτὸ κρατέεται καὶ καταμίγνυται τῷ αἵματι ταχέως· καὶ οὕτω παραδέχονται αἱ φλέβες τὸν ἠέρα καὶ τὸ φρόνημα ἐγγίγνεται τά τε σημήϊα τὰ προειρημένα ἧσσον ἐπιλαμβάνει διὰ τὴν ἰσχύν. [4]Τοῖσι δὲ πρεσβυτάτοισι ὁκόταν [5]ἐπιγένηται τοῦτο τὸ νόσημα, διὰ τοῦτο ἀποκτείνει ἢ παράπληκτον ποιέει, ὅτι αἱ φλέβες κεκένωνται καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον τέ ἐστι καὶ λεπτὸν καὶ ὑδαρές. Ἢν μὲν οὖν πουλὺ καταρρυῇ καὶ χειμῶνος [6]ἔῃ καιρὸς, ἀποκτείνει· ἀπέφραξε γὰρ τὰς ἀναπνοὰς καὶ ἀπέπηξε τὸ αἷμα, ἢν ἐπ' ἀμφότερα ὁ κατάρροος γένηται· ἢν δὲ ἐπὶ θάτερα μοῦνον, παράπληκτον ποιέει· οὐ γὰρ δύναται τὸ αἷμα ἐπικρατῆσαι τοῦ φλέγματος λεπτὸν ἐὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ὀλίγον, ἀλλ' αὐτὸ κρατηθὲν ἐπάγη, ὥστε ἀκρατέα εἶναι ἐκεῖνα καθ' ἃ τὸ αἷμα διεφθάρη.

ιγ'. Ἐς δὲ τὰ δεξιὰ μᾶλλον καταρρέει ἢ ἐς τὰ ἀριστερὰ, ὅτι αἱ φλέβες ἐνταῦθα ἐπικοιλότεραί εἰσι καὶ πλέονες ἢ ἐν τοῖσι ἀρι-

pauca pituita et in dextram partem affluxerit, ii citra notam ex morbo relictam supersunt, periculum tamen est ne cogatur et augeatur una cum illis, nisi accommodata curatio adhibeatur. Pueris igitur ista, aut his proxima accidunt.

12. Grandiores vero natu, cum supervenerit, neque interficit, neque contorquet. Nam et venae amplum habent cavum et sanguine calido refertae sunt, quapropter pituita superare non potest sanguinem, neque refrigeratum cogere, sed ipsa superatur et celeriter sanguini permiscetur; qua ratione venae aërem suscipiunt, et intelligentia oritur et propter virium robur signa prius commemorata minus prehendunt. Valde senes autem cum supervenerit hic morbus, ideo interficit aut parte aliqua resolutos reddit, quod venae iam vacuae redditae paucum sanguinem tenuem et aquosum continent. Si quidem igitur copiosa fluxio fuerit et hiems instet, interficit. Spiracula enim intercipit et sanguinem congelat, si in utramque partem defluxio fiat, sin vero in alteram partem tantum, parte quadam sideratum reddit. Neque enim sanguis tenuis cum sit, frigidus et paucus, pituitam superare potest, sed superatus ipse congelatur, ut proinde partes illae in quibus corruptus sanguis fuerit, ad motiones impotentes evadant.

13. In partem autem dextram magis quam in sinistram defluxio fit, quia venae ibi ampliores sunt et plures quam in sinistra parte; nam

[1] τελείοισί τε. — [2] in marg. τοῖς παιδίοις τοῖς μέσοις adnotatur. — [3] διότι οὐδὲ δ. — [4] in marg. τοῖς γηραιοῖς. — [5] solum γένηται. — [6] ᾖ.

ὁκόσοισι δ' ἂν βόρειον.] ὁκόσοισι δ' ἂν τελείοισί τε καὶ πάνυ ὀλίγον vulgata. Alterum illud Littr. e θ. μ., qui οἷσι δ' ἂν βόρειόν τε κ. τ. λ. — Est sane haec restitutio eiusmodi ut sine codd. non facile reperta fuisset.

12. ἀποκτείνει.] Aldina et quatuor codd. apud Littr. ἀποκτένει i. e. ἀποκτενεῖ.

διὸ οὐ δύναται ἐπικρατῆσαι.] Libri hic praebent has lectt.: vulgata διότι οὐδὲ δ. ἐ. Ald., multi codd. Parr., Marc. ὅτι οὐ δ. ἐ. cod. θ. ἃ οὐ δ. ἐ., cod. μ., si recte accipio Littréi adn., ἃ οὐδὲ δ. ἐ. — Editor Par. recepit ἃ οὐδὲ δ. ἐ., quod displicet, quia ἃ non habet, quorsum referatur; mihi pro vulgato διότι requiri videtur διό cum negatione οὐ.

ἐγγίγνεται τά τε σημήϊα.] γίνεται vulg., sed θ. ἐγγίνεται, μ. ἐγγίνεται. Codd. iidem σημεῖα legunt h. l. et paulo post τόδε τὸ ν. pro τοῦτο τὸ ν.

ἢν μὲν οὖν πουλὺ καταρρυῇ.] πουλύ Marc. Ionice. Paulo post in χειμῶνος ἔῃ καιρός postremas voces ἔῃ καιρός omm. θ., μ., Marc.; oratio sane sibi constat sive adscribas, sive non, sed vix credo insiticias esse.

ἀπέφραξε γὰρ τὰς ἀναπνοάς.] ἀπέφραξε θ. ι. ἀπέπνιξε vulg. Dubitare sane possis, quid verum sit, sed ἀπέπνιξε videtur a librariis datum esse propter sequens ἀναπνοάς.

ἐκεῖνα.] κεῖνα θ. μ.

13. ἐνταῦθα ἐπικοιλότεραί εἰσι.] In hisce ἐνταῦθα supplevi de meo, quippe aut hoc, aut simile quid aliud periit; vulgo εἰσὶ κοιλότεραι; exhibui vero codd. θ. μ. scripturam.

στεροῖσι· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥπατος τείνουσι καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ σπληνός. Ἐπικαταρρέει δὲ καὶ [1] ἀποτήκεται τοῖσι μὲν παιδίοισι μάλιστα, οἷσι ἂν διαθερμανθῇ ἡ κεφαλὴ ἤν τε ὑπὸ ἡλίου, ἤν τε ὑπὸ πυρὸς, καὶ ἐξαπίνης φρίξῃ ὁ ἐγκέφαλος· τότε γὰρ ἀποκρίνεται τὸ φλέγμα. Ἀποτήκεται μὲν γὰρ ἐκ τῆς θέρμης καὶ διαχύσιος τοῦ ἐγκεφάλου· ἀποκρίνεται δὲ ὑπὸ τῆς ψύξιός τε καὶ ξυστάσιος καὶ οὕτως ἐπικαταρρέει. Τοῖσι μὲν οὖν αὕτη ἡ πρόφασις γίγνεται, τοῖσι δὲ καὶ ἐπειδὰν ἐξαπίνης μετὰ βόρεια πνεύματα νότος μεταλάβῃ ξυνεστηκότα τὸν ἐγκέφαλον καὶ εὐσθενέοντα ἔλυσε καὶ ἐχάλασε ἐξαίφνης, ὥστε πλημμυρεῖν τὸ φλέγμα, καὶ οὕτω τὸν κατάρροον ποιέεται. Ἐπικαταρρέει δὲ καὶ ἐξ ἀδήλου φόβου γιγνομένου, ἢν [2] δείσῃ μὲν βοήσαντός τινος, ἢ καὶ μεταξὺ κλαίων μὴ οἷός τε ἔῃ τὸ πνεῦμα ταχέως ἀναλαβεῖν, οἷα γίγνεται παιδίοισι πολλάκις· [3] ὅ τι δ' ἂν τούτων αὐτῷ γένηται, εὐθὺς ἔφριξε τὸ σῶμα καὶ ἄφωνος γενόμενος τὸ πνεῦμα οὐχ εἵλκυσε, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἠρέμησε καὶ ὁ ἐγκέφαλος ξυνέστη καὶ τὸ αἷμα ἔστη καὶ οὕτως ἀπεκρίθη καὶ ἐπικατερρύη τὸ φλέγμα. Τοῖσι μὲν παιδίοισι αὗται αἱ προφάσιες τῆς ἐπιληψιός εἰσι

de iecore proveniunt, non de liene. Pueris autem maxime defluxio fit et eliquatur, quibus sive ex sole, sive ex igne caput concaluerit, ac dein derepente cerebrum inhorruerit, tunc enim pituita excernitur. Colliquescit enim calore et cerebri diffusione, frigore autem et concretione excernitur et sic defluxio fit. Haec igitur quibusdam causa est, quibusdam etiam cum post aquilonares ventos auster cerebrum accipiat concretum, ac validum subito solverit et laxaverit, ita ut pituita exundet et sic defluxionem faciat. Insuper etiam defluit e causa incognita, metu aliquo oborto, si vociferante aliquo terreatur, aut etiam cum plorat; si spiritum quidem cito recipere nequeat, qualia frequenter pueris accidunt. Ex quibus sane totum corpus inhorrescit, vox aegrum deficit et spiritum non attrahit, sed spiritus conquiescit et cerebrum concrescit et sanguis sistitur, sicque pituita excernitur et defluit. Ac pueris quidem hae per initia comitialis morbi causae sunt. Grandioribus autem natu hiems maxime est infensa; cum enim ad multum ignem caput et cerebrum concaluerit, dein ex frigore rigore correptus fuerit et ex frigore ad locum tepidum accesserit et iuxta ignem sederit, hoc idem etiam pa-

[1] ἐπικαταρρέει δὲ καὶ ἐξ ἀδήλου omissis intermediis versibus. — [2] δείσῃ μὲν ἢ β. — [3] ὅ τι ἂν ἀπὸ τούτων αὐτῶν γ.

ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥπατος τείνουσι καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ σπληνός.] In his cum Dietzio οὐκ recepi de coniectura praeeunte Grimmio. Lectio cod. θ. ὅτι ἀπὸ τοῦ ἥπατος (αἵματος μ. in eadem lect.) et scriptura καὶ pro καί in θ. sunt vitiosae: Littréus inde coniecit: ὅτι ἀπὸ τοῦ ἥπατος αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ σπληνός, sed basis, qua nititur coniectura, i. e. lectio codd. θ. μ., falsa est, nam ὅτι ibi ortum videtur e repetitione superioris in verbis ὅτι αἱ φλέβες κ. τ. λ. — Littréus intactum quidem reliquit locum in textu, sed ita difficultas non tollitur, neque enim τείνουσι ad alind subiectum referri potest quam ad αἱ φλέβες, quae eo loco non sunt omnes in corpore venae, sed αἱ ἐνταῦθα s. αἱ ἐς τὰ δεξιά.

οἷσι ἂν διαθερμανθῇ — καὶ ἐξαπίνης φρίξῃ.] Hic locus optime restitutus est a Littréo delendo e vulgato οἷσι δ' ἂν particulam δ', sive δέ et eximendo ἥν τε ante ἐξαπίνης. Ne verbulo quidem opus est, ut sentias veram esse emendationem.

τότε γὰρ ἀποκρίνεται τὸ φλέγμα.] καὶ τότε ἀποκρί τὸ φλέγμα vulg., etiam Marc., τότε γὰρ ἀ. Littr. cum θ. μ.

ἐκ τῆς θέρμης.] ἀπὸ τῆς θερμασίης θ. μ. — In seqq. ὑπὸ τῆς ψύξιος pro ἀπὸ τῆς ψ. scripsi cum θ. μ., nam ἀπό manifesto vitiosum est.

τοῖσι μὲν οὖν αὕτη ἡ πρ. γ.] De meo οὖν supplevi, quam particulam abesse aegre ferebam, quia ad ante dicta haec referuntur. In καὶ ἐπειδὰν θ. μ. ordinem invertunt ἐ. κ. legentes.

νότος μεταλάβῃ ξυνεστηκότα τὸν ἐγκ.] Rectissime sane Littr. h. l. recepit μεταλάβῃ ex θ. μ. pro ceterorum μεταβάλῃ, sed parum recte post μεταλάβῃ commate distinxit; est enim ξυνεστηκότα τὸν ἐγκ. obiectum transitivi μεταλάβῃ.

εὐσθενέοντα.] Vulgo ἀσθενέοντα; Littréus illud dedit e correctione in cod. H. Paulo post ἐξαίφνης omm. θ. μ.

πλημμυρεῖν.] πλημμύρειν Marc., vulgo πλημμυρεῖν, cuius formam Ionicam dedit Dietz.

ἢν δείσῃ μὲν βοήσαντός τινος, ἢ καὶ μεταξὺ κλαίων μὴ οἷός τε ἔῃ τὸ πνεῦμα τ. ἀναλ.] Vulgo δείσῃ μὲν ἢ βοησ. τ., pro quo tamen plures libri recte δείσῃ μέν, uti legit etiam Marc., sed codd. θ. μ. habent καὶ ἢν δείσῃ βοησ. Dedit Littr. ἢν δείσῃ βοησ.; mihi vero sine dubio ἢ ante βοησ. in vulg. abundare videtur, sed non video causam, cur μέν abiiciam. In ἢ καὶ μ. κλ. omittunt καί H. θ. μ. Marc.

ὅ τι δ' ἂν τούτων αὐτῷ γένηται.] Sic Littr. e θ. μ. Vulgo δ' abest et αὐτῶν legitur et γίνεται, pro quo alii libri γίνηται. Paulo inferius ἠρέμασε codd. θ. μ. et pro ἔστη iidem libri ἐστάθη.

αἱ προφ. τῆς ἐπιλ.] τῆς ἐπιληψίης θ. μ., e quibus dein ὁ ante χειμών supplevit Littr.

τὴν ἀρχήν. Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι [1]ὁ χειμὼν πολεμιώτατός ἐστι· ὅταν γὰρ παρὰ πυρὶ πολλῷ διαθερμανθῇ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν ἐγκέφαλον, ἔπειτα δ' ἐν ψύχεϊ γένηται καὶ ῥιγώσῃ [2]ἢ καὶ ἐκ ψύχεος εἰς ἀλέην ἔλθῃ καὶ παρὰ πυρὶ καθίσῃ, [3]τωὐτὸ τοῦτο πάσχει καὶ οὕτως ἐπίληπτος γίγνεται κατὰ τὰ προειρημένα. Κίνδυνος δὲ πολὺς καὶ ἦρος παθέειν [4]τωὐτὸ τοῦτο, ἢν ἡλιωθῇ ἡ κεφαλή· τοῦ δὲ θέρεος ἥκιστα, οὐ γὰρ γίγνονται μεταβολαὶ ἐξαπιναῖοι. Ὁκόταν δὲ εἴκοσι ἔτεα παρέλθῃ, οὐκ ἔτι ἡ νοῦσος αὕτη ἐπιλαμβάνει, ἢν μὴ ἐκ παιδίου ξύντροφος ἔῃ, ἀλλ' ἢ ὀλίγους ἢ οὐδένα· αἱ γὰρ φλέβες μεσταί εἰσι αἵματος, καὶ ὁ ἐγκέφαλος ξυνέστηκε καὶ ἐστὶ [5]στριφνὸς, ὥστε οὐκ ἐπικαταρρέει ἐπὶ τὰς φλέβας· ἢν δ' ἐπικαταρρυῇ, τοῦ αἵματος οὐκ ἐπικρατέει πολλοῦ ἐόντος καὶ θερμοῦ.

vel maxime cognoverit ex eo, quod cum iidem inter se contendant coram iisdem auditoribus, numquam in disputando idem ter ordine superior exsistit, sed modo hic vincit, modo ille, interdumque is, cui potissimum volubilis lingua et ad popularem auram accommodata contigerit. Quanquam par est eum, qui recte aliquid se de rebus sentire profitetur, semper in disputatione superiorem se praestare, si quidem quae vera sunt existimat eaque recte pronunciat. Sed illi quidem, ut mihi videtur, suis ipsorum quibus in disserendo utuntur verbis se ipsi prae imprudentia oppugnant, Melissi vero sententiam restituunt. Ac de his quidem hactenus.

β′. Τῶν δὲ ἰητρῶν οἱ μέν τινες λέγουσι, ὡς ὤνθρωπος αἷμα [9] μοῦνόν ἐστι, οἱ δ᾽ αὐτῶν χολήν φασι εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἔνιοι δέ τινες φλέγμα· ἐπίλογον δὲ ποιεῦνται καὶ οὗτοι πάντες τὸν αὐτόν· ἓν γάρ τι εἶναί [10] φασι, ὅ τι ἕκαστος αὐτῶν βούλεται ὀνομάσας, καὶ

2. At vero ex medicis hi quidem hominem sanguinem solum, alii bilem, quidam etiam pituitam esse affirmant. Atque ii omnes eandem afferunt ratiocinationem. Unum enim esse quid affirmant, quod eorum quisque appellare velit, atque id unum cum sit a calido et fri-

[1] οὐδέ om. — [2] τὸ δέ τις. — [3] οἱ ἄνθρωποι sine αὐτοί. — [4] τρεῖς. — [5] ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος π. ἐν τῷ αὐτῷ λ. — [6] καὶ τὸ δικ. — [7] τὸν φάντα ὀρθῶς. [8] λόγον ὀρθοῦν. — [9] οὐ μ. — [10] φασὶ τὸν ἄνθρωπον ὅτι ἕκαστος ἠθέλησεν ὀνομάσας αὐτέων καὶ τοῦτο.

Vere editor Par.: „il faut lire ὅτε ou ὁπότε." — Dein πάντες omm. libri 6. Littréi, qui χρέονται e Gal. edidit pro vulg. προσχρέονται. In fine periodi αὐτά om. A.

Γνοίη δ᾽ ἂν τῷδέ τις.] Sic vulg.; Littr. γνοίη δ᾽ ἄν τις τόδε secutus Gal. et cod. A., in quo alia manu ita scriptum, et alios tres. Equidem de vulg. non discedo, licet alteram lect. ferri item posse non ignorem; illud γάρ, quod sequitur, frequentissime in eiusmodi appositione, ut aiunt, usurpatur, quare credo potissimum vulgatam esse lect. antiquiorem.

ἄνδρες.] ἄνθρωποι codd. multi apud Littr. Paulo post vulgo ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, sed Littréus cum A. om. ἄνθρ.

περιγίγνεται ἐν τῷ λόγῳ.] π. ἐν τῷ αὐτῷ λ. vulgo, sed Littr. cum Gal., A., αὐτῷ om. In ποτὲ μὲν — ποτὲ δὲ — ποτὲ δέ, unus liber locis singulis ὁτέ et Lind., Mack.; τότε vero cod. A.

ἡ γλῶσσα ῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον.] In hisce Littr. ex A. ἐπιρρυεῖσα, sed huic composito hic locus non est; simplex hic congruum, uti in similibus dictionibus ὅλος ἐρρύη πρὸς αὐτόν et ἐπὶ τὸ ῥᾳότερον ῥυῆναι, quae apud Plutarch. v. c. leguntur.

καίτοι δίκαιόν ἐστι τὸν ἐπαγγειλάμενόν τι ὀρθῶς γιγνώσκειν.] Vulgo καί τοι δίκαιόν ἐστι τὸν φάντα ὀρθῶς γινώσκειν, sed φήσαντα codd. A. B. Lind. Verum „post γινώσκειν, inquit Littr., addunt ἐπαγγελλόμενόν τι E. K. J. δ. ε., Zuing. in marg. (ἐπαγγειλάμενον P.; sine τι Q.′). Certum est si φάντα, aut φήσαντα scripseris, illud additamentum in P.′ Q.′ otiosum esse. At est alia lectio pro φάντα aut φήσαντα, eaque praestantior, quare eam recepi.

ἀποφαίνεται.] Simili modo hoc medium occurrit apud Plat. Polit. IX. 580. B. ὥσπερ ὁ διὰ πάντων κριτὴς ἀποφαίνεται — καὶ σὺ οὕτω — κρῖναι.

σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν.] αὐτοὶ σφᾶς αὐτούς κ. Gal.; αὐτοὶ ἑωυτοὺς κ. cod. A., quem sequitur Littréus.

ἐπανορθοῦν.] Sic Gal., vulgo ὀρθοῦν. Non negligo Gal. in comm. p. 29. dicere τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦσιν, sed id mihi non certo indicio est, non ἐπανορθοῦν legisse Pergamenum in textu: quin hoc quum *instaurare* significet, optime congruere putavi et prae simplici ὀρθοῦν praestare. De Melisso vide prolegomena.

2. ὤνθρωπος.] Ita Littr. e C.; vulgo ὁ ἄνθρ., codd. A. et ε. articulum omnı.

χολήν φασι εἶναι τὸν ἄνθρωπον.] Gal. libro I. de elem. (vol. I. p. 439. Kühn.) οἱ μέν τινες λέγουσι ὡς ὁ ἄνθρωπος αἷμα μόνον ἐστὶ, οἱ δὲ αὐτῶν χολὴν, ἔνιοι δὲ φλέγμα, quo modo locum descripsit Baumhauer, quum φασὶ εἶναι τὸν ἄνθρωπον interpolatum esse putaret; quod neque mihi persuadet; vetat quominus ei fidem habeam accusativus χολήν. — Pro ἔνιοι dein cod. C. ἕτεροι. Pro ποιεῦνται paulo post ποιέονται A.

καὶ οὗτοι πάντες.] Sic recte Galeni Ed. Bas., non Kühn., et cod. A., unde Littr. exhibuit; vulgo καὶ αὐτοὶ πάντες.

ὅ τι ἕκαστος αὐτῶν βούλεται ὀνομάσας.] Sic Littr.

τοῦτο ἓν ἐὸν μεταλλάσσειν τὴν ἰδέην καὶ τὴν δύναμιν, ἀναγκαζόμενον ὑπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ γίγνεσθαι καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ λευκὸν καὶ μέλαν [1] καὶ παντοῖον· ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκέει ὧδε ἔχειν. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τοιαῦτά τινα [2] ἢ ὅτι ἐγγύτατα τούτων ἀποφαίνονται. Ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὥνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεε οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν [3] ὑφ' ὅτου ἀλγήσειε [4] ἓν ἐών· εἰ δ' οὖν καὶ ἀλγήσειε, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι· νυνὶ δὲ πολλά· πολλὰ γάρ [5] ἐστι ἐν τῷ σώματι [6] ἐνεόντα, ἃ, ὁκόταν [7] ὑπ' ἀλλήλων παρὰ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηταί τε καὶ ὑγραίνηται, νούσους τίκτει· ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ [8] ἡ ἴησις αὐτῶν ἐστί. Ἀξιῶ δ' ἔγωγε τὸν φάσκοντα αἷμα εἶναι μοῦνον τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν, δεικνύναι [9] αὐτὸ μὴ μεταλλάσσειν τὴν ἰδέην μηδὲ γίγνεσθαι παντοῖον, ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἢ τῆς ἡλικίης [10] τῆς τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἐνεὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· εἰκὸς γὰρ εἶναι μίαν [11] γέ τινα ὥρην, [12] ἐν ᾗ φαίνεται [13] αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ ἐνεόν· τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος [14] φλέγμα μοῦνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ περὶ τοῦ χολὴν φάσκοντος. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω

gido coactum formam ac facultatem mutare dulceque et amarum et album et nigrum fieri, vel multiplex. At haec aliter se habere mihi videntur. Plurimi igitur talia quaedam aut his proxima pronunciant. Ego autem sic sentio, quodsi homo unum esset, neutiquam doleret; neque enim esset, cum unum exsistat, a quo doleat. Quodsi etiam doleat, necesse est et quod medetur unum esse. At nunc plura habentur, si quidem multa insunt in corpore, quae cum mutuo inter se praeter naturam calescunt et refrigerantur, siccanturque et humectantur, morbos pariunt. Ex quo multae quidem sunt morborum formae et multiplex quoque eorum curatio exsistit. At mea quidem sententia is qui dicit sanguinem solum esse hominem, neque quidquam aliud, ostendere deberet hunc neque formam mutare, neque multiplex fieri, sed tempestatem aliquam anni, vel aetatem hominis, in qua sanguinem solum in homine inesse appareat. Consentaneum enim rationi videtur, ut unum aliquod tempus sit, quo illum per se unum in eo exsistere constet. Eademque censeo de eo etiam, qui pituitam, et de eo, qui bilem esse asseverat. Nam ego quaecumque hominem esse dixero, ea et pro solita lege et pro rerum natura tam in iuvene quam sene,

[1] καὶ πᾶν τοιόν τι ἄλλο. — [2] καὶ ἔτι ἐγγ. — [3] ὑπό του. — [4] ἓν — ἀλγήσειε om. — [5] εἰσι. — [6] ἐόντα. — [7] ἀπ'. — [8] ἡ om. — [9] αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα. — [10] τῆς om. — [11] γε om. — [12] ἐν om. — [13] αὐτῷ ἐν ἑωυτῷ ἓν ἐόν. — [14] χολὴν εἶναι καὶ περὶ τοῦ φ. φλέγμα εἶναι.

cod. A.; vulgo: ὅ τι ἕκαστος ἠθέλησε ὀνομάσας αὐτέων. — In sequenti ἓν ἐὸν μεταλλ. cod. A. om. ἓν ἐόν.

καὶ γλυκύ.] Copulam hic om. A. idemque liber et C. omm. τι ἄλλο post παντοῖον in vulgato παντοῖόν τι ἄλλο, quod minus recte habet et ortum puto e vera lect. παντοῖον confusa cum falsa alia πᾶν τι ἄλλο.

ἐμοὶ δὲ οὐδὲ κ. τ. λ.] Cod. A. ἐμοὶ δὲ οὐδέν τι δοκ. ταῦτα οὕτως ἔχειν.

ἢ ὅτι ἐγγύτατα τούτων.] Vulgo καὶ ἔτι ἐγγύτατα τούτων, in qua lect. ἔτι om. A.: sed manifesto in καὶ ἔτι latet ἢ ὅτι, nam est formula, qualis ἢ ταῦτα ἢ τοιαῦτ' ἄλλα apud Platonem.

εἰ ἓν ἦν ὥνθρ.] Sic A., ὁ ἄνθρ. ceteri.

ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον.] Quatuor libri hic δὲ καί, indicio, quam tuto δέ liceat delere ubi, sit licet in libris omnibus, otiose legatur.

ἐν τῷ σώματι ἐνεόντα.] Sic Littr. e Gal. et A., ἐόντα vulgo. — Brevi post in καὶ ξηραίν. copulam om. Gal.

αἷμα κ. τ. λ.] Vulgo αἷμα εἶναι μόνον τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν, δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μηδὲ γίνεσθαι παντοῖον. Sed αἷμα μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν εἶναι δεικνύειν αὐτὸν μήτε ἀλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μήτε γίνεσθαι π. cod. A.; μή ante ἀλλάσσ. om. cod. unus Littréi eademque res apud Foës. memoratur. Equidem in his sensum sanum non inesse contendo: primum αὐτόν absurdum est, neque enim sermo est de homine, qui fiat παντοῖος, sed de humore, de sanguine; itaque αὐτό repono simulque μεταλλάσσοντα in μεταλλάσσειν muto; nam aut quod dedi requirit sermonis cursus, aut δεικνύναι αὐτὸ μὴ μεταλλάσσον τὴν ἰδέην γίγνεσθαι παντοῖον, quod si malis, per me eo uti licebit. — Lectio dein nonnullorum librorum ἄλλην ὥρην apud Zuing., Littréum, notata nullius est pretii.

ἡλικίης τῆς τοῦ ἀ.] τῆς ex A. addidit Littr.

μίαν γέ τινα.] Sic Gal.; vulgo γε abest.

αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ.] Ita vulgatum ἐν ἑαυτῷ correxit Baumhauer, Littr. contulit § 4. verba ὁκόταν τι τούτων χωρισθῇ καὶ ἐφ' ἑωυτοῦ στῇ. Vulgata orta est e lectione αὐτὸ ἐν αὐτῷ, sed quae non praestat prae correctione illa.

φλέγμα μοῦνον.] Sic A.; Littr.; cett. μοῦνον omm.

τοῦ χολὴν φάσκοντος.] εἶναι e solo A. addidit Littr. post φάσκοντος.

ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι [1] καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν, [2] ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἐόντα ὁμοίως καὶ νέου ἐόντος καὶ γέροντος καὶ τῆς ὥρης ψυχρῆς ἐούσης καὶ θερμῆς, καὶ τεκμήρια παρέξω καὶ ἀνάγκας ἀποφανῶ, δι' ἃς ἕκαστον αὔξεταί [3] τε καὶ φθίνει ἐν τῷ σώματι.

γ'. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγκη τὴν γένεσιν γίγνεσθαι μὴ ἀφ' ἑνός· πῶς γὰρ ἂν ἕν γ' ἐόν τι γεννήσειε, εἰ μή [4] τινι μιχθείη; [5] ἔπειτα δέ, ἐὰν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν, γέννα οὐδ' ἂν οὕτω ἡμῖν ξυντελέοιτο. Καὶ πάλιν εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου πουλὺ προέξει καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. Ὥστε πῶς εἰκὸς ἀπὸ ἑνός τι γεννηθῆναι, ὅτε γε οὐδ' ἀπὸ τῶν πλειόνων γεννᾶται, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τῆς κρήσιος τῆς πρὸς ἄλληλα; Ἀνάγκη τοίνυν τῆς φύσιος τοιαύτης ὑπαρχούσης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἕκαστον τῶν ξυμβαλλομένων ἐς τὴν γένεσιν ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι, οἵηνπερ [6] ξυνεβάλετο. Καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀποχωρέειν ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου,

tum tempore tam calido quam frigido semper similia inesse demonstrabo. Tum indicia etiam proferam et causas aperiam, ex quibus necessario unumquodque in corpore auctionem et imminutionem accipit.

3. Primum quidem igitur generationem non ab uno fieri necesse est. Quonam enim pacto unum cum est aliquid generabit, nisi cum aliquo misceatur. Deinde vero, nisi eiusdem generis sint, quae miscentur, eandemque facultatem obtineant, neque ita nobis generatio efficeretur. Ac rursus nisi calidum cum frigido et siccum cum humido moderate et aequabiliter inter se respondeant, sed alterum altero et valentius imbecilliore longe excellat, nulla generatio futura est. Quocirca quomodo rationi consentaneum fuerit ut quid ab uno generetur, cum ne a pluribus quidem generetur, nisi probe mutua inter se temperie conveniant? Cum igitur eiusmodi sit natura cum reliquorum omnium tum hominis, non unum esse hominem necesse est, sed eorum unumquodque, quae ad generationem conferunt, talem quandam in corpore vim, qualem contulit, obtinere. Rursusque cum homo interit, singula in suam naturam secedere necesse est, humidum nempe

[1] καὶ om., tum τὸν ν. et τὴν φ. — [2] εἰ ταῦτα ἐόντα ὅμοια. — [3] τε om. — [4] τι. — [5] ἔπειτα δὲ ἂν μὴ ὁμοφ. — [6] ξυνεβάλλετο.

καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν.] Prius καί omm. Ald. et libri 4. Parr. — Vulgo τὸν νόμον et τὴν φύσιν, sed Lind. articulos omisit, fortasse quia apud Foës. vol. II. p. 1312. ex Aristotele locus citatur, in quo sine articulo dictio illa reperitur, cuiusmodi quid e Plat. citat Baumh. p. 89. cf. § 5. infra initio.

3. πρῶτον μὲν οὖν ἄν.] οὖν non pauci codd. Dein τὴν γένεσιν αὐτέου Gal., Lind., Mack. codd. quatuor Littréi: eademque lectio iam a Foësio memorata est.

πῶς γὰρ ἂν ἕν γ' ἐόν τι γ.] ἄν in vulg. abest, sed e multis libris exhibuit Littr.

εἰ μή τινι μιχθείη.] τι Ald., septem codd. Littréi, cf. lect. V.

ἔπειτα δέ, ἐὰν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν, γέννα οὐδ' ἂν οὕτω ἡμῖν ξυντελέοιτο.] Vulgo: ἔπειτα οὐδέ, ἂν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν γεννᾷ, οὐδ' ἂν ταῦτα (τὰ αὐτὰ Gal.) ἡμῖν ξυντελέοιτο. Cod. A. initio εἴ που δ' ἐάν, tum om. ταῦτα sive τὰ αὐτά ante ξυντελέοιτο. Gal. in comm. de loci obscuritate queritur; Littréus eum id non facturum fuisse perhibet, si sub finem loci ταῦτα, non τὰ αὐτά legisset. Edidit autem hic: ἔπειτα οὐδ' ἐὰν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν γεννᾷ, οὐδ' ἂν ταῦτα ἡμῖν ξυντελέοιτο. Equidem Galenum recte de loco iudicavisse arbitror, recte etiam codicis A. descriptorem vidisse ταῦτα non recte scribi; sed praeterea duplex οὐδέ offendit. quorum prius ego cum cod. V. omisi; possis iam ἄν, possis ἐάν scribere, — ego hoc cum Littréo dedi. Sed quid γεννᾷ? Credo in eo γέννα latere; pro ταῦτα credidi οὕτω esse legendum; ita demum scripta periodus recte sibi constat.

καὶ πάλιν εἰ μή.] Cod. B. Par. pro his εἰ γὰρ μή, quae lectio falsa correctio esse videtur. Porro vulgo θάτερον, θατέρου, sed ego codd. A. B. sequor.

ὅτε γε οὐδ' ἀπὸ τῶν πλειόνων γεννᾶται.] ὅπου γε Gal. codd. E. Q.', Zuing. in m., Lind., Mack. — Cod. A. om. γε.

καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.] πάντων h. l. A.

ἔχειν τινὰ δύναμιν — οἵηνπερ ξ.] Vulgo τινά, sed Littr. cum A. τήν, quod saltem non praestat. Vulgo dein ξυνεβάλλετο, sed cum Littréo Galenum sum secutus.

ἀποχωρέειν.] ἀναχωρέειν A., sed, quum πάλιν antecedat, non praefero.

τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου.] Vulgo τοῦ om.; sed Gal. A. C. Littr. τελευτῶντος τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου. Equidem τοῦ σώματος librariis deberi puto.

τό τε ὑγρὸν [1] πρὸς τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρὸν καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν. Τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζῴων ἐστὶ ἡ φύσις καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· γίγνεταί [2] τε ὁμοίως πάντα καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα· ξυνίσταταί [3] τε γὰρ αὐτῶν ἡ φύσις ἀπὸ τούτων τῶν προειρημένων πάντων καὶ [4] τελευτῶν κατὰ τὰ εἰρημένα [5] ἐς τωὐτὸ, ὅθεν περ ξυνέστη ἕκαστον, ἐνταῦθα οὖν καὶ ἀπεχώρησε.

ad humidum, siccum ad siccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum. Talis autem tum animantium, tum reliquarum omnium rerum est natura; oriunturque similiter omnia ac similiter occidunt. Eorum enim natura ex praedictis omnibus componitur, ac tandem, ut praedictum est, unumquodque eorum abire solet ad idem illud, unde fuit compositum.

δ΄. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν [6] ξανθήν τε καὶ μέλαιναν καὶ ταῦτά ἐστι αὐτῷ ἡ φύσις [7] τοῦ σώματος καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. Ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, [8] ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιός τε καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστα [9] μεμιγμένα ᾖ· ἀλγέει δὲ ὁκόταν τι τούτων ἔλασσον ἢ πλέον ᾖ, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι καὶ μὴ κεκρημένον ᾖ τοῖσι ξύμπασι. Ἀνάγκη γὰρ, ὁκόταν τι τούτων χωρισθῇ καὶ ἐφ᾽ ἑωυτοῦ [10] στῇ, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον, ἔνθεν ἐξέστη, ἐπίνοσον γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ, ἔνθα ἂν στῇ καὶ ἐπιχυθῇ, ὑπερπιμπλάμενον ὀδύνην τε καὶ [11] πόνον παρέχειν. Καὶ γὰρ ὁκόταν τι τούτων ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις. [12] Ἤν τ᾽ αὖ πάλιν ποιήσηται ἔσω τήν τε κένωσιν καὶ τὴν μετά-

4. Hominis autem corpus in se sanguinem et pituitam et bilem flavam et nigram continet, ex quibus corporis ipsius natura constat; et per haec dolet et sanum est. Sanum quidem vel maxime, cum haec moderatam inter se tum facultate tum copia temperationem habuerint, et maxime sint permixta. Dolet autem, ubi horum quidquam vel minus, vel copiosius fuerit, aut in corpore separatum, nec reliquis omnibus contemperatum. Cum enim horum aliquid secesserit et per se constiterit, necesse est non solum locum, ex quo excessit, morbo tentari, sed eum etiam, in quo constitit et in quem nimia copia affluxerit, dolore et labore vexari. Nam si quid horum amplius quam redundantia requirat extra corpus effluat, evacuatio ipsa dolorem exhibet. Sin contra intro vacuationem et transitionem et ab aliis secretionem fecerit, duplicem sane dolorem, velut

[1] προσχωρῆσαι ἐς τὸ ὑ. — [2] τε om. — [3] τε om. — [4] τελευτᾷ cdd. — [5] εἰς τὸ ἑωυτό. — [6] διττὴν. ἤγουν ξ. τε καὶ μ. — [7] τοῦ σώματος om. — [8] ὅταν. — [9] ἣν μεμ. sine ᾖ. — [10] μὴ στῇ ἔνθέν τε ἐξέστηκεν οὐ μ. τ. τ. χ. νοσερὸν γίνεται. — [11] πόνους. — [12] κἢν ταῦτα πάλιν ποιησ.

πρὸς τὸ ὑγρόν.] Lectionem, quam e V. notavi, e multis libris citat Littr. et Lind., Mack. receperunt. Si quid eiusmodi velis, dandum erit τό τε ὑγρὸν χωρῆσαι πρὸς τὸ ὑγρὸν κ. τ. λ., quo si uti malis, per me licebit.

καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.] Sic Gal. et tres libri apud Littr.; vulgo in his πάντων.

ξυνίσταταί τε γάρ.] τε e solo A. interposuit Littr.

καὶ τελευτῶν κατὰ τὰ εἰρ. ἐς τωὐτό κ. τ. λ.] In his ἐς τωὐτό de suo Baumh., quod dein in cod. C. reperit Littr, vulgo εἰς τὸ ἑωυτό, A. ἐς τὸ αὐτό. — Verum omnes τελευτᾷ, quomodo si scribas, periodus impedita est. Credo autem τελευτᾷ a librariis esse invectum, quod non videbant iungendum esse, ἐς τωὐτὸ ἀπεχώρησε, neque enim puto te offensurum οὖν eo loco positum in tali modo composita sententia.

4. καὶ χολὴν ξ. τε καὶ μ.] Vulgatam e V. notavi; locum cum Littréo ita descripsi, qui ἤγουν in s. om. vidit et διττὴν ἤγουν abesse in A. C. et apud Gal. de plac. Hipp. et Pl. VIII. 4. — Dein pro vulg. ταῦτ᾽ ἐστι Gal., Mack. A. ταῦτά ἐστι. Seq. αὐτῷ in nonnullis exempl. apud Foës. om. — Ut in V., ita in quibusdam Parr. τοῦ σώμ. abest. — Cod. A. δι᾽ αὐτὰ ἀλγέει.

ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα.] ὅταν multi codd.; ταῦτα om. B. χρήσιος non est Galeni lectio, sed error typogr.; in Gal. Bas. recte κρήσιος. — Post κρήσιος intuli τε cum Lind., Baumh.

καὶ μάλιστα μεμ. ᾖ.] καὶ ἣν μ. μεμ. ᾖ vulg., Littr. ἣν om. cum A., in quo ει al. m. restituitur. Gal. μέν pro ἣν in cit., nec tamen hoc legit, nam p. 61. comm. (Kühn,) citat vulgatam. In fine ᾖ in J. omittitur, ut in V.

τοῖσι ξύμπασι.] τοῖσι πᾶσι A.

ἀλλὰ καὶ τὸ, ἔνθα ἂν στῇ καὶ ἐπιχυθῇ.] De meo τό adieci. Vulgo στῇ καί abest; Gal. id fert, sed ἄν om.; Cod. A. locum habet, qualem descripsi. Credo voculas additas potius e vulg. excidisse, quam apud alios additas esse ab aliena manu.

ὑπερπιμπλάμενον.] Gal. ὑπερεκπιμπλ. et in cit. ὑπερεμπιμπλ.; credo omnino ὑπερεμπιπλάμενον eum voluisse, quo si uti malis, non adversabor.

καὶ γὰρ ὁκόταν.] Sic Gal., unus cod. Littréi, ὅταν cett.

ἥν τ᾽ αὖ πάλιν ποιήσηται ἔσω τήν τε κένωσιν καὶ τὴν μεταστ.] Vulgo ἣν ταῦτα πάλιν, sed cum V. in hac lect.

στασιν καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν ἄλλων, πολλὴ αὐτῷ ἀνάγκη διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθεν τε ἐξέστη καὶ ἔνθα ὑπερέβαλε.

ε'. Εἶπον δὴ, ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφανεῖν αἰεὶ ταὐτὰ ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν· φημὶ δὲ εἶναι αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. Καὶ τούτων πρῶτον μὲν κατὰ [1]νόμον τὰ οὐνόματα διωρίσθαι φημὶ καὶ οὐδενὶ αὐτῶν [2]τωὐτὸ οὔνομα εἶναι, ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐδὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. Πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτα ἀλλήλοισι, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὁμοῖα [3]φαίνεται προσορώμενα, οὔτε τῇ χειρὶ ψαύοντι ὁμοῖα δοκέει εἶναι; οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶ, οὔτε ψυχρὰ, οὔτε ξηρὰ, οὔτε ὑγρά. Ἀνάγκη τοίνυν, ὅτε τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τὴν ἰδέην τε καὶ τὴν δύναμιν, μὴ ἓν αὐτὰ εἶναι, εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ [4]ἕν τε καὶ ταὐτόν ἐστι. Γνοίης δ' ἂν τοῖσδε, ὅτι οὐχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶ, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν ἑωυτοῦ· ἢν γάρ τινι διδῷς ἀνθρώπῳ φάρμακον ὅ τι φλέγμα ἄγει, ἐμέεταί σοι φλέγμα, καὶ ἢν διδῷς φάρμακον ὅ τι χολὴν ἄγει, ἐμέεταί σοι χολήν. Κατὰ [5]ταὐτὰ δὲ καὶ [6]χολὴν

dictum est, ut concitet necesse est et unde excessit, et ubi redundat.

5. At sane dixi quaecumque hominem esse affirmavero, ea me semper eadem esse et pro instituto et pro natura demonstraturum; assero autem sanguinem esse et pituitam et bilem tum flavam tum nigram. Atque horum quidem primum nomina instituto distincta esse assevero nullique ipsorum idem esse nomen inditum; deinde natura formas discrepare, neque pituitam ullo modo similem esse sanguini, neque bili sanguinem, neque pituitae bilem. Quaenam enim eorum inter se similitudo esse possit, quae neque colore ad visum, neque ad manum illi qui attingit similia esse videntur, cum neque consimiliter calida, nec frigida, nec sicca, neque humida exsistant! Itaque cum tantum inter se tum forma, tum facultate differant, ea non unum esse necesse est, si quidem neque ignis et aqua idem sunt. Ex his autem tibi constabit, quod haec omnia unum non sint, sed suam quodque ipsorum facultatem et naturam obtineat. Si nempe alicui medicamentum exhibueris quod pituitam educat, pituitam tibi vomitione reddet, et si medicamentum, quod bilem ducat, exhibeas, bilem tibi evomet. Eadem quoque ratione bile atra purgatur, si

[1] τὸν νόμον. — [2] τὸ αὐτό. — [3] φαίνονται. — [4] ἕν τε om. — [5] ταῦτα. — [6] χολὴν μέλαιναν καθαίρει.

κήν fuit scriptum. Gal.: ἥν τ' αὖθις ἔσω π. Lind. ἥν τ' αὖ ταῦτα π. sed cum Littréo cod. A. sequor. Advertit Gal. in cit. κίνησιν habere, quod tamen non legit, quum comm. scriberet. Cum multis Parr. τήν τε scripsi; vulgo τε om. Pro ὑπερέβαλε in fine loci C. ὑπερβάλλει.

5. εἶπον δὴ — μέλαιναν.] A. εἰπὼν δέ, itemque Gal. l. l. de plac. Hipp. et Pl. 5: — Pro αἰεὶ ταῦτα ἐόντα vulgatae e Zuing. m. Littréus αἰεὶ ταὐτὰ ἐόντα: nempe noster h. l. respicit § 2. in fine. — In φημὶ δέ secutus sum cod. A. et Gal. l. l. et cod. C., qui δ' habent pro vulgato δή. Ac δή quidem congrueret cum lect. εἰπὼν δέ initio loci, sed si locum ita descriptum tibi fingas et persequaris, vides neque illic εἰπὼν δέ, neque hic φημὶ δή convenire cum universae periodi sensu, quippe ante iam dixit, quod nunc repetit de hominis elementis.

καὶ τούτων — φλέγματι.] καί om. Gal. l. l.; τὸν νόμον vulgo, sed articulum omm. Gal. et septem libri Littréi, Lind., Mack.: καί ante τὰ οὐνόματα addunt cod. B. Lind., Mack. Τωὐτό C., Gal. pro vulg. τὸ αὐτό, cod. B. καί hic etiam habet ante κατὰ φύσιν. Porro ἔοικε τῷ αἵματι οὔτε τῷ αἵματι χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλ. A.; postrema tamen arguunt lectionem soli librariorum socordiae deberi.

πῶς γὰρ ἂν — ὑγρά.] Pro ψαύοντι codd. quinque apud Littr. ψαυόμενα; Gal. l. l. ψαυούσῃ. Neutrum prae vulgata praestat.

ἀνάγκη — ταὐτόν ἐστι.] In his ὅτε e multis codd. et Gal. Littréus pro vulgato ὅτι; — illud ἕν τε, quod in vulg., ut in V. abest, Littr. e Gal. recepit, quod Mack. item fecerat.

Γνοίης — χολήν.] In his ἀλλὰ ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν αὐτὴν ἕκαστον cod. B., αὐτῶν om. A.; — εἰ γάρ τι διδοίης idem cod.; — ἀπεμέεταί σοι φλ. Gal. et B., nisi quod hic contracte ἀπεμεῖται. — In fine χολή scripsit Littr. e 5. codd. et e Gal., ut ait; sed in Basil. Ed. Gal. χολήν lego, quod hic solum recte habet, nam ἐμέεται futurum est et transitivum.

κατὰ ταὐτὰ — αἷμα.] Vulgo χολὴν μέλαιναν καθαίρει, — cod. A. χολὴ μέλαινα καθαίρεται, quod. Littr. recepit. Neutra lectio tamen recte habet et scriptum fuit quod dedi, sed librarii non videntes χολὴν καθαίρεται hic poni, sicuti Herod. I. 43. ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον dicit, e

μέλαιναν καθαίρεται, ἣν διδῷς φάρμακον ὅ τι χολὴν μέλαιναν ἄγει· καὶ ἢν τρώσῃς [1] αὐτῷ τοῦ σώματος μέρος τι ὥστε [2] ἕλκος γενέσθαι, ῥυήσεται αὐτῷ αἷμα. Καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πᾶσαν ἡμέρην καὶ νύκτα καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος, μέχρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν ἐς ἑωυτὸν καὶ πάλιν [3] μεθιέναι, δυνατὸς δὲ ἔσται ἔστ' ἄν τινος τούτων στερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων. Ξυγγέγονε δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα· πῶς γὰρ οὐ ξυγγέγονε; Πρῶτον μὲν γὰρ [4] φανερός ἐστι ὤνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα αἰεὶ ἕως ἂν ζῇ, ἔπειτα [5] δὲ γέγονε ἐξ ἀνθρώπου ταῦτα πάντα ἔχοντος, [6] τέθραπταί τε ἐν ἀνθρώπῳ ταῦτα πάντα ἔχοντι, ὁκόσα ἔγωγε νῦν φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι.

ϛ'. Οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἕν ἐστι [7] ὤνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι· ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὰ φάρμακα καὶ ἀπολλυμένους ἐν τῇσι [8] ὑπερκαθάρσισι, τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς [9] δέ τινας φλέγμα, τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν [10] ἐνόμισε εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅ τι καθαιρόμενον εἶδον αὐτὸν ἀποθανόντα· καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι τὸν ἄνθρωπον τῇ αὐτῇ γνώμῃ χρέονται· ὁρέοντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τοῦ σώματος, τοῦτο νομίζουσι εἶναι τὴν ψυχὴν [11] τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ μαρτυρίοισι τούτοισι πάντες χρέονται ἐν τοῖσι λόγοισι. [12] Καίτοι τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇσι ὑπερκαθάρσισι [13] οὐδείς πω ἀπέθανε χολὴν

medicamentum praebeas, quod bilem atram agat. Ac si aliqua corporis parte vulnus illi infligas, sanguis ei effluet. Atque haec omnia tibi usu venient semper, tam interdiu quam noctu et hieme quam aestate, quoad spiritum ad se trahere vicissimque reddere valebit. Valebit autem donec aliquo ex his, quae illi sunt connata, privatus fuerit. Sunt autem quae diximus connata. Qua enim ratione connata non sint? Cum primum quidem haec omnia homo, quoad vita fruitur, semper in se manifesto contineat, deinde ex homine natus sit haec omnia obtinente et in homine nutritus sit, ista omnia, quae nunc quidem assevero et demonstro, habente.

6. Qui vero unum esse hominem asserunt, ii mihi in hanc opinionem venisse videntur, quod ex iis, qui epotis medicamentis per nimias purgationes interiissent, hos quidem bilem, illos pituitam evomere conspicati, horum unumquodque hominem esse existimarunt, in cuius purgatione eum morientem viderunt. Eadem etiam ratione nituntur qui sanguinem esse hominem asseverant, cum iugulatis hominibus manantem ex corpore sanguinem conspicati eum hominis animum esse existimant, et hisce argumentis omnes inter disserendum utuntur. Quamquam primum quidem in immodicis purgationibus sola evacuata bile nullus umquam mortuus est. Verum epoto medicamento, quod bilem ducat,

[1] αὐτῷ. — [2] τραῦμα. — [3] μεθίεται ἢ δυν. ἔσται. — [4] φανερόν ἐστι ὁ ἄνθρ. — [5] δέ om. — [6] ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀ. — [7] ἄνθρ. — [8] καθάρσεσι. — [9] δέ abest. — [10] ἐνόμισαν. — [11] ἐν τῷ ἀ. — [12] καὶ πρότερον μὲν ἐν. — [13] οὐχεῖς πω.

passivo effecerunt καθαίρει. Vicina docent καθαίρεται ad ipsum hominem esse referendum. — Inter vulgatum αὐτῷ τοῦ σώματος μέρος τι et αὐτοῦ τοῦ σ. μ. τι., quod ex A. B. E. recepit Littr., non multum interest, nec tamen dubium quin dativus potius quam genitivus pronominis sit ab auctoris manu. — Tandem ἕλκος opportune praebuit Littréo A. pro vulgato τραῦμα.

καὶ ταῦτα — ξυγγεγονότων.] ἡμέρην τε καὶ νύκτα Gal., Mack., Baumh., cum Littréo τε h. l. omittere praestat. Item Gal. τε καὶ θέρεος, quod Baumh. quoque recepit. — Permulti codd., μεθίεται οἱ δυνατὸς ἔσται, sed. A. in ea lectione ἢ pro οἱ, uti Voss.

πρῶτον μὲν γὰρ — ἀποδείκνυμι.] γάρ recepi e Galeni lect. πρῶτον μὲν γὰρ φανερῶς; vulg. γάρ non habet et φανερόν legit, sed φανερός A. B. Mack., Baumh., Littr.; — ὤνθρ. ex A. C. Littr. pro vulg. ὁ ἄνθρ.; — pro αἰεί A. B. ἰδεῖν, in quo ἴδια latere putat Littr.; fortasse ἰδεῖν ex ipso αἰεί natum confusis A et Δ. — In ἔπειτα δέ Littr. δέ dedit, e Gal. A. C.; — vulg. dein ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ, ταῦτα π. ἔχοντι, — sed cum Littr. cod. A. sequor.

6. οἱ δὲ λέγοντες — ἐν τοῖσι λόγοισι.] In his ὤνθρ. Littr. ex A. C.; dein A. δοκεῦσι et χρῆσθαι pro κεχρ. A. C.; — τοὺς πίνοντας ἀνθρώπους τὰ φ. A., τά ante φ. om. C.; — τοῦτο δὲ ἕκαστον αὐτῶν A.; idemque liber ὅτι καὶ καθαιρόμενον, ac dein τοιαύτῃ γνώμῃ χρῶνται ὁρῶντες. Quo loco ὁρέοντες γὰρ ἀποσφ. Lind., Mack., τῷ ἀνθρ. A. Littr. ἐν τῷ ἄνθρ. cett., cf. Voss. lectt.; — τούτοισι χρῶνται A. omisso πάντες.

καίτοι — καθαρόν.] Vulg. καὶ πρῶτον μέν; cum Littréo sequor cod. A.; Vossiani lectionem multi Parr. habent; — χολὴν μοῦνον A. C. μόνον vulg., μούνην Gal., ἐμέειν pro vulg. ἐμέσει multi libri et Gal.; alii dudum receperunt. Dedi

μοῦνον καθαρθείς· ἀλλ' ὁκόταν τις πίῃ φάρμακον ὅ τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν [1]ἐμέει, ἔπειτα [2]δὲ καὶ φλέγμα· ἔπειτα δὲ ἐπὶ [3]τούτοισι ἐμέουσι χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενοι, τελευτῶντες δὲ αἷμα ἐμέουσι καθαρόν. [4]Τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσι καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων· πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσι, ἔπειτα χολὴν ξανθήν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρόν· καὶ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσι. Τὸ γὰρ φάρμακον, ὁκόταν ἐσέλθῃ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει ὃ ἂν αὐτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει, [5]ὥσπερ τὰ φυόμενά τε καὶ σπειρόμενα, ὁκόταν ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν [6]αὐτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ· ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ καὶ πικρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ἁλμυρὸν καὶ παντοῖον· πρῶτον μὲν οὖν πλεῖστον τούτου εἵλκυσε ἐς ἑωυτό, ὅ τι ἂν ᾖ [7]αὐτῷ κατὰ φύσιν [8]μάλιστα, ἔπειτα δὲ ἕλκει καὶ τὰ ἄλλα. Τοιοῦτον δέ τι καὶ τὰ φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι· ὁκόσα γὰρ τὴν χολὴν ἄγει, πρῶτον [9]μὲν ἀκρητεστάτην ἐκάθηρε [10]τὴν χολήν, ἔπειτα δὲ μεμιγμένην· καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει, ἔπειτα δὲ μεμιγμένον· καὶ τοῖσι ἀποσφαζομένοισι πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥέει θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον, ἔπειτα δὲ ῥέει φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον.

ζ'. Αὔξεται δ' ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ μὲν φλέγμα [11]τοῦ χειμῶνος· τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι

primum sane quis bilem vomitione refundet, mox etiam pituitam; dein vero per vim bilem atram, sub mortem vero sanguinem etiam purum evomunt. Idem quoque accidit ex medicamentis pituitam ducentibus. Primum enim pituitam evomunt, mox bilem flavam, deinde atram, sub exitum vero purum sanguinem, sub eoque moriuntur. Etenim cum medicamentum corpus subierit, primum quidem quodcumque illi ex omnibus, quae in corpore insunt, secundum naturam maxime familiare fuerit, educit, deinde vero reliqua etiam trahit et purgat, non aliter quam quae e terra oriuntur et in eam conseruntur, ubi terram subierint, eorum quodque trahit, quod suae naturae accommodatum in terra inest; — est autem et acidum et amarum et dulce et salsum et cuiusque modi; — inprimis igitur ex ea plurimum, quod sane naturae accommodatum fuerit, ad se allicit, tum etiam reliqua attrahit. Tale quiddam etiam medicamenta in corpore faciunt. Quae enim bilem educunt, primum meracissimam quidem bilem purgant, deinde mixtam. Itemque quae pituitam expellunt medicamenta, primum quidem eam meracissimam educunt, post etiam mixtam. Et in iugulatis primum quidem sanguis tum calidissimus, tum maxime ruber, mox vero magis pituitosus magisque biliosus profluit.

7. Per hiemem vero augetur in homine pituita, cum ea ex omnibus, quae in corpore

[1] ἐμέει. — [2] δέ om. — [3] τῇ χολῇ ἐμ. — [4] ταῦτα. — [5] ὥσπερ τά. — [6] ἑωυτῷ. — [7] ἑωυτῷ. — [8] μάλιστα om. — [9] μέν om. — [10] τήν om. — [11] τοῦ om.

ἔπειτα δὲ καὶ φλ. cum Gal. A. C. H. γ. ε. — Littr. ἔπειτα δὲ ἐπὶ τούτοισι ex A., vulgatam e V. enotavi. Scripsi τελευτῶντες δὲ αἷμα ἐμ. κ. cum A. B., vulgata in his καί ante αἷμα fert, quo facile caremus.

τὰ αὐτὰ — ἀποθνήσκουσι.] ταὐτά plures libri, ταῦτα A. C.; καί ante ὑπὸ τῶν φ. omm. Ald., codd. quatuor Littréi; γάρ ante φλ. om. A. ἔπειτα δὲ χ. ξ. et ἔπειτα δὲ χ. μ. idem liber.

ὥσπερ τὰ φυόμ.] Vulgatam servo: Littr. ex A. ὡς γὰρ τὰ φ. scripsit novam periodum hic incipiens et post καθαίρει puncto distinguens. Sed illa lectio codicis A. parum probanda correctio mihi visa est. Idem cod. vero recte αὐτῷ dein praebet pro vulg., quam e V. notavi; ἑωυτοῦ Gal. B. K. γ. et H. ε. supra lin.

πρῶτον μὲν οὖν.] Post οὖν A. fert καί. Idem dein rursus αὐτῷ Littréo praebuit pro vulg., quam e V. notavi; — μάλιστα a Littr. ex multis codd. et Gal. adscriptum in vulg. om.

ὁκόσα γὰρ τὴν χολὴν ἄγει.] ὅσα χ. ἄγει A.; ὁκόσα γὰρ τὴν χ. ἄγει Gal.; ὁκόσα ἂν χ. ἄγῃ vulg.

πρῶτον μὲν.] μέν om. vulg., sed A. Gal., Baumh., Littr. habent. In ἐκάθηρε τὴν χολήν articulus e Gal., Mack. adscriptus est a Littr.

καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλ.] πάλιν omm. A. C. — Contra καὶ πάλιν τοῖσι ἀποσφ. Gal., Mack. Ceterum non nego priore illo loco aliquantum mirum sonare τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα, pro quo fere τὰ τοῦ φλέγματος ἀγωγά exspectaveram, sed vide libro de morbis I. § 8. φάρμακον δόντες ἄνω (et κάτω) χολῆς καὶ φλέγματος.

7. αὔξεται — γάρ ἐστι.] δ' cum A. scripsi, cett. δέ. —

κατὰ φύσιν [1] ἐστὶ μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων· ψυχρότατον γάρ ἐστι. Τεκμήριον δὲ [2] τούτου, ὅτι τὸ [3] μὲν φλέγμα ψυχρότατον, εἰ θέλοις ψαῦσαι φλέγματος καὶ χολῆς καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐόν· καίτοι γλισχρότατόν ἐστι καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν· ὁκόσα δὲ βίῃ ἔρχεται, θερμότερα γίγνεται, ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης· ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς πάντα [4] ταῦτα ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. Ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος, γνοίης ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε καὶ ἀπομύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος καὶ τὰ [5] οἰδήματα αὐτοῖσι λευκὰ γίγνεται μάλιστα ταύτην τὴν ὥρην καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα [6] τὰ φλεγματώδεα. Τοῦ δὲ ἦρος τὸ φλέγμα [7] ἔτι μένει ἰσχυρὸν ἐν τῷ σώματι καὶ τὸ αἷμα αὔξεται· τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίγνεται, τὸ δὲ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται ὑπό τε τῶν ὄμβρων καὶ τῶν θερμημεριῶν· [8] κατὰ φύσιν γὰρ αὐτῷ ταῦτά ἐστι μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ· ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. Γνοίης δ' ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥεῖ αὐτοῖσι καὶ θερμότατοί εἰσι καὶ ἐρυθρότατοι· τοῦ δὲ θέρεος τό τε αἷμα ἰσχύει ἔτι καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον· ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίγνεται, ἐναντίον γὰρ αὐτοῦ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσι ἐστί· ἡ δὲ χολὴ τὴν θερείην κατέχει

insunt ad hiemis naturam maxime accedat, quod sit frigidissima. Indicio autem pituitam esse frigidissimam hoc est: quodsi pituitam et bilem et sanguinem attingere velis, pituitam frigidissimam esse comperies. Quae quamvis est lentissima, nec nisi summa vi post atram bilem educitur, et quae per vim veniunt compulsa per violentiam calidiora redduntur, nihilominus tamen prae his omnibus suapte natura frigidissima esse conspicitur. Quod autem hieme corpus pituita repleatur, hinc constat, quod per hiemem homines maxime pituitosa tum exspuunt, tum emungunt, hocque anni tempore praecipue tumores laxi et albi, *οἰδήματα* dicti, et reliqui morbi, qui pituitosi sunt, oriuntur. At vere adhuc quidem in corpore viget pituita, sed sanguis increscit, quod et frigora remittunt et imbres succedunt; tuncque sanguis augetur tum ex imbribus, tum ex dierum calore. Eorum enim naturae id anni tempus, cum sit calidum et humidum, maxime respondet. Quod hinc cognoscas, quod homines verno aestivoque tempore potissimum intestinorum difficultatibus corripiantur, iisque sanguis ex naribus profluat et sint maxime calidi et rubicundi. Aestate vero sanguis adhuc viget et bilis in corpore attollitur et in auctumnum protenditur. At per auctumnum modicus quidam sanguis gignitur, quod illius naturae auctumnus adversetur. Bilis autem aestate et auctumno in corpore obtinet. Quod his indiciis cognoscas, cum hac tempestate homines sua sponte bilem evomant et per medicamentorum

[1] ἐστί om. — [2] τούτων. — [3] μὲν om. — [4] ταῦτα om. — [5] οἰδήματα λευκότατα γιν. — [6] τά om. — [7] ἔστι μὲν ἰσχυρότατον ἐν. — [8] καὶ κ. φ. γ. αὐτέων.

μέν om. A. — τοῦ ante χειμ. Gal. A. C. Mack., Littr., cett. omm. Ante μάλιστα habent ἐστί B. Mack., Baumh., Littr., vulgo om.; — γάρ sub finem loci omm. septem codd. apud Littr. — Lind. in fine om. ἐστι.

τεκμήριον — ἑωυτοῦ.] τεκμήρια δὲ τούτων vulg. τεκμήριον δὲ τούτου Gal. τεκμήριον δὲ τούτων A. Cum hoc cod. θέλοις pro ἐθέλεις scripsi; idem dein om. καὶ αἵματος et μετὰ δὲ χ. μ. habet. Pro ἔρχεται Gal. ἄγεται; recepit Baumh.

ὅτι — φλεγματώδεα.] τε om. A. ἐκμύσσονται Gal. Pro φλεγματωδέστατον comparativum habent quatuor codd. Littréi; — τοῦ μὲν χειμ. A.; αὐτοῖσι ex quinque libris et Gal. dedit Littr. et ante illum Lind., Mack., vulgatam e V. enotavi; — λευκὰ — γίνονται A. — κατὰ ταύτην τὴν ὥρην Gal.; τὰ ἄλλα cum C., Galeno scripsi, τἄλλα vulgo. De meo adieci τά ante φλεγματώδεα.

τοῦ δὲ ἦρος — θερμόν.] In ἔτι μένει ἰσχ. cum Littréo recepi Galeni lect.; vulgatam e V. notavi, ἔτι μὲν ἰσχ. τὸ φλ. ἐστίν A., qui κατὰ ταῦτα om., καὶ ὑπὸ τῶν θ. A. C.; — καὶ κατὰ φ., quod e V. noto, in pluribus codd. vidit Littr.

γνοίης δ' ἂν — τὸ φθινόπωρον.] Gal. τὸ αἷμα ῥεῖ, quod recipit Littr.; ἐρυθρότατοι e Gal. dedi pro vulgato ἐρυθροί — Gal. ἐναντίον γὰρ αὐτέῳ; — τὴν θερείην C. E. τὴν θερίην vulg. τοῦ θέρεος A.

τὸ σῶμα καὶ τὸ φθινόπωρον. Γνοίης δ' ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι, καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι [1]χολωδέστατα καθαίρονται, δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι καὶ τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων. Τὸ δὲ φλέγμα τῆς θερείης ἀσθενέστατόν ἐστι αὐτὸ ἑωυτοῦ· ἐναντίη γὰρ αὐτοῦ τῇ φύσι ἐστὶ ἡ ὥρη, ξηρή τε γὰρ ἐστὶ καὶ θερμή. Τὸ δὲ αἷμα τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίγνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φθινόπωρον καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον· ἡ δὲ μελαίνη χολὴ τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστί. Ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥ τε χολὴ ψυχομένη ὀλίγη γίγνεται, καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πάλιν [2]ὑπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος καὶ [3]τῶν νυκτῶν τοῦ μήκεος. Ἔχει μὲν οὖν ταῦτα πάντα αἰεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ὑπὸ δὲ τῆς περιϊσταμένης ὥρης ποτὲ μὲν πλείω γίγνεται [4]αὐτὰ ἑωυτῶν, ποτὲ δὲ ἐλάσσω, [5]ἕκαστον κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν. [6]Ὡς γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶς πάντων καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν, οὐ γὰρ ἂν μείνειε οὐδὲν οὐδένα χρόνον ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' εἰ ἕν τί [7]γε ἐκλίποι, πάντ' ἂν ἀφανισθείη· [8]ὑπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης πάντα ξυνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ὑπ' ἀλλήλων· οὕτω δὲ καὶ εἴ τι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλίποι τούτων τῶν ξυγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὤνθρωπος. Ἰσχύει δ' ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ποτὲ

potiones biliosa repurgentur. Idem quoque ex febribus et hominum coloribus patet. At pituita aestate maxime imbecillis est, quod ea tempestas ob siccitatem et caliditatem eius naturae adversetur. Per auctumnum vero sanguis paucissimus in homine gignitur, si quidem siccus est auctumnus et hominem iam refrigerare incipit. Bilis autem atra auctumno tum plurima tum vehementissima est. At ineunte hieme bilis perfrigerata pauca gignitur et pituita rursus augetur tum ob pluviarum copiam, tum noctium longitudinem. Haec igitur omnia perpetuo hominis corpus obtinet, sed pro mutati temporis anni ratione singula tum pro parte, tum pro natura modo inter se augentur, modo etiam imminuuntur. Ut enim annus omnis omnium quidem et calidorum et frigidorum et siccorum et humidorum est particeps, neque enim quidquam ne minimo quidem tempore sine omnibus, quae in mundo exsistunt, perduraverit, verum si unum quodpiam deficiat, omnia aboleantur, cum ex eadem necessitate consistant omnia et alantur invicem, — ita si quid ex his, quae in homine sunt connata, defecerit, is utique vivere nequeat. In anno autem modo hiems maxime viget, modo ver, nunc etiam aestas, nunc auctumnus; sic quoque in homine modo quidem pituita invalescit, modo sanguis, interdum etiam bilis, primum quidem flava, mox quoque atra appellata. Cuius rei evidentissimum est argumentum, quod si eidem homini idem medica-

[1] χολωδέστερα. — [2] ἀπό. — [3] ὑπὸ τοῦ μήκεος τῶν ν. — [4] σφῶν αὐτὰ ἑωυτέων. — [5] ἕκαστα. — [6] ὥσπερ ὁ ἐ. — [7] γε om. — [8] ἀπό.

γνοίης δ' ἂν — ἀνθρώπων.] χολωδέστατα in his Littr. ex A. C. χολωδέστερα vulgo; — καὶ ἐν τοῖσι πυρ. libri sex apud Littr.

τὸ δὲ φλέγμα — θερμή.] δέ om. Gal.; τῆς θερείης rursus C. E., τῆς θερίης vulg.; τοῦ θέρεος A. ἀσθενέστερον Gal., sex libri Littréi, Lind., Mack.; — ξηρή τε ἐοῦσα καὶ θ. A.

τὸ δὲ αἷμα — ἰσχυροτάτη ἐστι.] τὸ δ' α. Gal., Mack.; — ξηρότερόν τε γάρ ἐστι B., item Lind., Mack. sine τε. Sine dubio huic comparativo tribuerunt eam vim, qua minorem aliquem gradum indicat; quod num noster voluerit mihi non constat.

ὁκόταν — τοῦ μήκεος.] ἥ γε χολή novem codd. apud Littr., ὑπό τε τῶν ὑετῶν A. C.; vulgatam e V. notavi; καὶ ὑπὸ τῶν νυκτῶν dein Gal.

ἔχει — κατὰ φύσιν.] ἀΐδια pro αἰεί Gal, cod. A., ὥρης περιϊσταμένης A. C., Gal. exponit in comm. μεθισταμένης; — τότε μὲν — τότε δέ A; — σφῶν, quod e V. notavi, ante αὐτά om. A. solus, quem cum Littréo sequor. In κατὰ μέρος τε καὶ κ. φ. Gal., A. sequor cum Baumh., cett. omm. τε.

ὡς γὰρ — ὤνθρ.] ὥσπερ γάρ Gal., sine γάρ vulg., ὡς γάρ. A. B. L. Littr. οὐδὲ γὰρ ἄν C. Gal.; τούτων ante οὐδέν omisi cum A., supervacaneum esse docet alter comparationis terminus infra οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὤνθρ. Ante ἐκλίποι ex A. γε addidit Littr. In ἐκ τοῦ ἀνθρ. A. praepositionem om. — Littr. ex A. C. ὤνθρ., vulgo ὁ. ἄ.

ἰσχύει δὲ — καλευμένη.] δ' C. Mack., δέ vulgo. Pro ποτέ Gal. singulis locis seqq. ποτέ. — Cod. B. om. μάλιστα; e cod. C. Littr. ἦρ dedit pro vulg. ἔαρ.

μὲν ὁ χειμὼν μάλιστα, τοτὲ δὲ τὸ [1] ἦρ, τοτὲ δὲ τὸ θέρος, τοτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον· οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, τοτὲ δὲ τὸ αἷμα, τοτὲ δὲ ἡ χολή, πρῶτον μὲν ἡ ξανθή, ἔπειτα δὲ ἡ μέλαινα [2] καλευμένη. Μαρτύριον δὲ [3] σαφέστατον, εἰ θέλοις τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, [4] ἐμέεταί σοι τοῦ μὲν χειμῶνος [5] φλεγματωδέστατα, τοῦ δὲ ἦρος ὑγρότατα, τοῦ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τοῦ δὲ φθινοπώρου μελάντατα.

mentum quater in anno exhibere voles, hieme quidem maxime pituitosa tibi evomet, vere autem valde humida, aestate admodum biliosa et auctumno nigerrima.

η'. [6] Ὀφείλει οὖν τούτων ὧδε ἐχόντων, ὁκόσα μὲν τῶν νοσημάτων [7] χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν, ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν, ὁκόσα [8] μὴ αὐτῶν [9] ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται· τὴν δὲ περίοδον αὖτις φράσω τὴν τῶν ἡμερέων. Ὁκόσα δὲ ἦρος γίγνεται νοσήματα προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν [9] ἀπάλλαξιν ἔσεσθαι αὐτῶν· ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νοσήματα, τούτων τοῦ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι· ὅ τι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον ἐσόμενον. Καὶ τὸν ἰητρὸν οὕτω χρὴ ἰᾶσθαι [10] τὰ νοσήματα ὡς ἑκάστου τούτων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι κατὰ τὴν ὥρην τὴν [11] αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐοῦσαν [12] μάλιστα.

8. Cum igitur haec ita se habeant, oportet morbos, qui hieme augentur, aestate desinere et eos, qui aestate increscunt, hieme cessare, nisi intra certum dierum circuitum solvantur; de quo circuitu alias nobis dicendum est. Morborum vero qui vere oriuntur liberatio ad auctumnum exspectanda est et auctumnalium morborum discessum vere fieri necesse est. Quod si quis haec anni tempora morbus superaverit, hunc annuum fore sciendum est. Atque ita medicum morbis mederi convenit, adhibita horum cuiusque consideratione, quod in corpore praevalet pro anni temporis ratione, quod suae naturae maxime accommodatum exsistit.

—

θ'. Εἰδέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε πρὸς ἐκείνοισι· ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νοσήματα, κένωσις [13] ἰᾶται, ὁκόσα δὲ ἀπὸ κενώσιος [14] γίγνεται,

9. Insuper haec quoque nosse oportet, quod morbos, quos repletio parit, sanat evacuatio et qui ex evacuatione oriuntur, repletione curan-

[1] ἔαρ. — [2] καλεομένη. — [3] σαφέστερον. — [4] ἐμεῖται. — [5] φλεγματωδέστερα. — [6] ὠφείλει. — [7] τοῦ χ. — [8] δέ. — [9] ἀπαλλαγὴν ὁκόσα. — [10] πρὸς τὰ νοσ. — [11] ἑωυτοῦ· — [12] μάλιστα δὲ χρὴ εἰδ. — [13] ἴηται. — [14] γίνηται νοσήματα.

μαρτύριον — μελάντατα.] Superlat. σαφέστατον pro vulgata, quam e V. noto, Gal., libri sex, aut septem, si velis Littréi, tum Lind., Baumb., Littr.; — θέλοις A. C. ἐθέλεις vulg.; — ἐμεῖται A. γ.; — φλεγματωδέστερα — ὑγρότερα — χολωδέστερα — μελάντερα Lind., multi libri Littréi; sed plures primum tantum comparativum habent, neque omnes eosdem.

8. ὀφείλει — ἡμερέων.] Alios principio periodi legisse φιλεῖ monet Gal. p. 100. comm. (Kühn.); — γοῦν cod. B. οὕτως ἐχ. libri tres Littréi et Gal.; θέρεος φθίνειν A.; — δὲ μή sex codd. Littréi, cf. Voss. lect.; — αὐτῶν om. A., qui dein αὖτις, vulgo αὖθις.

ὁκόσα δὲ ἦρος — ἐσόμενον.] ἀπάλλαξιν sine articulo A. B. ε. Lind.; — χρή om. C.; — τὴν ἀπάλλαξιν ἔσεσθαι αὐτῶν est lect. codicis A. a Littréo recepta; τὴν ἀπαλλαγὴν ἔσεσθαι τῆς νούσου C.; vulgatam e V. notavi. — A. dein ὅσα et φθιν. τὰ νοσήμ.; — ὑπερβάλλοι cod. unus. Ego de meo expunxi e vulgato ὡς ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον voculas otiosas ὡς et αὐτό.

καὶ τὸν ἰητρὸν — μάλιστα.] Illud ἰᾶσθαι πρὸς τὰ νοσ., quod e V. noto, in multis codd. reperit Littr.; — αὐτῷ A. praebuit Littréo pro vulg. ἑωυτῷ, aliis mss. et Gal. ἑωυτοῦ habentibus; — ἐοῦσαν A. Gal. — Denique lect. μάλιστα δὲ χρὴ εἰδέναι καί, quam e V. noto, in novem codd. vidit Littréus.

9. εἰδέναι δὲ χρὴ — ἰᾶται.] Vulgo ὅτι ὁκόσα, sed cum cod. A. ὅτι omisi, tum ex eodem libro in hac periodo ἰᾶται scripsi pro ceterorum ἴηται singulis locis deinceps, quia de Ionismo dubito. Item huius cod. auctoritate eieci νοσήματα ante πλησμονὴ ἰᾶται; — Gal.: ὁκόσα δὲ ὑπερτέρη ἀργίη νοσήματα τίκτει, ταλαιπωρίη ἴηται, item A., nisi quod hic ταῦτα ταλαιπωρίη ἰᾶται habet; quinque libri Littréi:

πλησμονὴ ἰᾶται, ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίγνεται, ἀναπαῦσις ἰᾶται, ὁκόσα δ' ὑπ' ἀργίης τίκτεται, ταλαιπωρίη ἰᾶται. Τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστεῶσι καὶ νοσήμασι καὶ εἴδεσι καὶ ὥρῃσι καὶ ἡλικίῃσι καὶ τὰ ξυντεταμένα λύειν καὶ τὰ λελυμένα ξυντείνειν· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο, ἥ τε ἴησις τοῦτό μοι δοκέει εἶναι.

tur, et qui ex immoderato labore fiunt, eos quies sanat, quique ex otio gignuntur, immoderato labore tolluntur. Omninoque medicum sua prudentia obviam ire convenit morbis instantibus et naturis et anni temporibus et aetatibus, contentaque solvere et soluta intendere.

—

ι'. [1]Αἱ δὲ νοῦσοι γίγνονται, αἱ μὲν ἀπὸ [2]τῶν διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν. Τὴν δὲ διάγνωσιν χρὴ [3]ἑκατέρων ὧδε ποιέεσθαι· ὁκόταν μὲν ὑπὸ νοσήματος ἑνὸς πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκωνται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν αἰτίην χρὴ ἀνατιθέναι τούτῳ ὅ τι κοινότατόν ἐστι καὶ μάλιστα αὐτῷ πάντες χρεόμεθα· ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. Φανερὸν γὰρ [4]δὴ ὅτι τά [5]γε διαιτήματα ἑκάστου ἡμέων οὐκ αἴτιά ἐστι, ὅτε ἅπτεται πάντων ἡ νοῦσος ἑξῆς καὶ τῶν νεωτέρων καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων καὶ τῶν μᾶζαν ἐσθιόντων καὶ τῶν [6]ἀρτοσιτεόντων, καὶ τῶν πολλὰ ταλαιπωρεόντων καὶ τῶν ὀλίγα· οὐκ ἂν οὖν τά γε διαιτήματα αἴτια εἴη, ὁκόταν διαιτεύμενοι πάντα τρόπον οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκωνται ὑπὸ τῆς αὐτῆς νούσου. Ὁκόταν δ' αἱ νοῦσοι γίγνωνται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματά ἐστι αἴτια ἕκαστα ἑκάστοισι καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποι-

10. Morbi vero partim ex vivendi ratione, partim etiam ex spiritu, quem vivendo trahimus, proveniunt. At utrumque genus hac ratione discernas. Ubi complures uno morbo eadem tempestate vexantur, in id, quod maxime commune est, quoque omnes utimur, potissimum reiicienda causa est. Id autem est, quod inspirando trahimus. Quod enim vivendi cuiusque nostrum ratio in causa non sit, iam liquido constat, cum morbus omnes continenter attingat, et iuvenes et senes et mulieres et viros, perindeque temulentos et abstemios, tam eos qui maza quam qui pane victitant et eos qui multis quam qui paucis exercitationibus utuntur. Non igitur victus rationi assignanda causa est, cum cuiusque generis victu utentes eodem morbo corripiuntur. Cum vero eodem tempore cuiusque modi morbi oriuntur, sua procul dubio cuique vivendi ratio in causa est, adhibendaque curatio adversus morbi causam instando, quemadmodum alias etiam a nobis dictum est, et victus rationem immutando.

[1] In marg. ὅρα πῶς καὶ πόθεν αἱ νοῦσοι γίνονται. — [2] τῶν om. — [3] ἑκατέρων. — [4] ἤδη. — [5] γε om. — [6] ἄρτῳ σιτεόντων.

ὁκόσα δὲ ἡ ἀργίη νοσήματα τίκτει. — C. ὁκόσα δὲ ὑπ' ἀργίης νοσήματα τίκτεται. Parum fidei habeo addito ὑπερτέρη in Galeni et cod. A. lect. —, ceterum puto fere seligere licere quod lubeat.

τὸ δὲ ξύμπαν — εἶναι.] καθεστηκόσι Gal., A., Mack.; καί ante νοσήμασι om. A., qui ἰδέῃσι habet. E Galeni in comm. (p. 116.) observatione scripsi ξυντεταμένα pro ceterorum ξυντείνοντα, quod quominus probem me impedit seq. ξυντείνειν, nam licet ξυντείνοντα intransitive dici possit, mirum sit tamen eo loco id ita usurpari, et statim post rursus transitivo sensu poni.

αἱ δὲ νοῦσοι — ζῶμεν.] αἱ μὲν ν. quatuor codd. apud Littr. — Articulum ante διαιτημάτων omm. Gal., novem codd. Littréi, cf. lectt. V. —; αἱ δ' ἀπό Gal.

10. τὴν δὲ διάγνωσιν — ἀναπνέομεν.] ἑκατέρου e solo A. recepit Littr.; non video hoc praestare prae plurali ceterorum omnium. Gal. ὅ τι ἂν κοινότ.; recepit Mack. Vulgo χρεώμεθα, A. χρωμ., unus Par. K. χρεόμεθα.

Φανερὸν — νούσου.] δή Gal. A. C., ἤδη vulg., notum autem ἤδη eodem sensu, quo δή, usurpari, illud recepit Littr.; τά γε διαιτ. Littr. e Gal., cett. omm. γε; — cod. A. ὅτι γε ἅπτεται; — Gal., A. ὁμοίως δὲ καί; recepit Mack. — Vulgata: ἄρτον σιτεόντων, alii libri ἄρτῳ σιτεόντων, in quo latet lectio in aliis servata ἀρτοσιτεόντων, quam unice veram esse docet supra obvium ὑδροποτεόντων: Littr. ex A. ἄρτον σιτευμένων, quae tamen otiosa correctio est. Dein ὀλίγα καμνόντων unus cod. B. et Lind.; qui emblema hoc recipere non debuerat. A. τὰ διαιτ.; πάντα τρόπον Gal., πάντας τρόπους vulg.

ὁκόταν — μεταβολῇ.] δ' αἱ ν. Gal., δὲ αἱ ν. vulg.; —

ἐέσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσι τῆς νούσου, ὥσπερ μοι πέφρασται καὶ ἑτέρωθι, καὶ τῇ τῶν διαιτημάτων μεταβολῇ. Δῆλον γὰρ ὅτι οἷσί γε [1] χρέεσθαι εἴωθε ὥνθρωπος διαιτήμασι, οὐκ ἐπιτήδειά οἵ ἐστι ἢ πάντα, ἢ τὰ πλείω, ἢ ἕν [2] γέ τι αὐτῶν· ἃ δεῖ καταμαθόντα μεταβάλλειν καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν τήν τε ἡλικίην καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον τὴν θεραπείην ποιέεσθαι, ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ δὲ προστιθέντα, ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς [3] ἕκαστα τῶν ἡλικιέων καὶ τῶν ὡρέων [4] καὶ τῶν εἰδέων καὶ τῶν νούσων ἔν τε τῇσι φαρμακείῃσι προστρέπεσθαι καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασι. Ὁκόταν δὲ νοσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστήκῃ, δῆλον ὅτι οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστι, ἀλλ' ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτο αἴτιόν ἐστι, καὶ δῆλον ὅτι τοῦτο νοσερήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον [5] ἀνιᾷ. Τοῦτον [6] οὖν χρὴ τὸν χρόνον τὰς παραινέσιας ποιέεσθαι τοῖσι ἀνθρώποισι τοιάσδε· τὰ μὲν διαιτήματα μὴ μεταβάλλειν, [7] ὅτι γε οὐκ αἴτιά ἐστι τῆς νούσου, τὸ δὲ σῶμα ὁρᾷν, ὅκως ἔσται ὡς ἀογκότατον καὶ ἀσθενέστατον, τῶν [8] τε σιτίων ἀφαιρέοντα καὶ τῶν ποτῶν, οἷσι εἰώθει χρέεσθαι, κατ' ὀλίγον, — ἢν γὰρ μεταβάλλῃ ταχέως τὴν δίαιταν, κίνδυνος καὶ ἀπὸ τῆς μεταβολῆς νεώτερόν τι [9] γενέσθαι ἐν τῷ σώματι, — ἀλλὰ χρὴ τοῖσι μὲν διαιτήμασι οὕτω χρέεσθαι, ὅτε γε [10] φαίνεται μηδὲν ἀδικέοντα τὸν ἄνθρωπον· —

Quandoquidem constat victus genus, quo quis utitur, aut ex toto, aut magna ex parte, aut in eorum aliquo minime ei esse accommodatum. Quo cognito immutare et adhibita in considerationem cuiusque natura, aetate, forma, anni tempore et morbi genere ad curationem aggredi oportet, nunc quidem detrahendo, nunc vero addendo, ita ut, quemadmodum iamdudum a me dictum est, ad singulas aetates et anni tempora et naturas et morbos contrariam tum medicamentorum tum victus rationem adhibeas. At vero ubi morbus aliquis populariter grassatus fuerit, constat non victus rationem in causa esse, sed quod spirando ducimus, ac manifestum est ipsum hoc morbosa quadam secretione contracta laedere. Eo igitur tempore his exhortationibus homines sunt admonendi, ut ne victus quidem rationem immutent, cum morbi causa minime exsistat; provideant vero ut corpus quam minime intumescat sitque attenuatissimum, tum cibos, tum potus, quibus uti consueverunt, sensim demendo. Si quis enim subito victus rationem immutet, ne quid in corpore ex immutatione innovetur, periculum est. Sed solita victus ratio servanda est, ubi nihil quidem laedere videtur, atque insuper ut aëris quam minimum in os influat, isque ut maxime peregrinus sit providendum, tum regionum loca, in quibus morbus consistit, quoad eius fieri poterit, permutando, tum corpora extenuando. Ita enim minime multum ac

1 χρῆσθαι ε. ὁ ἀνθ. — 2 γε om. — 3 ἑκάστας. — 4 καὶ ἰδέων. — 5 ἂν εἴη. — 6 οὖν om. — 7 ὅτε. — 8 σιτίων τε. — 9 γίνεσθαι. — 10 φαίνονται.

κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους C. καὶ ἐκ τῶν διαιτημάτων μεταβάλλειν vulg., quod autem cum Littr. dedi, multorum codd. et Galeni lectio est.

δῆλον γὰρ — διαιτήμασι.] δ. γὰρ δὴ ὅτι Gal., Mack.; χρέεσθαι Gal., Littr., χρῆσθαι ceteri; ὥνθρ. ex A. C. Littr., ὁ ἄ. vulgo; — ἕν τι sine γε libri octo Littréi; — χρὴ καταμανθάνοντα Gal.; καὶ τὴν θεραπ. duo codd.; πρὸς ἕκαστα A. B. Lind., Littr., vulgatam e V. notavi; — εἰδέων Littr. ex A. K. ε. ἰδεῶν vulg. — τῇ φαρμακείῃ Gal., A.; — προστρέπεσθαι A., προτρέπεσθαι vulgo; — ἐν τῇσι διαίτῃσι B., ἐν τῇ διαίτῃ A.

ὁκόταν — ἀνιᾷ.] ἑνός τινος cod. ε.; καταστῇ B. Lind.; τοῦτ' αἴτιον Gal. — Postremum verbum periodi in libris scribitur ἂν εἴη, quod offendit Littréum, qui ἀνίει reponit. Vere iudicavit ἂν εἴη vitiosum esse, sed quorsum ἀνίει aër, de quo hic sermo est? Totum ἀνίει incongruum est et alia est corruptelae ratio; illud ANEIH confusis I et EI ortum debet et ANIHI olim scriptum fuit, itaque quum Ionismo ἀνιῇ non satis fidei habeam ἀνιᾷ scripsi. Idem vitium olim sustuli in Aretaeo, ubi vide Addenda et corrig.

τοῦτον οὖν χρὴ — οἱ ἄνθρωποι.] οὖν e Gal. recepit Littr., vulgo abest; — ὅτε cum Voss. multi Parr.; — ὁρῆν Gal. εὐογκότατον non pauci codd., dein εὐσθενέστατον Lind. de suo, uti videtur; falso tamen credidit locum vitio laborare; Brentius in Calvi ed. reddidit: „prospiciant ut corpus sit quam solidissimum et attenuatissimum." Recte, me iudice, nam re vera ἀσθενής h. l. valet λεπτός, modo conferas infra obvium λεπτύνοντα. Dein εἴωθε χρῆσθαι A.; — μεταβάλῃ vulg.; praesens vero Gal. plures codd. Parr., Mack., Littr.; — γενέσθαι A. Gal., Littr., γίνεσθαι vulg.; — χρῆσθαι A. Gal.; — ὅτε φαίνεται A. C. Gal., ὅτε γε φαίνονται vulg.; iidem illi οὐδέν. Porro ἐς τὸ σῶμα A., Gal., τὸν στόμαχον Lind.; ξηροτάτη Lind.; ἔσται om. A.; μεταβάλλοντα Gal., cod. Serv. Foes., C. Littr. μεταβα-

τοῦ δὲ πνεύματος ὅκως [1] ἡ ῥύσις ὡς ἐλαχίστη ἐς τὸ στόμα ἐσίῃ καὶ ὡς ξενωτάτη ἔσται, προμηθέεσθαι, τῶν τε χωρίων τοὺς τόπους μεταβάλλοντα ἐς δύναμιν, ἐν οἷσι ἂν ἡ νοῦσος καθεστήκῃ, καὶ τὰ σώματα λεπτύνοντα· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα πολλοῦ τε καὶ πυκνοῦ τοῦ πνεύματος χρήζοιεν οἱ ἄνθρωποι.

frequentem spiritum homines ex necessitate attrahent.

—

ια΄. Ὁκόσα δὲ τῶν νοσημάτων γίγνεται ἀπὸ τοῦ σώματος τῶν μελέων τοῦ ἰσχυροτάτου, ταῦτα δεινότατά ἐστι· [2] καὶ γὰρ ἢν αὐτοῦ μένῃ, ἔνθα ἂν ἄρξηται, ἀνάγκη τοῦ ἰσχυροτάτου τῶν μελέων πονεομένου, ἅπαν τὸ σῶμα ὀχλέεσθαι· καὶ [3] ἢν ἐπί τι τῶν ἀσθενεστέρων [4] ἀφίκηται ἀπὸ τοῦ ἰσχυροτέρου, χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίγνονται. Ὁκόσα δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ [5] ἰσχυρότερα ἔλθῃ, εὐλυτώτερά ἐστι· [6] ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος [7] ἀποκληΐζεται ῥηϊδίως τὰ ἐπιρρέοντα.

11. Morbi autem a validissima corporis parte orti gravissimi exsistunt. Etenim si unde originem sumpserunt, isthic perstiterint, cum pars validissima laboret, corpus universum molestia affici necesse est. Quod si ad imbecilliorem aliquam ex validissima devenerint, difficiles habent absolutiones. Quicumque vero ab imbecillioribus ad valentiores veniunt facilius solvuntur, quod quae adfluunt facile per robur partium excluduntur.

—

ιβ΄. [Αἱ παχύταται δὲ τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι· τέσσαρα ζεύγεά ἐστι ἐν τῷ σώματι καὶ ἓν [8] μὲν αὐτῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος ἔξωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἐπὶ τὰ ἰσχία ἀφικνέεται καὶ ἐς τὰ σκέλεα, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων [9] ἐπὶ τῶν σφυρῶν [10] τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας. δι-

12. [At venae crassissimae hunc natura ortum sortitae sunt. Quatuor earum sunt paria in corpore, quorum primum ex capite retro per cervicem parte exteriore iuxta utraque spinae latera in coxendices et crura pervadit, deinde per tibias ad exteriorem malleolorum partem et pedes pervenit. In dorsi igitur et coxendi-

[1] ἐλαχίστη ἡ ῥεῦσις ἐς τὸ στ. ἐσίοι. — [2] ἄρ ἢν αὐτοῦ μὲν μ. — [3] ἢν om. — [4] τι ἀφικ. — [5] ἰσχυρότατα ἔλθοι. — [6] ἀπό. — [7] ἀπαλλάσσεται. — [8] μενὸν. — [9] καί. — [10] ἐς τὰ ἐ.

λόντα vulg., μεταβάλλοντας A. τοῦ πνεύματος cum A. scripsi, cett. τοῦ omm.

11. ἀπὸ τοῦ σώμ.] ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σ. A., qui dein ταῦτα δὲ δεινότ. Porro ἢν αὐτοῦ μὲν μένῃ novem codd. Littréi; — ἔνθ' ἂν A. et πονευμένου πᾶν. Dein ὀχλέεσθαι recepi cum Mack. e Gal., ubi vulgo πονέεσθαι.

καὶ ἢν κ. τ. λ.] κἂν vulg. καὶ ἢν Gal., A., Mack., Littr. κἢν C.; — ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων τι Gal., A., ἐπὶ τὰ ἀσθενέστερα B.; τι ante ἀφίκηται etiam adscribunt Ald., novem codd. Littréi; — ἰσχυροτάτου Gal., A.

ὁκόσα — ἐπιρρέοντα.] ἰσχυρότατα codd. tres; ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχ. cod. Serv. Foësii. — Tandem ἀποκληΐζεται cum cod. A. scripsi, ubi vulgo ἀπαλλάσσεται, sed Gal. in textu ἀποκλείζεται, quod non uno modo scribi monet in comm. p. 129., qui locus prave scriptus: διό, legimus, καὶ διαφόρως ἔγραψαν οἱ ἐξηγηταὶ τὴν τοῦ ἀποκλείζεται ἐξήγησιν· ἔνιοι μὲν ἀποκλείζεται γράψαντες, ἔνιοι δὲ ἀποκλείεται, τινὲς δὲ ἀποπαγιώσεται τὴν τρίτην συλλαβὴν τοῦ ἀποπαγιώσεται ῥήματος διὰ τοῦ ω προενεγκάμενοι, τινὲς δὲ διὰ τοῦ η καὶ σ, καθάπερ ὁ Διοσκουρίδης. ἀπὸ τοῦ παγήσεσθαί! φασιν ἀντὶ τοῦ ἀποκρούεσθαι εἰρῆσθαι τοῦτο τὸ ῥῆμα. ἀλλ' εἴπερ ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων μορίων ἐπί τι τῶν ἰσχυροτέρων ἀφικνούμενος ὁ λυπῶν χυμὸς ἀποκρουσθείη, πάλιν ὑπ' αὐτοῦ πλέον οὐδὲν οὕτω γε τῷ κάμνοντι γένοιτο. βέλτιον οὖν γράφειν τὴν λέξιν ὧδέ πως. ἀπὸ (imo ὑπὸ) γὰρ τῆς ἰσχύος ἀναλώσεται τὰ ἐπιρρέοντα, τουτέστιν ἀναλωθήσεται πεττόμενά τε καὶ διαφορούμενα. Littréus pro ἀποπαγιώσεται legendum putat ἀναλώσεται, quod congruit cum iis, quae Gal. habet de tertia syllaba per ω scripta; pro παγήσεται legendum putat ἀποπαλήσεται. Ego meliora non video. Nolim tamen cum Littréo ἀναλώσεται recipere, quia hoc minus quam ἀποκλείζεται, aut ἀποπαλήσεται cum loci totius ratione congruere puto et Galeno tantum praeplacuerit propter suam theoriam, quam in fine loci laudati nobis exponit. Duo illa verba literarum confusione alterum ex altero nasci potuerunt, non ἀναλώσεται; quod item facit ut hoc minus arrideat. Vulgata unde nata sit e Galeni verbis non apparet. Itaque confugio ad Ionicam formam verbi in textu Galenico obvii, quam cod. A. suppeditat. Puto autem hac lectione significari τὰ ἐπιρρέοντα ἀποκληΐζεσθαι, ita ut in parte eiusmodi robustiore haerere nequeant. Ceterum et Galeni locum et verbum, de quo agit, futurorum editorum curis commendatum cupio.

ἥκει. Δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας τὰς ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ τοῖσι ἰσχίοισι ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. Αἱ δ' ἕτεραι φλέβες [1]ἐκ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα διὰ τοῦ αὐχένος ἔσωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρουσι παρὰ τὰς [2]ψύας ἐς τοὺς ὄρχιας καὶ ἐς τοὺς μηροὺς καὶ διὰ τῶν ἰγνύων ἐκ τοῦ ἔσωθεν μέρεος, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἐπὶ τῶν σφυρῶν [3]τὰ ἔσωθεν καὶ ἐς τοὺς πόδας. Δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας πρὸς τὰς ὀδύνας ποιέεσθαι τὰς ἀπὸ τῶν [4]ψυῶν καὶ τῶν ὀρχίων [5]ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν. Αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας ἔπειτα ξυμφέρονται ἐς τὸν πνεύμονα καὶ ἀφικνέονται ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐς τὰ ἀριστερὰ, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιά· καὶ ἡ μὲν δεξιὴ ἀφικνέεται [6]ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ ἐς τὸν νεφρόν· ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιὰ ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸ ἧπαρ καὶ ἐς τὸν νεφρόν· τελευτῶσι δὲ ἐς τὸν ἀρχὸν αὗται ἑκάτεραι. Αἱ δὲ τέταρται ἀπὸ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν

cum doloribus ex poplitibus et malleolorum parte externa venae sectiones fieri debent. Alterae autem venae ex capite exortae iuxta aures per cervicem intro secundum spinam utraque ex parte iuxta lumbos ad testes et femora et per poplites interiore ex parte indeque per tibias ad malleolorum partes internas et ad pedes deferuntur. Proinde in lumborum et testium doloribus sanguis ex poplitibus et malleolorum interioribus partibus mittendus est. Tertium par venarum ex temporibus per cervicem subter scapulas, inde ad pulmonem utrinque congreditur et haec quidem ex dextris ad sinistra, illa vero a sinistris ad dextra pervenit. Et dextra quidem ex pulmone mammam subiens et ad lienem et ad renem tendit. Quae vero a sinistris ad dextra procedit, ex pulmone mammam subiens et iecur et renem petit. Utraque postremo in rectum intestinum desinit. Quartum par ex anteriore capitis parte et oculis cervicem et claviculas subit, indeque per superiora in brachiorum flexus tendit, posteaque per cubitus ad primas manuum iuncturas et digitos, rursusque a digitis per palmas manuum et cubitos ad superiora, ad flexuras, et per in-

[1] ἔχουσιν ἐκ. — [2] ψόας. — [3] τά om. — [4] ψοῶν. — [5] καὶ τῶν ἰγν. — [6] ἐκ τοῦ πνευμ. om.

12. *αἱ παχύταται — διήκει.*] *δέ* omm. A. C., difficile de eiusmodi re iudicium, quum nescias, e quo nexu cum aliis relictum sit hoc fragmentum; — *αἱ μὲν αὐτῶν* cod. H. in m. *ἓν μὲν δὴ ἀ.* Gal. In vulgato *ἐπὶ τὴν ῥάχιν — παρὰ τὰ ἰσχία* praepositiones sedem invicem commutare iussi, collato loco ex Arist. Hist. an. III. 2. (p. 91. Schneid.), unus cod. A. saltem *παρὰ τὴν ῥάχιν* habet.; *ἀπικνέεται* C.; *ἐπὶ τῶν σφυρῶν* cum Littr. ex A. dedi, *ἕως τῶν σφ.* Gal., Mack., vulgatam e V. notavi. Pro *διήκει* A. *ἀφίκη*, i. e. *ἀφήκει*.

δεῖ οὖν — ἔξωθεν.] *τάς* ante *ἐπὶ τῶν ἀλγ.* om. A., tum *καὶ ἐν τοῖσι ἰσχ.* habet.

αἱ δ' ἕτεραι — ἐς τοὺς πόδας.] *αἱ δὲ δεύτεραι* codd. Serv. et Fevr. Foësii, Lind. Post *φλέβες* vulg. *ἔχουσι*, uti e V. notavi; Gal. *ἔχουσαι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς κεφ.*, — cod. A. *φλέβες ἀπὸ τῆς κεφ.* Cum Littréo hunc sequor, emblema alienum recte a libri descriptore deletum existimans; utrum ceterum, *ἐκ* an *ἀπό* scribas, non multum differt. — Cod. A. *ὦτα.* — Post *αὐχένος* ceteri *αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι*, quod emblema alienum eieci, quemadmodum etiam apud Arist. l. l. *αἱ καλοῦνται σφαγίτιδες* deletum vellem. In toto hoc fragmento non occurrunt nomina propria venarum, nisi *αἱ παχέαι* eo referre velis; itaque lector aliquis in hoc pari, certe eo loco, de quo hic sermo est, iugulares agnovit; idque adnotavit. Pro *ἔσωθεν παρὰ τὴν ῥ.* cod. Serv. *ἔξωθεν*, sed post *ἔσωθεν* ferunt *ἀπὸ τῆς κοίλης* Gal., unus Par.; — *ἐπὶ τὴν ῥάχιν* cod. Serv., Littr. *φέρουσι* e codd. revocavit, *φέρουσαι* Gal., sed *φέρονται* vulg., — Mack. *καὶ ἐς τοὺς ὀρχ.*, cod. A. om. *ἐς* ante *τοὺς μηρούς*. Vulgo *παρὰ τὰ σφυρὰ εἴσωθεν καὶ ἐς τοὺς πόδας*, in qua lect. *τά* ante *εἴσωθεν* e Gal. A. ε. recipit Littr. Verum A. J. *ἐπί* pro *παρά* ferunt, quod sine dubio scriptum fuit; sed *τὰ σφυρὰ τὰ εἴσωθεν* ineptum est, et vestigium obfert veteris *τῶν σφυρῶν τὰ εἴσωθεν*, quod praefero prae vulg. *τὰ σφυρὰ ἔσωθεν*, quod infra usurpatur, ubi locus venae secandae definitur. Ne temere *ἐπί* pro *παρά* scribere videar, dicam *παρά* in hoc capite esse *iuxta*, itaque haec praep. minus quam *ἐπί* congruit cum seq. *καὶ ἐς τοὺς πόδας*. Gal. *εἴσωθεν μέρεος*, in quo *μέρεος* emblema est alienum. — Unus cod. ε. habet *ἔξωθεν*. — Cod. A. om. *ἐς* ante *πόδας*.

δεῖ οὖν τὰς φλ. — ἔσωθεν.] In his *ἐπὶ τῶν ψυῶν* Lind. de suo, uti videtur, *ἐπί* scribens, cuius rei non apparet causa idonea.

αἱ δὲ τρίται — αὗται ἑκάτεραι.] *ἐπὶ τὰς ὠμοπλ.* septem libri apud Littr., *ὠμοπλάτους* C.; — *ἐπὶ τὸν π.* Gal. et *ἐκ τῶν δεξ.* et *ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀρ. ἐπὶ τὰ δ.* — Porro *ἀφικνέεται καὶ ἐκ τοῦ πν.* Gal. et *ἐπὶ τὸν μ.* et *ἐκ τῶν ἀρ. ἐπὶ τὰ δ.*

αἱ δὲ τέταρται — ἀμφότεραι.] *αἱ δὲ τέτ. φλέβες* vulg., sed cum Gal., mss., Ald. *φλέβες* om. Littr.: *ὑπὲρ τὸν αὐχένα* cod. ε. vitio manifesto; vulg. *ὑπὸ τὸν αὐχένα* bene habet, Littréus *δέ* post *ἔπειτα* ex aliquot libris

ὀφθαλμῶν ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κληῖδας, ἔπειτα ὑπὲρ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν ἐς τὰς ξυγκαμπὰς, ἔπειτα [1] δὲ διὰ τῶν πήχεων [2] ἐπὶ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους· ἔπειτα ἀπὸ τῶν δακτύλων πάλιν διὰ τῶν [3] στηθέων τῶν χειρῶν καὶ τῶν πήχεων ἄνω ἐς τὰς ξυγκαμπὰς, καὶ διὰ τῶν βραχιόνων τοῦ κάτωθεν μέρεος ἐς τὰς μασχάλας καὶ ἀπὸ τῶν πλευρέων ἄνωθεν ἡ μὲν ἐς τὸν σπλῆνα ἀφικνέεται, ἡ δὲ ἐς τὸ ἧπαρ· ἔπειτα ὑπὲρ τῆς γαστρὸς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσι ἀμφότεραι. Καὶ αἱ μὲν [4] παχέαι τῶν φλεβῶν ὧδε ἔχουσι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κοιλίης φλέβες ἀνὰ τὸ σῶμα πάμπολλαί τε καὶ παντοῖαι δι' ὧν ἡ τροφὴ τῷ σώματι ἔρχεται. Φέρουσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν παχεῶν φλεβῶν ἐς τὴν κοιλίην καὶ ἐς τὸ ἄλλο σῶμα καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ ἀπὸ τῶν εἴσω καὶ ἐς ἀλλήλας διαδιδόασι αἵ τε εἴσωθεν ἔξω καὶ αἱ ἔξωθεν εἴσω. Τὰς οὖν φλεβοτομίας δεῖ ποιέεσθαι κατὰ τούτους τοὺς λόγους· ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ τὰς τομὰς ὡς προσωτάτω τάμνειν ἀπὸ τῶν χωρίων, ἔνθα ἂν αἱ ὀδύναι μεμαθήκωσι γίγνεσθαι καὶ τὸ αἷμα ξυλλέγεσθαι· οὕτω γὰρ [5] ἂν ἥ τε μεταβολὴ ἥκιστα μεγάλη γίγνοιτο ἐξαπίνης καὶ τὸ ἔθος [6] μεταστήσαις ἂν, ὥστε μηκέτι ἐς τὸ αὐτὸ χωρίον ξυλλέγεσθαι.]

feriorem brachiorum partem ad axillas et per summas costas haec quidem ad lienem, altera vero ad iecur devenit, postea supra ventrem in pudendum utraque desinit. Atque ea est venarum crassarum natura. Exsistunt autem e ventriculo quoque permultae et variae venae, per quas in corpus alimentum transmittitur. Tendunt etiam ex crassis venis tam externis quam internis ad ventriculum et reliquum corpus aliae et inter se communicant internae cum externis, vicissimque externae cum internis. Has igitur mittendi sanguinis rationes servandae sunt, studendumque est ut quam longissime a locis, in quibus dolores fieri et sanguis colligi consuevit, venarum sectiones fiant. Hac namque ratione cum minime magna derepente mutatio continget, tum etiam consuetudinem tollendo effeceris, ut ne amplius eodem colligatur.]

—

ιγ'. Ὁκόσοι πῦον πολλὸν πτύουσι ἄτερ πυρετοῦ [7] ἐόντες καὶ ὁκόσοισι ὑπὸ τὸ οὖρον πῦον ὑφίσταται πολλὸν ἄτερ ὀδύνης [8] ἐοῦσι

13. Qui pus copiosum citra febrem exspuunt, quibusque absque dolore pus multum in urina subsidet, et qui alvi deiectiones, velut in diffi-

[1] δέ om. — [2] καὶ ἐπί. — [3] πύχέων (sic) ἄνωθεν ἐς τὰς ξυγκ. — [4] παχύταται. — [5] ἄν om. — [6] μεταστήσαι. — [7] ἐόντος. — [8] ἐούσης.

adscripsit et e Gal.; ego non feci, quia paulo post ἔπειτα δέ legitur. Dein ἀπὸ τῶν βρ. Cod. Serv. Foës., ἐπὶ τῶν βρ. codd. A. ε. — In ἔπειτα δέ cod. A. h. l. om. δέ, est autem δέ ex hoc libro supra receptum a Littréo. Vulg. διὰ τῶν πήχεων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν καὶ ἐπὶ τοὺς καρπούς legit, sed notata vocabula omm. Gal., plures codd., Ald., Littréus; in postremo καί addendo fluctuatio est in codd., sed dubium non est quin tollendum sit; — ἐς τοὺς καρπούς A. Vulgata deinde διὰ τῶν πήχεων καὶ τῶν χειρῶν, sed cod. A. διὰ τῶν στηθέων καὶ τῶν πήχεων, tum vero καί ante τῶν χειρῶν omm. libri octo apud Littr., qui locum refecit τῶν στηθέων recipiens, καί omittens, et χειρῶν in debitam sedem transferens. Ἄνω est lect. cod. A. a Littr. recepta pro vulg. ἄνωθεν. Gal. porro διὰ βραχιόνων sine articulo. Cod. A. ἐκ τῶν πλ., item cod. Serv.; — ἔπειτα δὲ ὑπὲρ τ. γ. A.

καὶ αἱ μὲν παχέαι.] Sic A., παχύταται vulgo, unus liber παχύτεραι. — Cod. A. lectio consentit cum iis, quae habentur in libro de natura ossium.

εἰσὶ δὲ καὶ — ἔρχεται.] εἰσὶ δὲ καὶ αἱ vulg., sed αἱ om. Littr. cum Gal., codd. pluribus, Lind.; — κοίλης Gal.; — πολλαί τε A.; — ante δι' ὧν omisi καί cum C.; δι' ὧν τῷ σ. τροφαὶ ἔρχονται Gal. — In vulg. ἐν τῷ σ., sed ἐν cum multis libris om. Littr.

φέρουσι — εἴσω.] καὶ ἀπό Gal., codd. tres, Lind., Littr.; vulgo καί abest; διδόασι vulg., διαδίδουσι A., hinc Littr. dedit, quod item recepi. Foës. in Latinis φέρουσι, διαδιδόασι transitiva habet eorumque obiectum τὴν τροφήν; credo intransitiva esse.

τὰς οὖν φλεβοτ. — ξυλλέγεσθαι.] χρή pro δεῖ A.; cod. C. neutrum habet. Ionicum τάμνειν e libris 5. Littréus; — τωὐτὸ χ. A.

13. ἄτερ ὀδύνης ἐοῦσι.] Sic Gal. A. C. Mack., vulgo ἐούσης.

καὶ ὁκόσοισι τὰ ὑποχωρήματα αἱματώδεα ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι [1] καὶ χρόνιά ἐστι ἐοῦσι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων καὶ γεραιτέροισι, τούτοισι πᾶσι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τὰ νοσήματα γίγνεται· ἀνάγκη γὰρ τούτους ταλαιπώρους τε γενέσθαι καὶ φιλοπόνους τῷ σώματι καὶ ἐργάτας νεηνίσκους ἐόντας, ἔπειτα δὲ ἐξανεθέντας τῶν πόνων σαρκωθῆναι μαλθακῇ σαρκὶ καὶ πουλὺ διαφερούσῃ τῆς προτέρης καὶ πολλὸν διακεκριμένον ἔχειν τὸ σῶμα τό τε προϋπάρχον καὶ τὸ ἐπιτραφὲν, ὥστε μὴ ὁμονοεῖν. Ὁκόταν οὖν νόσημά τι καταλάβῃ τοὺς οὕτω διακειμένους, τὸ μὲν παραχρῆμα διαφεύγουσι, ὕστερον δὲ μετὰ τὴν νοῦσον χρόνῳ τήκεται τὸ σῶμα καὶ [2] διαρρέει διὰ τῶν φλεβῶν, ᾗ ἂν εὐρυχωρίης μάλιστα τύχῃ, ἰχωροειδές· ἢν μὲν οὖν ὁρμήσῃ ἐς τὴν κοιλίην τὴν κάτω, σχεδόν [3] τι οἷόν περ ἐν τῷ σώματι [4] ἂν ἐνέῃ, τοιοῦτον καὶ τὸ διαχώρημα γίγνεται· ἅτε γὰρ τῆς ὁδοῦ κατάντεος [5] ἐούσης, οὐχ ἵσταται πολλὸν χρόνον ἐν τῷ ἐντέρῳ. Ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὸ στῆθος ἐσρυῇ, ὑπόπυοι γίγνονται· ἅτε γὰρ τῆς καθάρσιος ἀνάντεος ἐούσης [6] ἢν χρόνον ἐναυλιζόμενον πουλὺν ἐν τῷ στήθεϊ [7] καταστῇ, σήπεται καὶ γίγνεται πυοειδές. Ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται, ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦ χωρίου [8] τούτου καὶ θερμὸν καὶ λευκὸν γίγνεται καὶ διακρίνεται· καὶ τὸ μὲν ἀραιότατον ἐφίσταται ἄνω, τὸ δὲ παχύτατον κάτω, ὃ δὴ πῦον καλέεται. Γίγνονται δὲ καὶ οἱ λίθοι τοῖσι παιδίοισι διὰ τὴν θερμότητα τοῦ χωρίου [9] τε τούτου καὶ

cultatibus intestinorum, cruentas habent et diuturnas aetate annorum quinque et triginta et grandiore, iis omnibus ex eadem causa morbi oriuntur. Hos namque immodicis corporis exercitationibus et laboribus addictos et cum iuvenes essent operas exercuisse necesse est. Deinde dimissis laboribus molli carne et multum a superiore differente expletos, tam longe inter se dissidentem corporis habitum habere, ut pristinus cum eo, qui postea accrevit, nulla in re consentiat. Qui igitur ita affecti sunt, si quando in morbum incidunt, confestim quidem evadunt, sed post a morbo temporis successu corpus liquatur et per venas, qua latissimae esse solent, saniei quiddam non dissimile diffluit. Si quidem igitur ad inferiorem alvum impetu deferatur, quale quid fere in corpore inest, inde etiam per deiectionem decedit; neque enim cum via declivis sit, diutius in intestinis subsistit. At quibus in pectus influit, suppurati fiunt, nam si, quum purgationis via acclivis sit, diu in pectore collectum consistat, putrescit et puri fit simile. Quibus vero in vesicam effunditur, ex huius loci calore, incalescit et albescit et secernitur, quodque rarissimum exsistit supra innatat, crassissimum vero, quod sane pus appellatur, subsidet. In pueris quoque ob loci huius et totius corporis calorem gignuntur calculi, quod viris ob corporis frigus minime usu venit. Illud enim probe nosse convenit, hominem prima aetate in omni vita esse calidissimum, postrema vero frigidissimum. Si quidem quod augescit corpus et ad

[1] καὶ χρόνια νέοισιν ἐοῦσι. — [2] ῥέει. — [3] τι om. — [4] ἐνείῃ sine ἄν. — [5] ἐούσης — ἀναντέος om. — [6] καὶ χρ. — [7] κατασήπεται. — [8] τοῦτο. — [9] τε om.

καὶ χρόνιά ἐστι ἐοῦσι.] Sic A. Littr.; in vulg., quam e V. notavi, νέοισι non est nisi repetitio participii, ἃ vero ante νέοισι, quod in multis om., unde ortum sit, vix satis capio. — Dein καὶ γεραιτέροισι δέ codd. quatuor Littréi. — Gal. porro ἀπὸ ταὐτομάτου τὰ νοσ. γ.

ἀνάγκη γὰρ — ὁμονοεῖν.] Pro τε γενέσθαι A. γεγενῆσθαι; — cod. B. Lind., Mack. καὶ σαρκωθῆναι; — in fine ὁμολογεῖν Gal., Lind., Mack., ὁμολογέειν A.

ὁκόταν οὖν — ἐντέρῳ.] οὖν om. A.; τότε μὲν παραχρ. Gal., Mack.; διαρρέει e solo C. Littr., vulg. e V. noto; εὐρυχωρίης Littr. ex A., vulgo εὐρυχωρίῃ; οὖν ante ὁρμήσῃ, unus E. om.; οἷόν τι Gal., Mack. Littr., τι abest vulgo, sed cod. A. post περ inserit; — ἐνέῃ Gal. sine praevio ἄν, vulg. ἐνείῃ; cum Littréo ἂν dedi et coniunctivum; τοιοῦτο Gal.; γὰρ dein om. H., pro ἵσταται C. ἴσχεται; B. πολλοῦ χρόνου ἐν τῷ ἥτρῳ.

ὁκόσοισι δ' ἂν — πυοειδές.] οἷσι et τὰ στήθεα A. et ὑπόπυον γίνεται. Dein γὰρ Lind., Mack., Littr.; hic ex A. B., vulgo abest. Iam vero legi solet καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πουλὺν ἐν τῷ στήθει κατασήπεται καὶ γ. π., sed A. καταστῇ σήπεται, quod ad verum ducit, nempe pro καὶ χρ. legendum ἢν χρόνον et καταστῇ omnino recipiendum est.

ὁκόσοισι δ' ἂν — καλέεται.] ἀπὸ τῆς θ. Lind., vulgo τοῦ χωρίου τοῦτο, sed Gal. τουτέου τοῦ χ., unde τούτου dedi, quod H. fert in m.; C. λέγεται.

γίγνονται — σώματα.] τε Gal., Mack., Littr.; vulgo om.

τοῦ ὅλου σώματος, τοῖσι δὲ ἀνδράσι οὐ γίγνονται λίθοι διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ σώματος. Εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὁ ἄνθρωπος τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων θερμότατός ἐστι αὐτὸς ἑωυτοῦ, τῇ δ' ὑστάτῃ ψυχρότατος· ἀνάγκη γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς [1]βίην θερμὸν εἶναι· ὁκόταν δ' ἄρχηται μαραίνεσθαι τὸ σῶμα καταρρέον πρὸς εὐπέτειαν, [2]ψυχρότερον γίγνεται· [3]καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὁκόσον [4]τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων πλεῖστον αὔξεται [5]ὤνθρωπος, τοσοῦτον θερμότερος γίγνεται· καὶ τῇ ὑστάτῃ τῶν ἡμερέων, [6]ὁκόσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτον ἀνάγκη ψυχρότερον εἶναι. Ὑγιέες δὲ γίγνονται αὐτόματοι οἱ οὕτω διακείμενοι πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ, [7]ᾗ ἂν ἄρξωνται τήκεσθαι, πεντεκαιτεσσαρακονθήμεροι· ὁκόσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλωσι, ἐνιαυτῷ αὐτόματοι ὑγιέες γίγνονται, ἤν μή τι ἄλλο κακουργῆται [8]ὤνθρωπος.

robur tendit, calidum esse necesse est, et ubi marcescere et ad exitum praecipitare coeperit, frigidius evadit. Atque hac ratione, quo magis his primis diebus homo increscit, eo calidior evadit, et quanto magis ultimis diebus marcescit, tanto frigidiorem esse necesse est. Qui autem ita affecti sunt, sua sponte sanescunt, plerique quidem quo anni tempore colliquescere coeperint, quinto et quadragesimo die. Qui vero hoc anni tempus superaverint, anno convalescunt sponte, nisi quid aliud hominem male habeat.

ιδ'. Ὁκόσα τῶν νοσημάτων ἐξ ὀλίγου γίγνεται καὶ ὁκόσων αἱ προφάσιες εὔγνωστοι, ταῦτα δὲ ἀσφαλέστατά ἐστι [9]προδιαγορεύεσθαι· τὴν δὲ ἴησιν χρὴ ποιέεσθαι αὐτῶν ἐναντιούμενον τῇ προφάσι τῆς νούσου· οὕτω γὰρ ἂν λύοιτο [10]τὸ τὴν νοῦσον παρασχὸν τῷ σώματι.

14. Qui morbi ex parvo temporis intervallo oriuntur et quorum causae cognitu sunt faciles, ii securissime praedicentur. Quorum curationem sic instituere oportet, ut morbi causae occurramus; ita enim quod morbum in corpore excitavit facile dissolvitur.

ιε'. Ὁκόσοισι ψαμμοειδέα ὑφίσταται ἢ πῶροι ἐν τοῖσι οὔροισι, τούτοισι τὴν ἀρχὴν φύ-

15. Quibus in urina arenulae vel lapilli subsident, iis per initia in crassa vena tubercula

[1] βίον. — [2] ψυχρότατον. — [3] καί om. — [4] τὴν πρώτην. — [5] ὁ ἄ. — [6] ὅσον. — [7] ἣν ἄρξ. — [8] ὁ ἄ. — [9] διαγορεύεσθαι. — [1] τό om.

εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι — εἶναι.] ὅτι om. A., qui θερμότερος dein et ὅταν δὲ ἄρξηται θερμαίνεσθαι. Ante κατά vulgo καί abest, Littr. ex A., Gal. addidit cum Mack. — Vulgo τουτέων τῶν ἡμ. τὴν πρώτην; Littr. id, quod item exhibui, dedit ex A., eademque scriptura in plurium aliorum librorum lectione latet; τῇ προτέρῃ τῶν ἡμ. Gal., Mack.: ὤνθρ. C., ὁ ἄ. vulgo; τοσοῦτο Gal. tum h. l., tum paulo post; — θερμότατος γίν. A. ὁκόσον Gal., Littr.; ψυχρότατον rursus superlativo A.

ὑγιέες — ὤνθρωπος.] ᾗ ἂν ἄρξ. Littréus e libris quinque, vulgo ἣν ἄρξ. — Cod. A. dein β καὶ τε μ ἡμερέων. Gal. πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερέων sed in comm.: τινὲς δέ, inquit, οὐ πέντε καὶ τεσσαράκοντα γράφουσι, ἀλλα τεσσεράκοντα (sic). Cod. A. οἷσι δ' ἂν τὴν ὥ. τε ὑπερβάλλοι; codd. duo et Lind. ὑπερβάλωσι. Libri tres ἐν ἐνιαυτῷ. Gal.; Mack. τι ἐς ἄλλο; A. ἕτερον pro ἄλλο. — C. ὤνθρ. vulgo ὁ ἄ.

14. ὁκόσα — σώματι.] ὁκόσα δὲ τῶν ν. Gal., Mack, γίγνονται ἐξ ὀλ. iidem. Vulgo προσαγορεύεσθαι, quod recte in A. προαγορ. scribitur, neque fefellit interpretes, sed multi libri διαγορεύεσθαι; itaque utraque praep. assumpta scripsi προδιαγορεύεσθαι. Pro αὐτέων vulgatae Littr. scripsit αὐτόν cum cod. A.: at genitivus requiritur, αὐτόν vitiosum est. — Iam vero de re moneo, quam saepius observavi: Littr. in varr. lectt. scribit: „ἐναγκούμενον (sic) Gal.;" at si consulas edit. Basil. patet Gal. legisse ἐναντιούμενον, sed male lectis literis Editionis Basil. id, quod Littr. Galeni scripturam esse putavit, inde effecerunt Chartierius eumque secutus Kühnius. — Cod. A. οὕτω γὰρ λύοι τὸ τὴν ν. παρέχον τῷ σώματι. Itaque ἐν ante τῷ σ. omisi.

15. ὁκόσοισι — ἐς τὴν κύστιν.] οἷσι δὲ ψ. A.; ψαμμοειδές Gal. ad Ep. VI. 1. 5. πόροι ἐν τῷ οὔρῳ A. ἢ φυμ. E.; — ἐγένοντο Gal., Mack.; — πρὸς τῇ φλεβί vulgo, sed ἐν τῇ φλ., ut γ., octo libri Littrei, quod recepi, quia

ματα ἐγένετο [1] ἐν τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ καὶ διεπύησε, ἔπειτα δὲ ἅτε οὐ ταχέως ῥαγέντων τῶν φυμάτων, πῶροι ξυνεστράφησαν ἐκ τοῦ πύου, οἵτινες ἔξω θλίβονται διὰ τῆς φλεβὸς ξὺν τῷ οὔρῳ [2] ἐς τὴν κύστιν. Ὁκόσοισι δὲ [3] μοῦνον αἱματώδεα τὰ οὐρήματα, τούτοισι αἱ φλέβες πεπονήκασι· ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὐρήματι παχέϊ ἐόντι σαρκία σμικρὰ τριχοειδέα [4] ἐξέρχεται, [5] ταῦτα ἀπὸ τῶν νεφρῶν εἰδέναι χρὴ ἰόντα καὶ ἀπὸ ἀρθριτικῶν· ὁκόσοισι δὲ καθαρὸν τὸ οὖρον ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ὁκοῖον δὲ πίτυρα [6] ἐμφέρεται ἐν τῷ οὐρήματι, τούτων ἡ κύστις ψωριᾷ.

enata sunt et suppurarunt; deinde cum ea tubercula haud ita cito rumpantur, lapilli ex pure coalescunt, qui per venam cum urina in vesicam foras extruduntur. At quibus urinae solum cruentae sunt, iis in venis vitium est. Quibus vero in urina crassa prodeunt minutae carunculae capillamentorum speciem referentes, eos a renibus et articulari morbo laborantibus prodire nosse convenit. Sed quibus urina pura est et alias atque alias furfuracea quaedam urinae innatant, iis vesica scabie laborat.

ις'. Οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίγνονται ἀπὸ χολῆς· εἴδεα δὲ σφέων [7] ἐστὶ τέσσαρα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσι ὀδύνῃσι γιγνομένων τῇσι ἀποκεκριμένῃσι· οὐνόματα δ' αὐτοῖσί ἐστι ξύνοχος, ἀμφημερινὸς, τριταῖος, τεταρταῖος. Ὁ μὲν οὖν ξύνοχος καλεόμενος γίγνεται ἀπὸ πλείστης χολῆς καὶ ἀκρητεστάτης καὶ τὰς κρίσιας ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ποιέεται· τὸ γὰρ σῶμα οὐ διαψυχόμενον οὐδένα χρόνον ξυντήκεται ταχέως, ἅτε ὑπὸ πολλοῦ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον. Ὁ δὲ ἀμφημερινὸς μετὰ τὸν ξύνοχον ἀπὸ πλείστης χολῆς γίγνεται καὶ ἀπαλλάσσεται τάχιστα τῶν ἄλλων, μακρότερος δ' ἐστὶ τοῦ ξυνόχου, ὁκόσῳ ἀπὸ ἐλάσσονος γίγνεται χολῆς καὶ ὅτι ἔχει ἀνάπαυσιν τὸ σῶμα, ἐν δὲ τῷ ξυνόχῳ οὐκ ἀναπαύεται οὐδένα χρόνον. Ὁ δὲ τριταῖος μακρότερός ἐστι τοῦ ἀμφημερινοῦ καὶ ἀπὸ χολῆς ἐλάσσονος γίγνεται· ὁκόσῳ δὲ πλεί-

16. Febres magna ex parte a bile oriuntur, quarum genera sunt quatuor, praeter eas, quae dolores per se constantes comitantur. Earum autem nomina sunt: continens, quotidiana, tertiana et quartana. Quae continens appellatur ex copiosissima et meracissima bile provenit et perquam brevi iudicatur. Corpus namque vehementi calore incalescens, neque unquam refrigescens celeriter colliquescit. Quotidiana secundum continentem ex plurima bile ortum habet et prae aliis citissime dimittit hominem, et continente eo longior est, quo ex pauciore bile provenit, quodque in ea corpus requietem habet, quod in continente nullo unquam tempore quiescit. Tertiana vero quotidiana longior et a pauciore bile fit, quoque diutius in ea quam in quotidiana corpus quiescit, eo diuturnior haec febris est quam quotidiana. At quartanae in reliquis eandem rationem obtinent,

[1] ἐν. — [2] καί — [3] μοῦνον om. — [4] ἐξέρχεται. — [5] ταῦτα δέ. — [6] ἐπιφαίνεται ἐπὶ τῷ οὐρ. — [7] εἰσί.

melius congruit cum ἔξω θλίβονται διὰ τῆς φλεβὸς infra. Gal. om. ἅτε l. l.; αὐτέων γε pro ἅτε H. in m., ἅτε αὐτέων οὐ cod. Fevr., Lind., Mack. Vulgo ἐκραγέντων, sed Gal. l. l. ῥαγέντων, quod praestare puto.

ὁκόσοισι — ψωριᾷ.] οἷσι δὲ μοῦνον αἱμ. τὰ οὐρημ. A.; sed ὁκόσοισι δὲ αἱμ. μὲν τὰ οὐρ. vulg. — τούτοισι δὲ αἱ φλ. A. C., οἷσι δ' ἂν ἐν A.; συνεξέρχεται Gal., codd. sex Littréi et hic ipse, συνέρχεται vulg., ἐξέρχεται cod. Fevr., quod praefero. Cf. Aph. 76. IV., ubi item malim aut τῷ οὔρῳ — ξυνεξέρχονται sine ἐν, aut ἐν τῷ οὔρῳ ἐξέρχεται. De meo ἰόντα scripsi pro ἐόντα ceterorum. Gal., Lind., Mack., ἀπὸ τῶν ἀρθρ. — Cod. A.: ἄλλοτε δὲ καὶ ἄλλοτε οἷον πίτυρα ἐπιφαίνεται. — Vulgata in lect., quam exhibui ἐπιφέρεται, sed permulti codd., Lind., Mack.: ἐπιφαίνεται, ut A. V.; ἐκφέρεται Gal., sed praefero Foësii ἐμφέρεται. Dein ἐπὶ τῷ οὐρ. novem codd. apud Littr., Lind.; — τουτέων δέ A.

16. οἱ πλεῖστοι — τεταρταῖοι.] οἱ δὲ πλεῖστοι Lind. et ἀπὸ τῆς χ. Pro σφέων Gal. αὐτέων; — ἐστι cum Littr. e C. scripsi, vulgatam e V. notans; — τῶν σύν τισι ὀδυν. A.; — ἀποκεκρυμμένῃσι C. Lind., Corn. Latine „occultis"; οὐνόματα δ' αὐτέων Gal., Mack.; καὶ ἀμφ. καὶ τριτ. καὶ τετ. A. C. Gal., Mack.

ὁ μὲν οὖν ξύνοχος — θερμαιν.] In hisce καλεόμ. om. A. μακρότερος δ' ἐστί.] Sic A. vulgo δέ ἐστί.

ὁκόσῳ ἀπὸ ἐλάσσ.] Gal.: ὅτι ἀπ' ἐλάσσονός τε γίγνεται χολῆς καὶ ὅτι ἀνάπαυσιν ἔχει τὸ σῶμα.

ὁ δὲ τριταῖος — ἀμφημερινοῦ ἐστι.] ἢ ἐν τῷ ἀμφ. Littr.

ονα χρόνον ἐν τῷ τριταίῳ ἢ [1] ἐν τῷ ἀμφημερινῷ τὸ σῶμα διαναπαύεται, τοσούτῳ χρονιώτερος οὗτος ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφημερινοῦ ἐστι. Οἱ δὲ τεταρταῖοι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, χρονιώτεροι δὲ τῶν τριταίων εἰσὶ, ὁκόσῳ ἔλασσόν τι μέρος μετέχουσι χολῆς τῆς τὴν θερμασίην παρεχούσης, τοῦ τε διαψύχεσθαι τὸ σῶμα πλέον μετέχουσι· προσγίγνεται δ' αὐτοῖσι ἀπὸ μελαίνης χολῆς τὸ περισσὸν τοῦτο καὶ δυσαπάλλακτον· μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν γλισχρότατον καὶ τὰς ἕδρας [2] χρονιωτάτας ποιέεται. Γνώσῃ [3] δὲ τῷδε, ὅτι οἱ τεταρταῖοι πυρετοὶ μετέχουσι τοῦ μελαγχολικοῦ· φθινοπώρου γὰρ μάλιστα ὤνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῶν τεταρταίων καὶ ἐν τῇ ἡλικίῃ [4] τῇ ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσι ἐτέων ἕως τῶν πέντε καὶ τεσσαράκοντα, ὅτι [5] καὶ ἡ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται μάλιστα πασέων τῶν ἡλικιῶν, ἥ τε φθινοπωρινὴ ὥρη μάλιστα πασέων τῶν ὡρέων ἐπιτηδειοτάτη. Ὁκόσοι δ' ἂν [6] ἁλῶσι ἔξω τῆς ὥρης ταύτης καὶ τῆς ἡλικίης ὑπὸ τεταρταίου, εὖ χρὴ εἰδέναι μὴ χρόνιον ἐσόμενον τὸν πυρετὸν, ἢν [7] μὴ ἄλλο τι κακουργῆται [8] ὤνθρωπος.

sed tertianis tanto longiores sunt quanto minus bilis calorem exhibentis obtinent, tum quia in his corpus liberalius refrigeratur; iis autem ab atra bile is cumulus accedit, ut non nisi aegre depelli possint; bilis enim atra eorum omnium, quae in corpore insunt, cum sit glutinosissima, maxime diuturnas stationes facit. Quod autem quartanae humoris melancholici sunt participes, ex eo cognosces quod auctumno praecipue homines quartanis corripiuntur et ea aetate, quae est ab anno vigesimo quinto ad quadragesimum quintum, tum etiam quod haec aetas inter alias omnes atrae bili potissimum est obnoxia, ut et inter anni tempora auctumnus maxime accommodatus. Si qui vero extra hoc anni tempus et eam aetatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas hanc febrem, nisi quid aliud hominem male habeat, minime diuturnam fore.

[1] ἐν om. — [2] χρονιωτέρας. — [3] δὲ ἐν τῷδε. — [4] τῇ om. — [5] καί om. — [6] ἁλλῶσιν. — [7] μή om. — [8] ὁ ἄ.

cum Gal., mss. quinque, Mack., ἐν omm. cett. h. l. — Solum ἀναπαύεται Gal., A. C., Mack. — In fine A.: τοσούτῳ χρονιώτερος γίνεται οὗτος ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφ. ἐστιν.

οἱ δὲ τεταρταῖοι — ποιέεται.] αὐτόν om. A.; — vulgo χρονιώτεροι δὲ μάλα, sed μάλα omisi cum A. C. Ald. —; ὁκόσον ἔλασσον μετέχουσι μέρος τῆς χ. Gal., ὅσῳ ἐλάσσω μετέχουσι μέρος τῆς χ. A.; — τῆς ante τὴν θερμασίην om. A.; τοῦ δὲ διαψυχ. Gal., libri octo apud Littr., Mack.: δ' αὐτοῖσι A. δὲ αὐτέοισι vulg. — Pro ἐνεόντων quatuor libri ἐόντων; — uti V. χρονιωτέρας multi codd., Lind., Littr. — Vulgo πεποίηται, sed Littr. e libris revocavit ποιέεται. Gal., quem Mack. secutus est, ποιέει.

γνώσῃ δὲ — ἐπιτηδειοτάτη.] — Vulgo γνώσῃ δὲ ἐν τῷδε, sed ἐν omm. A. C., quorum ille τόδε. — E multis codd. φθινοπώρου Littr., φθινοπώρῳ vulg.; — τε γάρ C.; — A. vero γάρ om.; ὤνθρωποι C. οἱ ἄ. cett.; τῇ ἀπὸ πέντε Littr. cum Gal., A., τῇ om. vulg. Pro ἕως τῶν Gal. A. C. ἐς τά.; — β. pro πέντε A.; ἡ δὲ ἡλικίη αὕτη Gal. A. C. pro ὅτι καὶ ἡ ἡλ. αὕτη; A. C. Gal. om. ἐπιτηδειοτάτη.

ὁκόσοι — ὤνθρ.] τε τεταρτ. vulg., τοῦ τετ. Gal., plerique libri et τε et τοῦ omm. τι ἄλλο A. Gal. ὤνθρ. A. C., ὁ ἄνθρ. vulgo.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΥΓΙΕΙΝΗΣ.

α΄. Τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι· τοῦ μὲν χειμῶνος ἐσθίειν ὡς πλεῖστα, πίνειν δὲ ὡς ἐλάχιστα, εἶναι δὲ τὸ πόμα [1] οἶνον ὡς ἀκρητέστατον, τὰ δὲ σιτία ἄρτον καὶ τὰ ὄψα ὀπτὰ πάντα, λαχάνοισι δὲ ὡς ἐλαχίστοισι [2] χρέεσθαι ταύτην τὴν ὥρην· οὕτω γὰρ ἂν [3] μάλιστα τὸ σῶμα θερμόν τε εἴη καὶ ξηρόν. Ὁκόταν δὲ τὸ ἔαρ [4] ἐπιστῇ, τό τε πόμα χρὴ πλέον πίνειν, οἶνον ὑδαρέστερον καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ τοῖσι σιτίοισι μαλακωτέροισι [5] χρέεσθαι καὶ ἐλάσσοσι, καὶ τὸν ἄρτον ἀφαιρέοντα μάζαν προστιθέναι καὶ τὰ ὄψα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀφαιρέειν καὶ ἐκ τῶν ὀπτῶν πάντα ἑφθὰ ποιέεσθαι καὶ λαχάνοισι [6] ἤδη χρέεσθαι ὀλίγοισι, ὅκως ἐς τὴν θερείην καταστήσεται ὥνθρωπος τοῖσί τε σιτίοισι πᾶσι μαλακωτέροισι χρεόμενος καὶ τοῖσι ὄψοισι [7] ἑφθοῖσι καὶ λαχάνοισι ἑφθοῖσι καὶ ὠμοῖσι· ὡσαύτως καὶ τοῖσι πόμασι [8] ὡς ὑδαρεστάτοισι καὶ πλείστοισι, ἀλλ' ὅκως μὴ μεγάλη ἡ μεταβολὴ ἔσται κατὰ μικρὸν μὴ ἐξαπίνης χρεομένῳ. Τοῦ δὲ θέρεος τῇ τε μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι καὶ τῷ ποτῷ ὑδαρεῖ καὶ πολλῷ

DE SALUBRI VICTUS RATIONE.

1. Hac victus ratione privati homines uti debent, ut hieme quidem quam plurimum edant, bibant quam minimum. Potus sit vinum quam meracissimum, cibus panis, opsonia assa omnia. Oleribus autem quam paucissimis hac tempestate utendum. Hac enim ratione potissimum corpus tum calidum, tum siccum fuerit. At vero cum ver instat plus bibere oportet, vinum dilutum, idque paulatim, cibisque mollioribus et paucioribus utendum, panis subtrahendus, et maza offerenda, eademque ratione opsonia detrahenda et assa omnia cum elixis commutanda. Oleribus etiam paucis iam utendum, ut ad aestatem homo deveniat, tum molliores omnes cibos, tum opsonia cocta sumendo et olera cocta et cruda, similiterque potus plurimos et quam dilutissimos, idque sensim, ut ne magna mutatio derepente utenti contingat. Aestate autem tum molli maza, tum potu copioso et diluto opsoniisque omnibus elixis nutriri oportet; oportet enim his uti aestatis tempore, ut corpus molle sit ac frigidum, si quidem haec tempestas calida est et sicca et corpora aestu-

[1] ὡς ἀκρητέστερον sine οἶνον. — [2] χρῆσθαι. — [3] μάλιστα om. — [4] ἐπισταίη. — [5] χρῆσθαι. — [6] δεῖ. — [7] ὡς ἔφην — sine ἑφθ. — [8] ὡς ἔφην sine ὑδαρ.

1. τοὺς ἰδιώτας — καὶ ξηρόν.] πίνειν δὲ ὡς ἐλ. Gal. δ' ὡς in his vulg.: εἰδέναι δὲ χρὴ τὸ πόμα A., εἶναι δὲ χρή Gal., libri quatuor Parr., εἶναι δὲ χρὴ τὸ μὲν π. Lind., Mack.; τὰ δὲ ὄψα pro καὶ τὰ ὄψα B.'; χρέεσθαι e Gal. iam alii dederunt. Vulgo κατὰ ταύτην τὴν ὥρην, sed praepositionem omm. Gal., A. C. B.' Mack.; μάλιστα omm. etiam quatuor libri Littréi, in quorum uno, H., restit. al. m. Cum Gal. et Mack. scripsi θερμόν τε εἴη καὶ ξ.; ceteri ξ. τε εἴη καὶ θ., etiam V.

ὁκόταν δὲ — χρεομένῳ.] Pro ἐπιστῇ Littr. ἐπιλαμβάνῃ partim cum A., qui ὑπολαμβάνῃ; vulgatam e V. notavi; — τό τε πόμα χρή scripsi cum Gal. A. C., vulgo τότε χρὴ πόμα. Pro πίνειν οἶνον ὑδαρέστερον C. ποιέειν καὶ ὑδαρέστερον, A. vero: ποιέεσθαι καὶ ὑδαρέστατον. Similem lect. memorat Foës.: πλέον ποιέεσθαι καὶ ὑδαρέστερον. — Lind., Mack., καὶ οἶνον; — καὶ ὕδαρ. Gal.; — μαλθακωτέροισι libri 5. Littréi et Gal.; — χρέεσθαι om. A.; τῶν ἄρτων ἀφαιρ. A. — ἔκ τε τῶν ὀπτ. Gal. — Pro ἤδη χρῆσθαι, multi libri διαχρῆσθαι et διαχρέεσθαι Ald.; simplex χρῆσθαι pro χρέεσθαι A. Omisi τοῦ ἦρος post χρέεσθαι et ante ὀλίγοισι cum libris octo Littréi et Voss.; puto διαχρέεσθαι τοῦ ἦρος unam aliquam lectionem esse, alteram ἤδη χρέεσθαι. Cod. C. θερείην, multi θερ. ὥρην, B. θερινὴν καταντήσεται. Codd. A. C. ὥνθρ., vulgo ὁ ἄ. — Cum Gal. scripsi σιτίοισι πᾶσι μαλακωτέροισι, vulgo πᾶσι abest, sed A. μαλθακοῖσι πᾶσι χρωμ. — A. om. τοῖσι ante ὄψοισι. — Illam Vossiani lect. ὡς ἔφην e multis codd. adnotat Littr.; — ὡσαύτως om. A. C. Iam vero ὡς ἔφην ὑδαρεστ. libri 5. apud Littr., Lind., Mack.; libri 3., uti Voss., ὡς ἔφην pro ὑδαρεστ.; — ἀλλ' ὅκως Lind., Littr. cum libris 3., vulgo καὶ ὅκως. — Cod. A. καὶ μὴ μεγάλη ἡ μεταβολὴ ἔσται ἐξαπίνης χρωμένῳ.

τοῦ δὲ θέρεος — ἀλέξασθαι.] μαλθακῇ A. τρέφεσθαι omm. A. C.; πόματι A.; δεῖ γάρ est lectio codd. A. C. a

καὶ τοῖσι ὄψοισι πᾶσι ἑφθοῖσι· [1] δεῖ γὰρ χρέεσθαι τούτοισι, ὁκόταν θέρος ᾖ, ὅκως ψυχρὸν [2] γένηται τὸ σῶμα καὶ μαλακόν· καὶ γὰρ ἡ ὥρη θερμή τε καὶ ξηρὴ καὶ ποιέει τὰ σώματα καυματώδεα καὶ αὐχμηρά· δεῖ οὖν τοῖσι ἐπιτηδεύμασι τούτοισι ἀλέξασθαι. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ ἐκ [3] τοῦ χειμῶνος [4] ἐς τὸ ἦρ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἦρος ἐς τὸ θέρος καταστήσεται, τῶν μὲν σιτίων ἀφαιρέων, τῷ δὲ ποτῷ προστιθείς· καὶ οὕτω τὰ [5] ἐναντία ποιέοντα καταστῆσαι ἐκ τοῦ θέρεος ἐς τὸν χειμῶνα. Ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ πάλιν τὰ μὲν σιτία πλέω ποιεύμενον καὶ ξηρότερα καὶ τὰ ὄψα κατὰ λόγον, τὰ δὲ ποτὰ ἐλάσσω τε καὶ ἀκρητέστερα, ὅκως ὅ τε χειμὼν ἀγαθὸς ἔσται [6] καὶ ὥνθρωπος διαχρήσεται τοῖσί [7] τε πόμασι ἀκρητεστέροισι καὶ ὀλίγοισι [8] καὶ τοῖσι σιτίοισι ὡς πλείστοισί τε καὶ ξηροτάτοισι· οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὑγιαίνοι μάλιστα καὶ ῥιγῴη ἥκιστα· ἡ γὰρ ὥρη ψυχρή τε καὶ ὑγρή.

β'. Τοῖσι δὲ εἴδεσι τοῖσι σαρκώδεσι καὶ [9] μαλθακοῖσι καὶ ἐρυθροῖσι ξυμφέρει [10] δὴ τὸν πλείονα χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ ξηροτέροισι [11] τοῖσι διαιτήμασι χρέεσθαι· ὑγρὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν εἰδέων τούτων. Τοὺς δὲ [12] στριφνοὺς καὶ προσεσταλμένους καὶ πυρροὺς καὶ [13] μέλανας τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρὴ τὸ πλεῖον τοῦ χρόνου ἐνδιαιτᾶσθαι· [14] τὰ γὰρ σώματα τὰ τοιαῦτα ὑπάρχει ξηρὰ ἐόντα. Καὶ τοῖσι νέ-

osa et squalida reddit. Hac igitur instituta victus ratione iis succurrendum est. Eadem vero ratione, quemadmodum ex hieme ad ver, sic etiam ex vere ad aestatem deveniendum, cibos quidem demendo, potum vero augendo, ad eumque modum contraria adhibendo ex aestate ad hiemem perveniendum. Auctumno contra cibi quidem maiore copia et sicciores exhibendi, et opsonia ad eundem modum, potus etiam pauciores et meraciores, ut homo commodam degat hiemem, et potibus utatur meracioribus et paucis, cibisque quam plurimis et siccissimis. Ita enim cum vel maxime valebit, tum minime frigus sentiet, cum haec anni tempestas sit frigida et humida.

2. At corporis habitus carnosos, molles, et rubros maiorem anni partem sicciore victus ratione uti convenit, quod eorum natura sit humida. Duri vero, graciles, fulvi et nigri humidiore victus ratione toto fere tempore uti debent, cum eorum corpora sicca exsistant. Iunioribus corporibus mollior et humidior victus ratio utilis est. Haec enim aetas sicca est et eorum compacta sunt corpora. Senes vero sic-

[1] καὶ οὕτω δεῖ χρ. τ. — [2] εἴη. — [3] τοῦ om. — [4] εἰς τὸ ἦρος. — [5] ἐνιαύσια. — [6] εἰ pro καὶ ὥνθρ. — [7] τε om. — [8] καί om. — [9] μαλακοῖσι. — [10] δε. — [11] τοῖσι om. — [12] στριφνούς. — [13] μέλανας ἀνέρας. — [14] τὰ γὰρ τοιαῦτα σωμ. ξηρὰ εἰσὶν ἐόντα.

Littréo recepta pro vulgata, quam e V. notavi. — A. δεῖ γὰρ χρῆσθαι τούτοις ὅταν θ. ἢ ὅκως τὸ σ. ψ. καὶ μ. γένηται; e qua lectione recepi γένηται, ubi vulgo ᾖ, Voss. ἔοι habet; tum omisi τό ante θέρος. — Dein ἡ γὰρ ὥρη sine καί cod. A.; παρέχεται τὰ σ. A. C.

κατὰ δὲ — χειμῶνα.] τοῦ ante χειμῶνος omm. 8. libri Littréi; ὥσπερ ἕως τὸ ἔαρ ἐκ τ. χ. οὕτως ἐς τὸ θέρος καταστῆσαι A.; σίτων idem liber; οὕτω δέ pro καὶ οὕτω C.; οὕτω δὲ καί A. Lectionem ἐνιαύσια e Voss. notatam multi ferunt Parr. et Gal.

ἐν δὲ τῷ φθινοπ. — ὑγρή.] πάλιν om. C. ποιεόμενον Gal.; κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον Gal., Mack.; ἐλάσσω καί A.; — οὕτω δὲ χ. Lind. pro ὅκως ὅ τε χ. — Pro καὶ ὥνθρ. aliquot Parr. et Lind. εἰ ὥνθρ., unus, ut V., εἰ sine ὥνθρ.; — ubi A. C. ὥνθρ. vulg. ὁ ἄ.; A. ἀκρητεστάτοισι. Ante ψυχρή vulgo λίαν, sed hoc omm. A. C. Hunc locum vitio laborare nemo negabit, qui attenta mente eum perlustraverit: perinepta dictio ὅκως ὅ τε χειμὼν ἀγαθὸς ἔσται statim suspicionem movet; praeterea nexus idoneus non est inter priorem partem periodi et alteram. Fere exspectaveram ὅκως ἐς τὸν χειμῶνα καταστήσεται ὥνθρωπος, ἤδη χρῆσθαι κ. τ. λ. Videas L. B., num meliora tibi suppeditent!

2. τοῖσι δὲ εἴδεσι — τούτων.] μαλακοῖσι A. — Plures libri et Gal. πλείω ante μαλθακοῖσι, sive μαλακοῖσι. Cod. A. πλεῖστον χρ., idemque liber ξηροτέροισι τοῖσι διαιτ., ceteris τοῖσι omittentibus.

τοὺς δὲ — ἐόντα.] Vulgo στρυφνούς pessime; C. στριφνούς, cod. B. τοὺς μὲν οὖν στεριφούς, Erot. στεριφνούς. Qua forma usus sit noster, quis definiet? sed στρυφνούς absurdum est, itaque dedi id, cum quo facile commutari possit. Quatuor apud Littr. libri καὶ ἰσχνοὺς καὶ μέλανας, sed otiosum additamentum est καὶ ἰσχνούς. Dein χρῆσθαι τὸν πλείω χρ. omisso ἐνδιαιτᾶσθαι cod. A., τὸν πλείω διαιτ. χρ. Gal., Mack.; ταῦτα pro τοιαῦτα A. C., ξηρά εἰσιν ἐόντα codd. quatuor.

καὶ τοῖσι νέοισι — πέπηγε.] μαλθακωτέροισι A. C.,

οισι τῶν σωμάτων ξυμφέρει μαλακωτέροισί τε καὶ ὑγροτέροισι χρέεσθαι τοῖσι διαιτήμασι· ἡ γὰρ ἡλικίη ξηρὴ καὶ τὰ σώματα πέπηγε. Τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῷ ξηροτέρῳ χρὴ τρόπῳ τὸ πλέον τοῦ χρόνου διάγειν· τὰ γὰρ σώματα ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίῃ ὑγρὰ καὶ μαλθακὰ καὶ ψυχρά. Δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην καὶ τὴν ὥρην καὶ τὸ [1] ἔθος καὶ τὴν χώρην καὶ τὰ [2] εἴδεα τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τοῖσι καθισταμένοισι καὶ θάλπεσι καὶ χειμῶσι· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὑγιαίνοιεν.

ciore victus modo plurimam temporis partem degere oportet, quod ea aetate corpora sint humida, mollia et frigida. Quare pro aetate, anni tempore, consuetudine, regione, loco, corporum habitu, victus ratio sic est ineunda, ut instantibus et caloribus et frigoribus nos opponamus. Nam ita demum optima valetudo consequetur.

γ'. Καὶ ὁδοιπορέειν τοῦ μὲν χειμῶνος [3] ταχέως χρή, τοῦ δὲ θέρεος ἡσυχῇ, ἢν μὴ διὰ καύματος ὁδοιπορέῃ· δεῖ δὲ καὶ τοὺς [4] μὲν σαρκώδεας θᾶσσον ὁδοιπορέειν, τοὺς δὲ ἰσχνοὺς ἡσυχέστερον. Λουτροῖσι δὲ χρὴ πολλοῖσι [5] χρέεσθαι τοῦ θέρεος, τοῦ δὲ χειμῶνος ἐλάσσοσι, χρὴ δὲ τοὺς στριφνοὺς μᾶλλον λούεσθαι τῶν σαρκωδέων. Ἠμφιέσθαι δὲ χρὴ τοῦ [6] μὲν χειμῶνος [7] καθαρὰ ἱμάτια, τοῦ δὲ θέρεος ἐλαιοπινέα.

3. Quin etiam per hiemem quidem celeriter et per aestatem leniter iter faciendum, nisi per solis ardorem via sit facienda. Corpulentos autem celerius, graciles vero levius iter facere convenit. Balneis etiam multis per aestatem et per hiemem paucis utendum. Duris vero quam corpulentis lavari magis expedit. Et hieme quidem vestes puras induere convenit, aestate vero oleo imbutas.

δ'. Τοὺς δὲ παχέας χρή, ὅσοι βούλονται λεπτοὶ γενέσθαι, τὰς ταλαιπωρίας ἁπάσας νήστιας [8] ἐόντας ποιέεσθαι καὶ τοῖσι σιτίοισι ἐπιχειρέειν ἔτι ἀσθμαίνοντας ἐκ τοῦ κόπου καὶ μὴ ἀνεψυγμένους καὶ προπεπωκότας οἶνον κεκρημένον [9] καὶ μὴ σφόδρα ψυχρὸν καὶ τὰ ὄψα σκευάζειν σησάμοισι ἢ ἡδύσμασι καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι τοιουτοτρόποισι· καὶ πίονα δ' ἔστω· οὕτω γὰρ ἂν ἀπὸ ἐλαχίστων

4. Ac qui crassi cupiunt tenues fieri, ieiuni omnes exercitationes subire et adhuc ex labore anhelantes, necdum refrigerati cibos aggredi debent, priusque bibere vinum dilutum nec admodum frigidum. Opsonia quoque ex sesamis aut viridibus et siccis condimentis aliisque id genus apparata assumere; sint praeterea etiam pinguia, ita enim quam paucissimis impleantur. Quin et semel cibus capiendus et balneo absti-

[1] ἔτος. — [2] ἤθεα. — [3] ταχύτερον sine χρή. — [4] μέν om. — [5] χρῆσθαι. — [6] μέν om. — [7] καὶ καθ. — [8] ἐόντας om. — [9] μὴ πάνυ ψ. sine antecedente καί.

quorum ille τε om. Post πέπηγε addunt ἔτι sex libri apud Littr., Lind., Mack.

δεῖ οὖν — ὑγιαίνοιεν.] καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν χώρην om. A.; non vero fortuita est omissio, sed consulto facta, quia in superioribus mentio quidem facta est τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ὥρης καὶ τῶν εἰδέων hominum, non eorum ἔθους et χώρης. Nec tamen affirmo haec h. l. memorare non potuisse auctorem, licet supra de iis sileat, itaque nihil muto. — Multi codd. Parr. ἔτος, quod Ald. fert, τηρεῖσθαι τὰ διαιτήματα B.; ὑγιαίνειαν A.

3. καὶ ὁδοιπορέειν — ἡσυχέστερον.] Illud ταχύτερον, quod e V. notavi, in multis Littréi libris occurrit, sed in uno tantum sine χρή adscripto. — Cod. Fevr. Foësii ἡσυχῶς; — ἡσυχῇ ἔχειν Gal., Mack. — A., δι' ἡλίου pro διὰ καύματος. Ante τοὺς μέν om. καί C., Mack.; — μέν C. Gal., Mack., Littr., vulg. om.; — ἡσυχαίτερον A.

λουτροῖσι — σαρκωδέων.] χρέεσθαι Gal. χρῆσθαι vulg.; καὶ τοῦ θέρεος J.; στρυφνούς vulg. στριφνούς H. K., ἰσχνούς C. Mack., τοὺς στιφροὺς χρή sine δέ A.; λοῦειν C.

ἠμφιέσθαι — ἐλαιοπινέα.] ἠμφῆσθαι A. sine δέ; — μέν praebuerunt Littréo libri 5. et Mack. dederat, vulg. om. In fine periodi apud Ald. in multis Parr. item in Voss. adscribitur: τοὺς δὲ στρυφνοὺς (K. στριφνοὺς) τοὐναντίον, quod recepit Mack.

4. τοὺς δὲ παχέας — μάλιστ' ἂν εἴη.] δέ ante παχέας et καί ante ὅσοι om. A., quem hac in re sequor; tum γίνεσθαι habet. Dein ἐόντας a Mack., Littr. e Gal. additum est, vulgo om. — A. C. omm. ἔτι ante ἀσθμ.; ἐκ τοῦ κόπου omm. iidem et Gal.; καί ante πάνυ ψ. om. A.; alii libri ferunt lect., quam e V. notavi; alii καί habent, sed μή omm.; unus πλέονα pro πίονα, Gal., A. καὶ πίονα δέ, C., Mack. πίονα δ' ἔστω; vulgo δέ abest. Post ἔστω omisi τὰ προσαγόμενα ὄψα cum A. C., quorum ille om. ἄν, quod sequitur. — Porro ἀπό γε ἐλ. πεμμάτων ἐνεπίπλαιντο Gal., Mack.; alii libri ἐμπίπλαιντο, A. ἐμπιπλαῖντο et Littr., vulgo ἐμπίμπλαιντο. — Dein ἀλλά om. A., idem-

ἐμπίπλαιντο· ἀλλὰ καὶ μονοσιτέειν καὶ ἀλουτέειν καὶ σκληροκοιτέειν καὶ γυμνὸν περιπατέειν ὅσον οἷόν τε μάλιστ' [1] ἂν εἴη. Ὁκόσοι δὲ βούλονται λεπτοὶ ἐόντες παχέες [2] γενέσθαι, τά τε ἄλλα ποιέειν τὰ ἐναντία κείνοισι καὶ [3] νήστιας μηδεμίαν ταλαιπωρίην ποιέεσθαι.

ε'. Τοῖσι δὲ ἐμέτοισι χρὴ καὶ τοῖσι κατακλύσμασι τοῖσι τῆς κοιλίης [4] ὧδε χρέεσθαι· ἓξ μῆνας τοὺς χειμερινοὺς ἐμέειν· οὗτος [5] γὰρ ὁ χρόνος φλεγματωδέστερος τοῦ θερινοῦ καὶ [6] τὰ νοσήματα γίγνεται περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ περὶ τὸ χωρίον τὸ ὑπὲρ τῶν φρενῶν· ὅταν δὲ ᾖ θάλπος, τοῖσι κατακλύσμασι χρέεσθαι, ἡ γὰρ ὥρη καυματώδης καὶ τὸ σῶμα χολωδέστερόν ἐστι καὶ [7] βαρύτητες ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ [8] ἐν τοῖσι γούνασι καὶ θέρμαι γίγνονται καὶ ἐν τῇ γαστρὶ [9] στρόφοι· δεῖ οὖν τὸ σῶμα ψύχειν καὶ τὰ μετεωριζόμενα κάτω [10] ὑπάγειν ἐκ τῶν χωρίων τούτων. Ἔστω δὲ τὰ κατακλύσματα τοῖσι μὲν παχυτέροισι καὶ ὑγροτέροισι ἁλμυρώτερα καὶ λεπτότερα, τοῖσι δὲ ξηροτέροισι καὶ προσεσταλμένοισι καὶ ἀσθενεστέροισι λιπαρώτερα καὶ παχύτερα· ἔστι δὲ τῶν κατακλυσμάτων τὰ λιπαρὰ καὶ παχέα [11] τὰ ἀπὸ τῶν γαλάκτων καὶ ἀπὸ [12] ἐρεβίνθων ὕδωρ ἑφθὸν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· τὰ δὲ λεπτὰ καὶ ἁλμυρά, [13] ἅλμη καὶ θάλασσα καὶ τὰ τοιαῦτα. Τοὺς δὲ ἐμέτους ὧδε χρὴ ποιέεσθαι· ὅσοι μὲν τῶν ἀνθρώπων παχέες εἰσὶ καὶ μὴ ἰσχνοί, νήστιες

nendum, duriter cubandum et nuda deambulatione, quoad eius fieri possit, utendum. Qui vero attenuato cum sint corpore, crassiores effici volunt, tum his contraria facere, tum ieiuni nullam exercitationem subire debent.

5. Vomitionibus autem et infusis alvum eluentibus utendum hunc in modum. Sex hibernis mensibus vomitus ciendus, quod tempus hoc aestivo plus pituitae gignat et morbi circum caput et regionem eam, quae est supra septum transversum, excitantur. At ubi aestas viguerit, infusis utendum. Haec enim anni tempestas aestuosa est et corpus bile magis abundat; gravitates etiam lumbos et genua infestant, calores oboriuntur et venter torminibus torquetur. Corpus igitur refrigerandum et quae sursum attolluntur, deorsum ex istis locis deducenda. At corpulentis et humidioribus infusa quidem salsa magis ac tenuia, siccioribus vero, gracilibus et imbecillioribus pinguiora et crassiora conveniunt. Sunt autem infusa pinguia et crassa, quae ex lacte parantur, et cicerum decoctum ceterorumque id genus. Tenuia vero et salsa, muria, aqua marina et quae sunt huiusmodi. Vomitiones autem hunc in modum faciendae. Obesi ac minime tenues ieiuni vomant a cursu aut celeri deambulatione circa meridiem; hyssopi hemina dimidia in aquae congio contriti potu exhibeatur, affuso aceto et

[1] ἂν om. — [2] γίνεσθαι. — [3] νῆστιν μηδαμῶς. — [4] ὧδε χρὴ ποιέεσθαι sine antecedente χρή. — [5] γάρ om. — [6] τά om. — [7] βαρυτ. γίνονται et infra etiam γίν. — [8] ἐν om. — [9] στρόφοι γίνονται. — [10] ὑπάρχειν. — [11] ὅσα pro τά. — [12] τῶν τῆς τερεβίνθου τῶν ἑφθῶν ὑδάτων καὶ τῶν ἄλλ. [13] κράμβη.

que σκληροσιτέειν fert; — συχνὸν pro γυμνὸν C.; — μάλιστα ἢ vulg., μάλιστα εἴη Gal., μάλιστ' ἂν εἴη A.

ὁκόσοι δὲ — ποιέεσθαι.] γενέσθαι A. γίν. vulg.; παχύτεροι γενέσθαι Gal.; τὰ δὲ ἄλλα alii libri; τὰ ἐναντία C. τἀναντία vulg.; — Gal., unus cod. Littréi, Mack. ἐκείνοισι; — οἷσι ἔφην omisi cum A. C. ante καὶ νήστιας. — Νῆστιν, ut Voss., Gal., multi Parr.; μηδαμῶς pauci Parr.; νηστείην μηδ. καὶ ταλ. π. A. ἢ ταλαιπ. E.

5. τοῖσι δὲ — ἐκ τῶν χ. τούτων.] Octo libri Littréi ferunt lect., quam e V. notavi ad initium §. — A. ante τῆς κ. om. τοῖσι; tum χρῆσθαι habet. Iidem illi octo Parr. καὶ γὰρ οὗτος; — φλεγματωδέστατος C., ἢ περὶ τὸ χ. idem, sed A. om. περί. Vulgo π. τὸ χ. τοῦτο, sed Littr. cum septem libris τοῦτο om.; — C. θάλπεα. — τὸ θ. Gal., Mack. τὰ θάλπεα A.; χρῆσθαι idem; καὶ αἱ βαρυτ. Gal.. A., Mack.; ἐν τοῖσι γ. Gal., A., Mack., Littr. — τοῖς γ. sine ἐν vulg. — Cod. A. om. καὶ ἐν τῇ γ. στρ. — Articulum ante κοιλίῃ vulg. om., addidit Littr. e Gal., libris octo, Ald.; γίνονται post στρ. omisit Littr. cum nonnullis codd.; ἀπὸ τῶν χ. τούτων Gal., A.

ἔστω — καὶ τὰ τοιαῦτα.] κλύσματα E.; καὶ παχύτερα om. A.; τά ante λιπαρά omm. A., C., Gal., Mack.; ὅσα pro τά, quod e V. enotavi, novem Littréi codd. ferunt et Lind., Mack., alteramque illam lect. pro ἀπὸ ἐρεβ. e V. notatam octo libri Littréi; — ἑφθέα Gal.; τῶν ante τοιούτων adscripsi e Gal., A., C., Mack.; tum λεπτὰ δέ sine τά A.. C. — Lectio κράμβη item in multis libris Littréi legitur; κράμβην καὶ θάλασσαν τὰ τοιαῦτα C. καὶ τὰ τοιαῦτα om. A.

σις, sed Zuing. in m., K.', Lind. κλύσις. Ad ἐκ τήξεως ἅλες, quae vulgata est lectio, nisi quod Lind. Ionice τήξιος scripsit, Zuing. in m. ἐκτήκει ὡς ἅλες. Iam vero repetenda est eius notula, quam Littr. item descripsit: „Corn. legit cum Turnebo ἐκτήξει ὡς ἅλες. Sed tautologiam committeret, cum paulo ante παραπλήσιον θαλάσσῃ statuerit." E Latinis Foësii efficit Littréus hunc ἐκ τήξεως ἁλός voluisse; ipse Littréus multum sibi placere dicit Turnebi emendationem, sed raro cum aliqua veri specie tales locos i. e. tam breves et tam negligenter descriptos corrigi. — Mihi hoc loco mirum videtur neminem monere de καὶ πρὸς ἄλλα δὲ ὅσα, nam certum est ἐκτήκει ὡς ἅλες esse legendum, sed vellem scire quid sibi velit πρὸς ἄλλα δὲ ὅσα cum sequentibus dativis λειχῆσι, λέπρῃσι, ἀλφοῖσι. Ego hic nihil intelligens locum intactum reliqui. In seqq. Lind. omisit συντείνει; ad παχυνθέν Zuing. in marg. ἐπιχυθέν. παλυνθέν. K. καταχυθέν. — Pro κρατέει in A. κραταίοῖ i. e. κρατέοι. — Mihi legendum videtur θερμῷ δὲ ταῦτα, τὰ δὲ ἄλλα καὶ τὴν ὥρην ξυντεκμαίρεσθαι. Iam vero sentio quidem coniungi probabiliter debere καὶ πρὸς ἄλλα δὲ συντείνει παχυνθὲν ἐν ἡλίῳ, sed tamen medicamentum dici συντείνειν πρός τι non memini me alicubi videre. — Brevi posteriorem loci partem extricare non valeo.

μυρμηκίας — ποιέει.] — Pro ἰᾶται ex A. ἐώσει notat Littr.; A. ποιέει, al. m. ποιέειν, quae vulg. est lectio; — sed ταῦτα cett., ubi de meo ταὐτά dedi. — Post ἄλλῃ lacunam notavi, quia πολλαχῇ τε καὶ ἄλλῃ ὠφελέοι ἄν, εἰ μὴ κ. τ. λ. exspectas. Pro ἐδύνατο δ' ἂν καὶ ποδαγρίῃ (scripsi ποδάγρῃ) vellem solitam formulam ἐδύνατο δ' ἂν καὶ πρὸς ποδάγρην, numquam dativum in hac formula positum vidi, nec vero congruit.

5. *Οἶνος δὲ γλυκὺς — φαρμακοποσίην.*] In his varietas lectionis nulla. Legendum saltem videtur οἶνος δὲ γλυκὺς ἐς ὅσα χρόνια ἕλκεα (nisi malis ἐς ἕλκεα, ὅσα χρ.) αὔταρκες· ἀτὰρ καὶ ἐς φαρμακοποσίην...... Nempe videtur in fine aliquid deficere, neque enim quisquam perhibuerit τὸν οἶνον τὸν γλυκύν esse αὐτάρκεα ἐς φαρμακοποσίην, quin ipsa haec dictio incongrua est, me iudice, omni modo. Neque vero certum ἕλκεα χρόνια auctorem voluisse, sed sine dubio τρώματα χρόνια absurdum est. Fieri possit ut principium etiam lacunis sit depravatum. Quin de seqq., licet Latina adposuerim, item incertum me esse fateor.

Εἴρια δὲ — οἷον ἄλητον ἐφθόν.] Ὄρια in his est lect. cod. A. a Littréo recepta, pro qua vulgatum εἴρια reponitur in illo libro; εἴρια δέ uncis inclusit Zuing.; Mack. om.; — εἰρίοις E. Q.'; ego vulgatam servavi, quia non intelligo locum, nec quid praestet scio. Pro ψύξιος Mack. ψύχεος. In ὅσα δὲ στύψιος habemus lect. Zuing. in m., K.', Lind., Mack., Littréi, Foësii in Latinis, pro vulg. ψύξιος. — Dein εἰρίοις καταρρ. E. P. Cod. P. post καταρρῆναι addit δύνα-

καὶ βάτος, ῥοῦς σκυτοδεψική, ἐλελίσφακος καὶ ὅσα μαλθάσσειν δεῖ, οἷον ἄλητον ἑφθόν.

ς'. Τὸ ψυχρὸν ὠφελέει τὰ ἐρυθρὰ, οἷα ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐκθύει ὑποπλάτεα τοῖσι τοὺς σπλῆνας ὀγκηροὺς ἂν ἴσχουσι, εὐσάρκοισι δὲ καὶ ἁπαλοσάρκοισι, ὑπέρυθρα δὲ μέλασι· καὶ οἷα στρογγύλα ἐόντα, — αἰθόλικας λέγουσι, — ἐν αὐτῇσι τῇσι θερμολουσίῃσι ἀνίσταται γενόμενα, καὶ γυναιξὶ ἐκ γυναικείων ἀναδρομῆς ὑπὸ χρῶτα, καὶ ὑπὸ ἐρεθισμοῦ δέρματος ἱματίων τρηχέων ἀήθεϊ φορῆσι, καὶ ἐξ ἱδρώτων ἐξόδου, ἢ ἐκ ψύχεος ἐξαίφνης πρὸς πῦρ ἐλθόντι, ἢ λουτρὰ θερμά· ταῦτα δ' ἦν ὕστερον ποιήσῃ, ἔτι οὐδαμῶς ἐκθύει. Ἐπεὶ ὁκόσα γε ἐκ ψύχεος γίγνεται, ἢ ὁκόσα τρηχύνεται κεγχρώδεα, εἶτ' ἑφελκοῦται, τὸ μὲν ψυχρὸν βλάπτει, τὸ δὲ θερμὸν ὠφελέει.

Ἃ δὲ ἄμφω ὠφελέει, τὰ ἐν ἄρθροισι οἰδήματα καὶ ἄνευ ἕλκεος ποδαγρικὰ, καὶ σπάσματα πλεῖστα, ταῦτα ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει, ἰσχναίνει καὶ ὀδύνην ναρκοῖ· νάρκη δὲ μετρίη ὀδύνης λυτικόν· καὶ τὸ θερμὸν ἰσχναίνει καὶ μαλθάσσει.

6. Frigida pustulis rubicundis prodest, quales latiusculae alia atque alia parte erumpunt iis, qui lienes tumidos habent, sed bono sunt corporis habitu et molli carne; et quales in nigro colore corporis insignibus subrubrae sunt. Et quales rotundae, *αἰθόλικες* dictae, in calidis lavacris excitatae oriuntur et mulieribus ex menstruorum sub cutem recursu, et e cutis irritatione ex insolita asperorum vestimentorum gestatione, et ob sudoris exitum, et cum quis ex frigore derepente ad ignem aut calida lavacra accesserit. Sin posterius haec fecerit, neutiquam amplius erumpunt. Quandoquidem quae ex frigore oriuntur, aut adinstar milii exasperantur, dein exulcerantur, iis quidem nocet frigida, calida vero prodest.

Locus corruptus.

ται, idem οἷον φύλλοις τευτλίων ἢ ὀθονίοις. — In seqq. ὅσα δ' ἔνι vulg. est lectio, ὅσα δ' ἔτι Zuing., Mack., ὅσα δέ τι Littr., — ego vulgatam non tango, quia nihil intelligo; — κίσσου φύλλα τοῦ λευκοῦ E., al. m. in m., L. Q.' Lind., Mack. Ad ψαθυρώτερα Zuing. in m. ψαφαρώτερα; inde κίστος recepit Littr. pro vulg. κισσός.

Equidem ex toto hoc loco boni nihil elicio, eumque pro desperato dimitto.

6. Τὸ ψυχρὸν — τὸ δὲ θερμὸν ὠφελέει.] Pro τοῖσι τοὺς σπλῆνας ὀγκηροὺς ἂν ἴσχουσι, εὐσάρκοισι δὲ καὶ ἁπαλοσάρκοισι, ὑπέρυθρα δὲ μέλασι vulgata habet οἷα οἱ τοὺς σπλ. ὁλκηροὺς ἀνίσχουσιν. εὐσάρκοισι δὲ καὶ ἁπαλοσ. ὑπέρυθρα, μέλασι δὲ καὶ οἷαι κ. τ. λ. — Iam vero in his pro ὁλκηρούς praebent ὀγκηρούς A. Ald. et ediderunt Lind., Mack., Littr.; — hic autem videns vitio haec laborare scripsit: οἷα οἱ τοὺς σπ. ὀγκηροὺς [ἔχοντες] ἀνίσχουσιν, εὐσάρκοισί τε καὶ ἁπαλοσ., ὑπέρυθρα δὲ μέλασι κ. τ. λ. In quibus tamen remanet ineptum illud οἷα οἱ, quod e superiore οἷα ἄλλα natum est oscitantia librariorum, quum manifesto auctor τοῖσι scripserit; tum remanet omni modo ineptum ἀνίσχουσιν, quod nemo intelligit. Dein vero si mecum τοῖσι recipias et ἀνίσχουσι disseces, non opus est ut δὲ καί in τε καί mutes; sed μέλασι δέ cum Littréo omnino in δὲ μέλασι mutandum. Iam vero vulgata pergit legere: καὶ οἷαι στρογγύλαι ἐοῦσαι, θοληκὰς λέγουσι καὶ ἐν αὐτῇσι τῇσι θερμολουσίῃσι ἀνίσταται γενόμενα, in quibus θολίκας A., δοθιῆνας Zuing. in m. de coniectura, sed recte Lind. αἰθόλικας e gloss. Erotiani et Galeni, unde Mack. etiam αἰθόλικας et Littréus. — Foësius autem in Oecon. legere vult idem quod item conieceram καὶ οἷα στρογγύλα ἐόντα; quod si tamen malis καὶ οἷαι στρογγύλαι ἐοῦσαι, — αἰθόλικας λέγουσι, — καὶ ἐν αὐτῇσι τῇσι θερμολουσίῃσι ἀνίστανται γενόμεναι κ. τ. λ., nihil obstare videtur. Malui tamen καί ante ἐν αὐτῇσι eximere, quum otiosum sit, licet defendi posse sentiam. In seqq. vix attinet monere ἀναδρομῆς a Lind., Mack. e Foësii emendatione datum esse pro vulg. ἀναδρομή, et ἐρεθισμοῦ pro librorum ἐρεθισμόν e Zuingeri m. dari coeptum esse. Dein ceteri ἢ ἱματίων, sed ἢ delevi, quum pessime invectum sit a librario non vidente ἐρεθισμὸν τοῦ δέρματος fieri ista ἱματίων τρηχέων φορῆσι ἀήθεϊ. — De meo τρηχέων scripsi pro τρηχείων, quod errori librariorum debetur; ridiculum enim est e scripto, quale hoc, eiusmodi neutrum scilicet ducere velle. Pro ἐλθόντι Littréus adnotat ἐλθούσαις ex E. L. P.' Q.' — Ταῦτα ἦν vulgo; ταῦτα γὰρ ἦν P.' Mack.; mihi etiam aliquid deficere videbatur, itaque post A. periisse Δ ratus scripsi ταῦτα δ' ἦν κ. τ. λ. — Pro ἔτι cod. A. ὅτι; — vulg. ἐπεὶ ὅσα, sed Ald., Bas., Zuing., codd. A. E. ὁκόσα; pro κεγχρώδεα Ald. A. κερχνώδεα.

Ἃ δὲ ἄμφω — καὶ μαλθάσσει.] οἰδήματα [καὶ ἀλγήματα] ἄνευ ἕλκεος [καὶ] ποδ. ex Aph. 25. V. K.' Lind., Mack. — Vulgata καὶ σώματα πλεῖστα habet, quod tamen dudum emendarunt ex Aph.; — τούτων τὰ πλεῖστα pro πλεῖστα τοῦτο Lind.; ῥηΐζει a Lind. ex Aph. datum est, itemque a Littréo pro vulg. ἱδρῶσιν. In λυτικόν habemus vulgatam lectionem, sed ληκτικόν cod. A. habet. — Ego de loco nostro sic sentio: ἃ δὲ ἄμφω ὠφελέει principio numquam aliquis intellexit, neque intelliget, nam a loco prorsus alienum est, a nescio quo intrusum, sensu vacuum. Similiter postrema καὶ τὸ θερμὸν ἰσχναίνει καὶ μαλθάσσει alienum

Τοῖσι δὲ ποδαγρικοῖσι, παρέσισι, τετάνοισι, σπασμοῖσι, τὰ τοιαῦτα· ξυντάσιες, τρόμοι, παραπληγίαι, τὰ τοιαῦτα· χαλάσιες, νάρκαι, ἀναυδίαι, τὰ τοιαῦτα· κάτωθεν ἀπολήμψιες, Φυλάσσεσθαι δὲ ἐν τῇ ψυχρᾷ χρήσι, ψυχροῖσι χρεόμενος μᾶλλον ἢ τἀναντία.

Locus corruptus.

Τὰ δὲ ἐς τὰ ἄρθρα ἐσκληρυσμένα ἢ ὑπὸ Φλεγμονῆς κοτε γενομένης, ἢ ἀγκύλης; προὔργου ἰάσασθαι, ἐς ἀσκίον θερμὸν ἐγχέοντα τὴν χεῖρα ἐναποδήσαντα.

At articulis induratis aut ob inflammationem quandoque obortam, aut ob contractionem ante omnia mederi convenit calida in utriculum infusa et manu in alligatum immissa.

Καὶ ὄμματα, δακρύου παρηγορικὸν καταλείΦοντα πρὸς τὰ δριμέα λίπος προσηνὲς ὥστε μὴ ἅπτεσθαι τὸ ἁλμῶδες καὶ τοῖσι βοθρίοισι διάνιψις καὶ πλήρωσις ἐς Φύσιν ἄγουσα.

Locus prave scriptus.

Ὀφθαλμοῖσι θερμὸν, ὀδύνῃσι, ἐμπυήσισι, δακρύων δακνωδέων, ξηροῖσι ἅπασι.

Vocabula sensu cassa sunt.

Τὸ ψυχρὸν ἀνωδύνοισι, ἐξερύθροισι τοῖσι δὲ εἰθισμένοισι ξυστροΦὰς κατὰ Φλέβας ποιέειν, οἷα χοιραδώδεα, κατὰ θώρηκα καὶ ἄλλα σκληρά· ἀρχῷ δὲ καὶ ὑστέρῃσι οὐ πάνυ ἐνδέχεται αἷμα ἐν ψύχεϊ οὐρέουσι.

Locus corruptus est.

Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδυνώδεα ἀνεκπύητα ποιέει, πελιαίνει, μελαίνει, ῥίγεα πυρετώδεα ποιέει, σπασμοὺς, τετάνους.

Ulceribus frigida quidem mordax est, cutem obdurat, tumorum dolentium suppurationem impedit, livorem et nigredinem inducit, rigores febriles facit et convulsiones et distentiones.

est ab antecedentibus. In intermediis habemus male scriptam vulgatam lectionem Aphorismi 25. V., quem quomodo legendum putem dixi in vol. I. p. 431. seq.

Τοῖσι δὲ ποδ. — ἢ τἀναντία.] Vulgata in his *χαλῶσι*, *ἢ χωλώσιες*, pro quo solum *χαλάσιες* recte reposuit Littr. — Ad *ἀπολήμψιες* Zuing. in m. *ἀπολήψιες*. — Lege *ἐν τῇ ψυχρῶν χρήσι*; ceterum locum sensu vacuum pro desperato sibi relinquo.

Τὰ δὲ ἐς τὰ ἄρθρα — τὴν χεῖρα ἐναποδήσαντα.] A vulgata his in rebus deflexi: *κοτε* scripsi pro *ὁκότε*, Littréo *ποτε* scribente. Tum cum Lindano, Mack. *προὔργου* scripsi plene pro vulgato *προὔργ'*: Littréus e *προὔργ' ἰάσασθαι* effecit *προὐργιαίτατα*, quum *ἰάσασθαι* otiosum iudicaret, sed mihi non persuadet; periodus, qualem dedit, claudicat. Vulg. *θερμὰ ἐγχέοντας*, sed *θερμὸν ἐγχ.* K.' *θέρμους* A.; ac *θερμά* quidem vulgatae constare nequit, *θέρμους* vero absurdum, unice verum est Cornarii *θερμόν*, quod recepi simulque singul. numero *ἐγχέοντα* dedi. In fine ex *ἐναποδῆσαι* effeci de meo participium *ἐναποδήσαντα*.

Καὶ ὄμματα — ἄγουσα.] In his *καταλείποντα* A., *διάνηψις* vulg., quod in cod. A. et a Zuing., Littréo correctum est, tandem *ἄγουσαν* A. — Ex his non multum proficimus, ut loco corrupto medeamur. Credo plura alia vitia inesse et lacunam: merae sunt hariolationes, quas profero, sed vellem eiusmodi quid:

Καὶ δακρύων παρηγορικὸν τὰ ὄμματα καταλείΦοντα πρὸς τὰ δριμέα λιπαῖ προσηνέϊ, ὥστε μὴ ἅπτεσθαι τὸ ἁλμῶδες .... καὶ τοῖσι βοθρίοισι διάνιψις καὶ πλήρωσις ἐς Φύσιν ἄγουσα.

ὀΦθαλμοῖσι — ἅπασι.] Ex his boni nihil excoquo.

τὸ ψυχρὸν — οὐρέουσι.] In his *ἀνωδύνουσιν* vulg., *ἀνωδύνοισιν* dedit Littr. e Zuingeri m.; — *τοῖσι τε εἰθισμ.* Zuing. in m., Lind.: *ἀνθρώποισι ἀνωδύνουσι, ἐξερύθροισι, τοῖσι τε εἰθισμ.* dedit Mack. Pro *ποιέειν* Littréus *ποιέον*, sed potius credo in infinitivo latere *ποιέει*; — *χοιραδώδεα* probabilis est emendatio corrupti per codd. vulgati *ἀχυρώδεα*, pro quo *ἀχωρώδεα* Zuing. in m.; *οὐθ' αἷμα* K.' Mack., *οὐδὲ αἷμα* Lind. — Littréus contulit Ep. VI. 3. 6. (p. 576 vol. I), — Fortasse locus sic constituendus:

Τὸ ψυχρὸν ἀνώδυνον ἐξερύθροισι· τοῖσι δὲ μὴ εἰθισμένοισι ξυστροΦὰς κατὰ τὰς Φλέβας ποιέει ....; ἀρχῷ δὲ καὶ ὑστέρῃσι οὐ πάνυ ἐνδέχεται· αἷμα δ' ἐν ψύχεϊ οὐρέουσι.

Quod post *ξυστροΦάς* non recipiendum puto *οἷα χοιραδώδεα*, licet recte emendari hac ratione vulgatam dixerim, huius rei causa est, quod exemplum videtur a lectore adpositum et quod dubito, num cum auctoris verborum mente congruat. Omisi vero *κατὰ θώρηκα καὶ ἄλλα σκληρά*, quia video quidem nullum esse negotium *σκληράς* scribere et ad *συστροΦάς* referre, sed quia simul video corruptum esse locum, e quo ego saltem nihil quod probabile videatur elicio. Num cum *ἀρχῷ* et *ὑστέρῃσι* etiam enumerata fuerit vesica, fere dubito propter postrema, licet sentiam non necessario fieri debuisse.

ἕλκεσι — τετάνους.] Post *πυρετώδεα* abest vulgo *ποιέει*, sed in K.' adscribitur; et vero sententia sine adscripto

Ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνῳ ἄνευ ἕλκεος νέῳ, εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις θέρμης ἐπανάκλησιν ποιέει· θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται. [τὰ δὲ ἐν κεφαλῇ καὶ καρηβαρίας.]

Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, [οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκεϊ, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφάλειαν,] δέρμα μαλθάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον, ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν· τῶν δ' ἐν κεφαλῇ καρηβαρίαν λύει. πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι μᾶλλον δὲ τοῖσι ἐψιλωμένοισι· τούτων δὲ μάλιστα τοῖσι ἐν κεφαλῇ τρώμασι [ἑκουσίοισι καὶ ἀκουσίοισι] καὶ ὅσα ὑπὸ ψύχεος ἢ θνήσκει ἢ ἑλκοῦται, ἔτι ἑλκώμασι [ἑκουσίοισί τε καὶ ἀκουσίοισι], ἀποσύρμασι, ἕρπησι ἐσθιομένοισι, μελαινομένοισι ἐν νούσοισι, ἀκοῇ, ἕδρῃ, ὑστέρῃ· τούτοισι πᾶσι τὸ θερμὸν φίλιον καὶ κρῖνον, τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον. [πλὴν ὁκόσα αἱμορραγέειν ἐλπίς.]

ζ'. Οὕτω κατάχυσις ὑγρῶν, ἐπίχρισις ἀλειπτῶν, ἐπίθεσις φύλλων ἢ ὀθονίων, κατάπλασις ὁκόσα ἢ ψύξις ἢ θέρμη ὠφελέει ἢ βλάπτει.

Interdum quoque in distentione absque ulcere, aetate iuvenili, corporis habitu carnoso, aestate media, frigidae larga profusio calorem revocat. Calore autem haec solvitur.

Calida suppurationem movet, cutem emollit, attenuat, dolorem solvit, rigores, convulsiones, distentiones mitigat; e capitis affectionibus gravitatem eius tollit; plurimum autem ossium fracturis confert, praecipue vere denudatis, omnium maxime capitis vulneribus et iis, quae ex frigore aut emoriuntur, aut exulcerantur; insuper ulceribus et quibus cutis abrasa est, herpetibus exedentibus, denigricatis partibus in morbis, auri, ano, utero. His omnibus calida grata est et ad iudicationem confert, frigida vero adversa est et interimit.

7. *Locus corruptus.*

verbo hoc claudicat, ita ut receperim. Sed locus constat ex Aph. 20. V. et ex 17. V., ubi vide.

ἔστι δὲ ὅκου — καρηβαρίας.] *κατάχυσις γίνεται καὶ θέρμης* L. Q.' Mack.; *ποιέει* om. A., sed al. m. reponitur; *ῥύεται* A., E., Zuing. m., Littr., *ῥέεται* vulgo. — Quae in loci fine uncis intercepi e seq. periodo librariorum incuria huc appulerunt. Est Aph. 21. V., ubi vide. Foës. in Latinis item omisit postrema.

τὸ θερμὸν — αἱμορραγέειν ἐλπίς.] De meo vulgatum *τὸ δ' ἐν κεφαλῇ καὶ καρηβαρίαν λύει* emendavi, sed delectatus sum emendatione Cornarii in K.', quam Lind. et Mack. receperunt, legentes *τὴν δ' ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρίην λύει*! Crediderinte Corn., alii illi *καρηβαρίην* etiam loco alio praeter caput sentiri posse? — *τούτων δὲ μάλιστα τοῖσι ἐν κ. τρ.* Lind.; quem sequor, cum vulg. in his *τῶν* pro *τοῖσι* pessime legat. — Sed hic et Mack. dein *τοῖσι* (*τῶν* servavit Mack.) *ἐν τῇ κεφ. ἕλκεα ἔχουσι* omittentes *ἑκουσίοισι καὶ ἀκουσίοισι*, nempe contulerunt Aph. 22. V. Littréus dicit sibi contra videri ac Zuingero; hic nempe infra tantum tulit *ἑκουσίοισί τε καὶ ἀκουσίοισι*, non hoc loco, Littréus vero putat *τρώματα ἑκούσια* esse, quae chirurgus in operando affligat. Non credo; mihi utroque loco ab aliena manu intrusa ea verba videntur, ita ut abiicienda censeam. Pro *ἔτι ἑλκώμασι* A. Ald. *ἐπί*. — Vulgo *ἑλκώμασι δ' ἑκ.*; A. *τ'*, E. *θ'*, Littréus inutilem esse ratus particulam delevit. — Ante *ἀποσύρμασι* in vulg. *οἷσι*, quod eiecit Littr. verissime animadvertens, non esse nisi repetitionem duarum syllabarum postremarum antecedentis *ἀκουσίοισι*. Vulgo *ἀποσύρματα*; dativum Littr. ex A. dedit. — Dein vulgo *μελαινομένοισιν ἢ ἐν νούσοισιν*; *ἢ ἐν ἀκοῇ, ἢ ἐν ἕδρῃ, ἢ ὑστέρῃ*. Foës. omnino Latine expressit *ἢ ἐν οὔλοισι* pro *ἢ ἐν νούσοισι*. Littréus non factum se malle dicit, cum quo consentio et textum descripsi, ut ille fecit collato Aphorismo 22. V. — Lind. *τὸ [μὲν] θ. φ.*, ex Aph., uti videtur. — Denique A. *αἱμορραγίης*. — Iam vero certum est nos hic paulo diversam lectionem loci habere ab ea, quam Aph. 22. V. fert. Uncis intercepi, quae nimium absurda videbantur; quae contra medicus antiquus proferre potuisse videbatur reliqui. Ceterum de loco hoc dixi ad Aph. illum vol. I. p. 430. seq.

7. *Οὕτω — βλάπτει.*] *καταχύσησιν* (*καταχύσεσιν* Zuing., Lind., Mack., *καταχύσισιν* Ionice Ald.) *ὑγρῶν*, *ἐπιχρίσησιν* (*ἐπιχρίσεσιν* et *ἐπιχρίσισιν* iidem, qui supra; *ἐπίχρησας* A.) *ἀλείπτων* (*ἀλειπτῶν* Zuing., Lind.) *ἐπιθέσησι* (*ἐπιθέσεσι* et *ἐπιθέσισι* iidem, qui supra; — *ἐπίθισις* A.) *φύλλων ἢ ὀθονίων καταπλάσεις* (*καταπλάσεσιν* Zuing., Lind., Mack., *καταπλάσεις*, al. m. *κατάπλασις* A.) *ὁκόσα κ. τ. λ.* vulgata. — Locum descripsi, quemadmodum fecit Littréus; sed neque e vulgata lect., neque ex hac sensum probabilem excoquo.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΩΝ.

ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΤΙΝΟΣ ΛΟΓΟΣ ΩΙ ΑΠΟΔΕΙΚΝΥΣΙ ΤΑΣ ΦΥΣΑΣ ΤΩΝ ΝΟΣΩΝ ΑΙΤΙΑΣ ΕΙΝΑΙ.

DE FLATIBUS.

SOPHISTAE NESCIO CUIUS SERMO EST, QUO FLATUS MORBORUM CAUSAS ESSE DEMONSTRAT.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΩΝ.

α'. Εἰσί τινες τῶν τεχνέων, αἳ τοῖσι μὲν κεκτημένοισί εἰσι ἐπίπονοι, τοῖσι δὲ χρεομένοισι [1] ὀνήϊσται, καὶ τοῖσι μὲν ἰδιώτῃσι ξυνὸν ἀγαθὸν, τοῖσι δὲ μεταχειριζομένοισι [2] σφᾶς λυπηραί. Τῶν [3] δὲ δὴ τοιούτων ἐστὶ τεχνέων καὶ ἣν οἱ Ἕλληνες καλέουσι ἰητρικήν· ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς [4] ὁρῇ τὰ δεινὰ, θιγγάνει τε ἀηδέων καὶ ἐπ' ἀλλοτρίῃσι ξυμφορῇσι ἰδίας καρποῦται λύπας· οἱ δὲ νοσέοντες ἀπαλλάσσονται τῶν μεγίστων κακῶν διὰ τὴν τέχνην, νούσων, πόνων, λύπης, θανάτου· πᾶσι γὰρ τούτοισι ἄντικρυς ἡ ἰητρικὴ εὑρίσκεται ἀκεστορίς. Ταύτης δὲ τῆς τέχνης τὰ μὲν φλαῦρα χαλεπὸν γνῶναι, τὰ δὲ σπουδαῖα ῥηΐδιον· καὶ τὰ μὲν φλαῦρα τοῖσι ἰητροῖσι μούνοισι ἔστι εἰδέναι καὶ οὐ τοῖσι ἰδιώτῃσι· οὐ γὰρ σώματος ἀλλὰ γνώμης [5] ἐστὶ ἔργα. Ὁκόσα μὲν [6] γὰρ χειρουργῆσαι δεῖ, χρὴ ξυνεθισθῆναι· τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιστον

DE FLATIBUS.

1. Artes quaedam sua quidem cognitione quibusdam multum laboris exhibent, usu vero nonnullis utiles exsistunt et vulgo quidem commune bonum conferunt, his autem, qui eas tractant, plenae sunt molestiae. Ex quarum artium numero est quam Graeci medicinam appellant. Medicus enim non nisi quae periculo sunt proxima intuetur et quae sunt ingrata contrectat, atque ex aliorum calamitatibus sibi dolorem conciliat. Aegrotantes vero artis opera maximis malis, morbis, laboribus, dolore, et morte vindicantur. His enim omnibus medicina manifestam medelam adhibere deprehenditur. Huius autem artis vilia nosse difficile, seria vero facile. Ac vilia quidem ipsis medicis, vulgo autem minime sunt cognita, cum mentis quidem, non corporis opera exsistant. Quaecumque quidem manuum tractationem postulant, ea in usum traducere oportet. Est enim

[1] ὀνήϊστοι (sic). — [2] ἐπὶ σφᾶς. — [3] δὲ δὴ τοιουτέων. — [4] ὁρέει τὰ δ. — [5] ἔργα εἰσίν. — [6] γάρ om. —, tum χειρουργεῖσθαι.

1. Εἰσί τινες — λυπηραί.] In his vulgo editur ὀνήϊστοι, sed ὀνήϊσται Lind. itemque Littréus e codd. quatuor. Marcianus praebet ὀνήϊστοι. Quod autem attinet ad accentum in Aretaeo ὀνηϊστός editur, sed apud Diog. Laërt. IX. 1. bis lego ὀνήϊστος, tum vero adiectivum esse videtur trium terminationum. — In verbis τοῖσι δὲ μεταχειριζομένοισι σφᾶς. Lind., Mack. ediderunt ἐπὶ σφᾶς, quae multorum apud Littréum codd. et Vossiani est lectio, non probanda tamen; Marc. ἐπί non fert.

Τῶν δὲ δὴ τοιούτων.] Littréus h. l. cum A. H. J. om. δέ, quod ceteri habent. Non video cur abiiciam: infra ἓν δὲ δή τι ex ipso A. adeo scripsit Littréus.

καὶ ἣν οἱ Ἑλλ.] καί h. l. om. A. Sed operae pretium est h. l. ostendere illum codicem hic illic recentiorem in hoc libro referre textus recensionem: in principio eius habet κεκτημένοις, χρεομένοις, — pro ὀνήϊσται fert ὠφέλιμοι, — pro ἰδιώτῃσι ξυνὸν fert δημότῃσι κοινόν, habet porro μεταχειριζομένοις; similia autem plura deinceps hic illic animadvertuntur, unde liquet codicem illum vetustum re ipsa recentem libri editionem locis pluribus offerre.

ὁρῇ τὰ δεινὰ — ἰδίας καρποῦται λύπας.] Vulgo ὁρέει, sed ὁρῇ Littréus ex A. et citatione loci apud Luc. bis accusat. et Euseb. Hist. eccles. X. 4. — Editor Par. ex A. et Luc. item dedit ὁρῇ τε δεινά, et ἐπ' ἀλλοτρίῃσί τε ξυμφορῇσι pro vulgata, quam servavi. Licet Littréi lectio mihi etiam e Marc. sit excerpta, nolui repudiare vulgatam, quia fortasse ad Luciani locum illorum codd. lectiones mutatae sunt.

ἀπαλλάσσονται κ. τ. λ.] Hic legunt ἀπαλλάσσονται (ἀποτρέπονται A.) διὰ τὴν τέχνην τῶν μεγίστων κακῶν Marc. A.

τούτοισι ἄντικρυς ἡ ἰητρικὴ εὑρίσκεται ἀκεστορίς.] Articulum ἡ e Marciano solo dedi, sed in isto libro εὑρισκ. ἀκεστορίς omittitur; in A. τούτοις ἀνθέστηκε ἰητρική legitur.

μούνοισι ἔστι εἰδέναι.] Haec vocabula in vulg., etiam in Voss., Marc. absunt et in plurimis mss. deficiunt. Zuing. ea in m. habet, tum A. H. Foës. in not., nisi quod hic εὖ pro ἔστι legit. Littréus hoc membrum in textum intulit. Paulo post τοῖσι δημότῃσι A. — Ex eodem libro et Marciano cum Littréo ἐστὶ ἔργα scripsi pro vulgato, quod e V. notavi.

ὁκόσα μὲν γάρ.] Locum citat Gal. de anatom. administr. p. 188. vs. 42. Ed. Basil., unde ὁκόσα pro ὅσα recepi. Littréus ex A. γάρ adscripsit, quod in Marc. etiam additur, in ceteris deëst. Cod. A. dein χειρουργῆσαι χρὴ, ξυνεθισθῆναι δεῖ. Lind. e Gal. l. l. συνεθισθῆναι χρὴ πάρος.

διδασκαλεῖον [1]γίγνεται· περὶ δὲ τῶν ἀφανεστάτων καὶ χαλεπωτάτων νοσημάτων δόξῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ κρίνεται· διαφέρει δ' ἐν αὐτοῖσι πλεῖστον ἡ πεῖρα τῆς ἀπειρίης. Ἓν [2]δὲ δή τι τῶν τοιούτων ἐστὶ τόδε, τί ποτε τὸ αἴτιόν ἐστι τῶν νούσων καὶ [3]τίς ἀρχὴ καὶ πηγὴ γίγνεται τῶν ἐν τῷ σώματι κακῶν; εἰ γάρ τις εἰδείη τὴν αἰτίην τοῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα τῷ σώματι, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος [4]τῷ νοσήματι. Αὕτη γὰρ [5]ἡ ἰητρικὴ μάλιστα κατὰ φύσιν ἐστί· αὐτίκα γὰρ λιμὸς νοῦσός ἐστι· ὅ τι γὰρ ἂν λυπέῃ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο καλέεται νοῦσος· τί οὖν λιμοῦ φάρμακον; [6]ὅ τι παύει λιμόν· τοῦτο δ' ἐστὶ βρῶσις· [7]τούτῳ ἄρα ἐκεῖνο ἰητέον. Αὖτις αὖ δίψαν ἔπαυσε πόσις· πάλιν αὖ πλησμονὴν ἰῆται κένωσις, κένωσιν δὲ πλησμονή· πόνον δὲ ἀπονίη, ἀπονίην δὲ πόνος. Ἑνὶ δὲ ξυντόμῳ λόγῳ, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶ ἰήματα· ἰητρικὴ γάρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν [8]ἐλλειπόντων· ὁ δὲ κάλλιστα τοῦτο ποιέων ἄριστος ἰητρός. ὁ δὲ τούτου πλεῖστον ἀπηλλαγμένος πλεῖστον ἀπήλλακται καὶ τῆς τέχνης. [9]Ταῦτα μὲν οὖν ἐν παρέργῳ τοῦ λόγου τοῦ μέλλοντος εἰρήσεσθαι.

β'. Τῶν δὲ δὴ νούσων ἁπασέων [10]ὁ μὲν τρόπος ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ τόπος διαφέρει· δοκέει

manibus usus optimum gymnasium. At obscurissimos et maxime difficiles morbos opinio magis quam ars iudicat, etsi in his plurimum imperitiae peritia praestat. In quibus sane hoc praecipuum est, quaenam sit morborum causa et ex quo principio ac veluti fonte corporis vitia oriantur. Qui enim morbi causam cognoverit, is utique quae corpori prosunt afferre poterit, ea cognoscens ex iis, quae morbo adversa sunt. Haec enim medicina maxime secundum naturam est. Ne longe abeam, fames morbus est. Quicquid enim homini molestiam adfert morbus appellatur. Quodnam igitur famis est remedium? hoc certe quod famem sedat. Id autem cibus facit, illius ergo hic medela est. Rursus quoque sitim potio sedat. Plenitudinem itidem evacuatio sanat, evacuationem vero plenitudo, laborem otium et otium labor. Atque ut uno verbo dicam, contrariorum contraria sunt remedia. Medicina enim additio est et subtractio. Et eorum quidem, quae exuberant, subtractio, eorum vero, quae deficiunt, additio. Qui vero illud optime facit, is optimus medicus existimandus est, quique plurimum abest ab eo praestando, is plurimum in arte medica deficere censetur. Atque haec quidem obiter praeter instituti sermonis rationem dicta sunto.

2. Morborum autem omnium cum idem modus sit, locus tamen diversus est. Morbi igitur

[1] γίγνεται om. — [2] δέ om. — [3] τί ἐν ἀρχῇ καὶ πηγή. — [4] τὰ νοσήματα. — [5] ἡ om. — [6] ὅ, τι. — [7] ἐκείνῳ τοῦτο ἰητέον. — [8] ἐλλιπόντων. — [9] τὰ μὲν οὖν. — [10] τρόπος ὁ α. δοκέει, omissis ceteris.

διδασκαλεῖον γίγνεται.] Vulgo διδασκαλεῖον, quod Marc. etiam fert, non Voss., qui διδασκάλιον, quod e codicum vi invexit Littréus et tamen mihi vulgato deterius videtur. Lind. διδασκαλικόν; e Cornarii vero Latinis fere efficias eum διδάσκαλος legisse. Littr. ex A. γίνεται adiecit, quod ceteri non habent.

ἢ τέχνῃ κρίνεται.] Marc. ἡ τ. κρ., quod tamen vitiosum. Paulo post vulgo πείρη, A. πείρα, de meo πεῖρα dedi.

ἓν δὲ δή τι.] Sic Littr. ex A. solo; vulgo δέ om. — Dein ἐστὶ καὶ τόδε K.

προσφέρειν τὰ ξυμφ.] τὰ ξ. πρ. cod. A. — Dein τῶν ἐν τῷ σώματι vulg., sed τῶν ἐν codd. non habere scribit Littr. et Marc., Voss. omittunt.

ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τῷ νοσήματι.] Haec om. A. — In vulgata postrema sic se habent: τὰ νοσήματα. Quod cum sano sensu destitui videret Littréus, probabili omnino coniectura τὰ βοηθήματα scripsit. Equidem item recepissem, nisi Marc. mihi praebuisset τῷ νοσήματι, quod veram lect. refert.

ὅ τι παύει λιμόν.] Littréus cum A. ὃ π. λ., quod Marc. item praebet. Nescio tamen, quare de vulgata decedam. — Quod dein e V. notavi ἐκείνῳ τοῦτο ἰητέον e Parisiensibus aliquot adnotat Littr. — Marcianus ἐκεῖνο τοῦτο γὰρ ἰητέον. — Paulo post αὖτις αὖ A. Marc., αὖθις αὖ vulg. — Dein A. inverso ordine ἀφαίρεσις καὶ πρόσθεσις.

ἑνὶ δὲ ξυντ.] Sic Marc.; συντ. vulgo.

ἐλλειπόντων.] ἐλλιπόντων cum V. multi Parr. — Cod. A. paulo ante πλεοναζόντων pro ὑπερβαλλόντων. Idem τοῦτ' ἄριστα, quod Littr. recepit, pro ceterorum κάλλιστα τοῦτο. Idem cod. A. ὁ δὲ τούτου πλεῖστον ἀπολειφθεὶς, πλεῖστον ἀπελείφθη τῆς τέχνης.

Ταῦτα μὲν οὖν.] τὰ μὲν οὖν vulgo; ταῦτα μὲν οὖν A. J.; ταῦτα μὲν οὖν μοι Zuing. in m. et cod. H. Par. Mihi saltem aut ταῦτα, aut τάδε initio periodi dandum videtur. — Cett. εἴρηται, de meo εἰρήσεσθαι scripsi, ut cum μέλλοντος coniungerem.

2. δοκέει — τῶν τόπων.] δοκέει μὲν οὖν μοι sex codd. apud Littr.; — δοκέει μὲν οὖν οὐδὲν ἐοικέναι τὰ νοσήματα

[1] μὲν οὖν τὰ νοσήματα οὐδὲν ἀλλήλοισι ἐοικέναι διὰ τὴν ἀλλοιότητα καὶ ἀνομοιότητα τῶν τόπων. Ἔστι δὲ μία [2] ἁπασέων τῶν νούσων [3] ἡ ἰδέη καὶ αἰτίη ἡ αὐτή· τίς δ' ἐστὶ αὕτη διὰ τοῦ μέλλοντος λόγου φράσαι πειρήσομαι.

γ'. Τὰ γὰρ σώματα τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀπὸ τρισσέων τροφῶν [4] τρέφεται· ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι ταύτῃσι [5] τάδε τὰ οὐνόματα, σῖτα, ποτά, [6] πνεῦμα. Πνεῦμα δὲ τὸ μὲν ἐν τῷ σώματι φῦσα καλέεται, τὸ δὲ ἔξω τοῦ σώματος ἀήρ. Οὗτος δὲ μέγιστός ἐστι ἐν ἅπασι τῶν [7] ξυμπάντων δυνάστης· ἄξιον δὲ αὐτοῦ θεήσασθαι τὴν δύναμιν. Ἄνεμος γάρ ἐστι ἠέρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα· ὅταν οὖν πολὺς ἀὴρ ἰσχυρὸν τὸ ῥεῦμα ποιήσῃ, τά τε δένδρεα ἀνασπαστὰ [8] πρόρριζα γίγνεται διὰ τὴν βίην τοῦ πνεύματος, τό τε πέλαγος κυμαίνεται, ὁλκάδες τε ἄπειροι τῷ μεγέθεϊ ἐς ὕψος διαρρίπτονται. Τοιαύτην μὲν [9] οὖν ἐν τούτοισι ἔχει δύναμιν· ἀλλὰ μὴν ἐστί γε τῇ μὲν ὄψι ἀφανής, τῷ δὲ λογισμῷ φανερός· τί γὰρ ἄνευ τούτου γένοιτ' ἄν; [10] ἢ τίνος οὗτος ἄπεστι; ἢ τίνι οὐ ξυμπάρεστι; ἅπαν γὰρ τὸ μεταξὺ γῆς [11] τε καὶ οὐρανοῦ πνεύματος [12] ξύμπλεών ἐστι. Τοῦτο καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος αἴτιον, ἐν μὲν τῷ χειμῶνι πυκνὸν καὶ ψυχρὸν γιγνόμενον, ἐν δὲ τῷ θέ-

ob locorum varietatem et dissimilitudinem nihil inter se habere simile videntur. Est tamen una omnium morborum forma et causa eadem, quam procedente oratione quaenam sit declarare conabor.

3. Hominum enim et reliquorum animantium corpora triplici alimento nutriuntur, cuius haec sunt nomina: cibus, potus, spiritus. Ac spiritus quidem, qui corpori inest, flatus nominatur, qui vero extra corpus, aër. Qui cum in omnia plurimum habeat facultatis, illius vim inspicere operae pretium videtur. Ventus enim est aëris fluxio et effusio. Cum igitur copiosus aër vehementem fluxionem fecerit, tum et arbores vi spiritus e terra radicitus evelluntur, mare aestu fluctuat et immensae naves onerariae in altum huc illuc iactantur. Hanc igitur vim in ista obtinet. Qui etsi oculis minime cernitur, ratione tamen conspicuus est. Quid enim sine hoc fit tandem? aut a quonam hic abest, aut cui non praesens est? Quod enim coelum et terram inter iacet, id omne spiritu plenum est, isque hiemis et aestatis causa exsistit, per hiemem quidem condensatus et frigidus, per aestatem vero levis et tranquillus. Quin etiam solis, lunae et astrorum viam spiritus dirigit. Igni enim spiritus nutrimentum praebet, eoque pri-

[1] μὲν οὖν μοι τὰ ν. ἄλλα ἄλλοισι ἐοικ. — [2] ἁπασέων om. — [3] καὶ ἰδέη. — [4] τρέφονται. — [5] ταῦτα ὀν. — [6] πνεύματα· πνεύματα δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖσι σώμασι φῦσαι καλέονται, τὰ δὲ ἔξω τῶν σωμάτων ἀ. — [7] συμπτωμάτων. — [8] πρόρριζα om. — [9] οὖν om. — [10] ἢ om. — [11] τέ om. — [12] συμπνέων.

ἀλλήλοισι διὰ τὴν ἀλλοιότητα τῶν τόπων Marc. — Etiam Ald., A. omm. καὶ ἀνομοιότητα. — In Marciano manu prima in m. ἐν ἄλλοις δοκέει μὲν οὖν μοι τὰ νοσήματα ἄλλοις ἐοικέναι διὰ τὴν ἀνομοιότητα.

ἔστι δὲ — ἡ αὐτή.] Vulgo ἔστι δὲ μία τῶν νουσέων ἁπασῶν καὶ ἰδέη καὶ αἰτίη ἡ αὐτή. Cod. A.: ἐ. δὲ μία πασέων νούσων καὶ ἰδέη καὶ αἰτίη omisso ἡ αὐτή. — Littréus: ἔστι δὲ μία ἁπασέων νούσων καὶ ἰδέη καὶ αἰτίη ἡ αὐτή. Equidem τῶν vulgatae servo, de meo ἡ ἰδέη pro καὶ ἰδέη scribo.

τίς δ' ἐστὶ αὕτη.] Haec vulgata est lectio; Littréus A. secutus: ταύτην δὲ ἥ τις ἐστὶ διὰ κ. τ. λ.

3. τὰ γὰρ σώματα — πνεῦμα.] τῶν ἀνθρ. Marc. sine τε. — A. τὰ σώματα τὰ τῶν ἄλλων ζώων καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων sine γάρ. — Pro ἀπὸ τρισσέων A. ὑπὸ τρισσέων. unde ὑπὸ recepit Littr.; mihi deterius vulgata videtur. Cum Littréo τρέφεται ex A. dedi, τρέφονται cett. — Vulgata: ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι ταύτῃσι ταῦτα τὰ ὀνόμ., Marc.: ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι τάδε ὀνόμ. A. τῇσι δὲ τροφῇσι τάδε οὐνόματά ἐστιν. Hinc Littr. in vulgatam intulit Ionicum οὐνόματα, ego vero τάδε pro ταῦτα dedi inde euphoniae gratia. A. in postremis σιτία, et πνεῦμα sing. num. pro vulg. πνεύματα. Foës. ad haec verba iam citavit Cic. de nat. Deor. II. 54. „Nam cum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu" cett.

πνεῦμα δὲ — ἀήρ.] In his, ut in πνεῦμα in fine superioris periodi secutus sum A.; vulgatam e V. notavi.

οὗτος — δύναμιν.] In vulgata συμπάντων abierat in συμπτωμάτων. — Cod. A.: οὗτος δὲ μέγιστος ἐν τοῖσι πᾶσι τῶν πάντων δυναστής ἐστιν, quod recepit Littr., cui idem liber θεήσασθαι praebuit et mihi Marcianus pro vulgato θεάσασθαι. Cum nostri μέγιστος δυναστής cf. δυναστεύειν Aph. 5. III.

ἄνεμος — διαρρίπτονται.] In his ὅταν μὲν οὖν K.; ἰσχυρὸν ῥεῦμα A., quae minus bona lectio quam vulg.; idem liber dein ἀπείρατοι μεγέθει. Porro A. om. ἐς ὕψος et fert διαρριπτεῦνται, quod receptum est a Littréo, sed mihi fidem non facit.

τοιαύτην μὲν οὖν — ξύμπλεών ἐστι.] οὖν omm. codd. 4. Littréi et Marc.; — γένοιτ' ἂν A., γένοιτο ἂν cett., — ἄνευ τουτέου γενοίατο ἂν Marc.; τε post γῆς omm. D., H., J., Marc. — σύμπλεον vulg., ξύμπλεον Marc., σύμπλεων

ρεῖ πρηῢ καὶ γαληνόν. Ἀλλὰ μὴν ἡλίου [1] τε καὶ σελήνης καὶ [2] ἄστρων ὁδὸς διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι· τῷ γὰρ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφή· τοῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν οὐκ ἂν δύναιτο [3] ζῆν· ὥστε καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἀέναον ἐόντα ὁ ἀὴρ ἀέναος καὶ λεπτὸς ἐὼν [4] παρέχεται. [5] Ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ τὸ πέλαγος μετέχει πνεύματος, φανερόν· οὐ γὰρ ἄν ποτε τὰ πλωτὰ ζῶα [6] ζῆν ἐδύνατο μὴ μετέχοντα πνεύματος· μετέχοιεν δὲ πῶς ἄν, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ ὕδατος, κἀκ τοῦ ὕδατος ἕλκοντα τὸν ἠέρα; καὶ μὴν ἥ τε γῆ τούτου βάθρον, οὗτός τε τῆς γῆς ὄχημα, κενεόν τε οὐδέν ἐστι τούτου.

vatus ignis vivere non potest. Atque adeo perennem solis cursum aër perennis ipse et tenuis praebet. Quin et in mari spiritum esse, manifestum est. Neque enim natantia animantia sine spiritu vivere possent. Quonam autem alio pacto cum illo communionem habeant, si non per aquam et ex aqua spiritum attraherent? Ac terra quidem huius fundamentum est, hicque terrae vehiculum, neque quicquam spiritu est vacuum.

δ'. Διότι μὲν [7] οὖν ἐν τοῖσι ἄλλοισι ὁ ἀὴρ ἔρρωται, εἴρηται· τοῖσι δ' αὖ θνητοῖσι οὗτος αἴτιος τοῦ τε βίου καὶ τῶν νούσων τοῖσι νοσέουσι· τοσαύτη δὲ τυγχάνει πᾶσι [8] ἡ χρείη τοῖσι σώμασι τοῦ πνεύματος ἐοῦσα, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀποσχόμενος [9] ὥνθρωπος καὶ σιτίων καὶ ποτῶν δύναιτ' ἂν ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς καὶ πλέονας διάγειν· [10] εἰ δέ τις ἀπολάβοι τὰς τοῦ πνεύματος ἐς τὸ σῶμα διεξόδους, ἐν βραχεῖ μέρεϊ ἡμέρης ἀπόλοιτ' ἄν, ὡς μεγίστης [11] τῆς χρείης ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος. Ἔτι τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα πάντα διαλείπουσι [12] οἱ ἄνθρωποι πρήσσοντες, — ὁ γὰρ βίος μεταβολέων [13] πλέως ἐστὶ, — τοῦτο δὲ μοῦνον ἀεὶ διατελέουσι

4. Atque haec quidem causa, cur in ceteris aër tantum possit, dicta est. Mortalibus autem hic tum vitae, tum morborum aegrotis causa est. Tantaque corporibus omnibus spiritus inest necessitas, ut si quidem aliis omnibus et cibis et potionibus quis abstineat, duos tamen et tres vel plures dies possit vitam ducere. At si quis spiritus in corpus vias intercipiat, vel exigua diei parte homini pereundum sit. Adeo necessarius est usus spiritus in corpore. Ad haec quoque cum ab omnibus aliis actionibus homines quiescant, quod mutationibus innumeris vita sit exposita, ab hac tamen sola actione nunquam desistunt animantia, quin aut spiritum adducant, aut reddant.

[1] τε om. — [2] ἀστέρων. — [3] ζώειν. — [4] τὸ εἶναι παρέχεται. — [5] hic vulg. refert. cf. adn. — [6] ζώειν ἠδύνατο. — [7] οὖν ἐν abest. — [8] ἡ om. — [9] ὁ ἄ. — [10] ἢν δέ τις ἐπιλαμβάνῃ. — [11] τῆς om. — [12] οἱ om. — [13] πλέος.

D. — Littr. dedit ἔμπλεον ex A., in quo al. m. ἔμπλεων, et ex H. — Non dubito, quin ξύμπλεων verum sit.

πρηῢ.] Sic Littr. ex A.; πραῢ vulg. πρᾶον H.

ἀλλὰ μὴν ἡλίου — παρέχεται.] τε post ἡλίου A. H. praebuerunt Littréo, cett. omm. Dein τὸ πνεῦμα τροφή ἐστι solus H. Porro τοῦ δὲ πνεύματος στερηθέν sine τὸ πῦρ Marc.; cod. vero A.: πῦρ δὲ ἠέρος στερ. — Littr. ζῆν ex A. pro vulg. ζώειν; — idem cum eodem libro om. ἐόντα, quod tamen re ipsa datum ab auctore respondens sequenti ἐών. Cod. A. om. ἀέναος καί. — Vulgo ἐὼν τὸ εἶναι παρέχεται, sed τὸ εἶναι omm. A. Marc., Littr. Fueritne lectio aliqua τῷ .. δρόμῳ ἀεννάῳ ἐόντι .... τὸ εἶναι παρέχεται?

ἀλλὰ μὴν ὅτι — τούτου.] ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ πελάγους ὅτι μέθεξιν ἔχει τοῦ πνεύματος παντί που δῆλον vulg. Cum Littréo exhibui codicis A. lectionem, quam Marc. etiam habet. Hîc rursus ζῆν ex A. Littr. pro ζώειν cett. πῶς ἂν ἄλλως, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ ὕδατος vulgo; de coniectura omisi otiosum ἄλλως, sin malis μετέχοιεν δὲ πῶς ἂν ἄλλως ἢ διὰ τοῦ ὕδατος, non multum adversor, sed § 12. τί οὖν ἐστι τὸ πληρῶσαν ἀλλ' ἢ πνεῦμα; — κἀκ τοῦ ὕδατος etiam Marc., V. — Dein καὶ τῇ μήνῃ ἐπὶ τουτέου τὸ βάθριον οὗτος γε vulg., sed καὶ μὴν ἥ τε γῆ ἠέρος βάθρον H.; καὶ μὴν ἥ τε γῆ τουτέου βάθρον lectio est apud Zuing. in m., Foës. in adn., Lind., Littréum, quae sola vera. Marc.: τὸν ἀέρα καὶ μήνῃ τ' ἐπὶ τουτέωι βάθρον οὗτός γε. — In his postremis solus A. Littréo οὗτός τε praebuit.

4. διότι μὲν οὖν ἐν τοῖσι ἄλλοισι.] οὖν ἐν e solo A. supplevit Littr., sed iste liber τοῖς ὁδοῖσι habet, pro τοῖσι ἄλλοισι. In seqq. τε ante βίου omm. A., Marc., quorum hic νουθεσίων pro νούσων.

πᾶσι ἡ χρείη.] ἡ ex A. addidit Littr., legit autem iste cd. τυγχάνῃ ἡ χροίη πᾶσι τοῖς σ. — Paulo post ὥνθρ. ex A. Littr., ὁ ἄ. cett., idem ille codex dein καὶ δύο.

εἰ δέ τις ἀπολάβοι.] Sic A., Littr.: εἰ δέ τις ἐπιλάβοι Marc. ἢν δέ τις ἐπιλάβοι vulg.; — ἐξόδους A.; ἀπόλοιτο ἂν vulg. ἀπόλοιτ' ἂν A., Marc.

μεγίστης τῆς χρείης.] τῆς ex A. adscripsit Littr.

διαλ. οἱ ἄνθρ.] οἱ ex A. D. Littr., cett. omm. Pro πλέως

ἅπαντα τὰ θνητὰ ζῷα πρήσσοντα, τοτὲ μὲν ἐμπνέοντα, τοτὲ δὲ ἐκπνέοντα.

ε΄. Ὅτι μὲν οὖν μεγάλη κοινωνίη ἅπασι τοῖσι ζώοισι τοῦ ἠέρος ἐστὶ, εἴρηται· μετὰ τοῦτο τοίνυν εὐθέως ῥητέον, ὅτι οὐκ ἄλλοθέν [1] ποθεν εἰκός ἐστι γίγνεσθαι τὰς ἀρρωστίας μάλιστα, ἢ ἐντεῦθεν, ὅταν τοῦτο ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον, ἢ καὶ ἀθροώτερον, [2] ἢ μεμιασμένον νοσεροῖσι μιάσμασι, ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ. Περὶ μὲν οὖν [3] ὅλου τοῦ πρήγματος ἀρκέει μοι ταῦτα· μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς αὐτὰ τὰ ἔργα τῷ λόγῳ πορευθεὶς, ἐπιδείξω τὰ νοσήματα τούτου ἀπόγονά τε καὶ ἔκγονα πάντα ἐόντα.

5. Quod igitur omnibus animantibus cum aëre maxima intercedit communio dictum est. Huic quoque orationi subiiciendum morbos unquam vix aliunde quam ab aëre oriri posse, cum is aut copiosior, aut parcior, aut etiam plenior, aut morbidis inquinamentis infectus in corpus subierit. De tota re igitur haec mihi sufficere videntur. Deinceps autem ad opera ipsa oratione progressus, morbos omnes istius sobolem esse et ab hoc oriundos demonstrabo.

ς΄. Πρῶτον δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοτάτου νοσήματος ἄρξομαι, πυρετοῦ· τοῦτο γὰρ τὸ νόσημα πᾶσι ἐφεδρεύει τοῖσι ἄλλοισι νοσήμασι, μάλιστα δὲ φλεγμονῇ· δηλοῖ δὲ τὰ γιγνόμενα προσκόμματα· ἅμα γὰρ τῇ φλεγμονῇ εὐθὺς βουβὼν καὶ πυρετὸς ἕπεται. Ἔστι δὲ δισσὰ [4] ἔθνεα πυρετῶν, ὡς ταύτῃ διελθεῖν· ὁ μὲν κοινὸς ἅπασι καλεόμενος λοιμός· ὁ δὲ διὰ πονηρὴν δίαιταν [5] ἰδίῃ τοῖσι πονηρῶς διαιτεομένοισι γενόμενος· ἀμφοτέρων δὲ τούτων αἴτιος ὁ ἀήρ. Ὁ μὲν οὖν κοινὸς πυρετὸς διὰ τοῦτο τοιοῦτός ἐστι, ὅτι [6] τὸ πνεῦμα τωὐτὸ πάντες ἕλκουσι, [7] ὁμοίου δὲ ὁμοίῳ τοῦ πνεύματος τῷ σώματι μιχθέντος, ὅμοιοι καὶ οἱ πυρετοὶ γίγνονται. Ἀλλ' ἴσως φήσει τις· διὰ τί οὖν οὐχ ἅπασι τοῖσι ζώοισι, ἀλλ' ἔθνεΐ τινι αὐτῶν ἐπιπίπτουσι αἱ τοιαῦται νοῦσοι; Διότι,

6. Ac primum a febre maxime communi morbo exordium ducam, quae omnium aliorum morborum, praecipue vero inflammationis comes est. Quod indicant ex pedum offensionibus exortae noxiae; mox enim cum inflammatione inguinum tumor et febris consequitur. Febrium autem duo sunt genera, ut id quoque hic attingam, unum quidem omnibus commune pestis appellatur, alterum vero ob privatam cuiusque malam victus rationem accidens. Horum autem utriusque aër auctor exsistit. Communis igitur febris ideo communiter omnes invadit, quod eundem omnes spiritum attrahunt et simili corpori spiritu simili permixto similes oriuntur febres. At fortasse obiiciat quispiam, cur igitur non omnibus animantibus, sed alicui ipsorum generi eiusmodi morbi accidunt? Cuius rei

[1] πόθεν abest. — [2] καὶ μεμιησμένον. — [3] ὅλου om. — [4] ἔθνεα. — [5] ἰδίην et mox διαιτεομ. — [6] τὸ πν. τωὐτό. — [7] ὁμοίω.

H. Zuing. in m. ἀνάπλεως. — Cod. A. om. ἐστί, quod sequitur. — Cod. H. ποτὲ. — ποτέ, supra lin.; — cod. A. ἐνπνέοντα — ἀναπνέοντα.

5. εὐθέως ῥητέον.] εὐθέως om. A., tum ὡς οὐκ habet. Paulo post πόθεν om. in multis libris Littréi et Marc., V.

μάλιστα ἢ ἐντ.] μάλιστα om. A.; dein ἢ ante πλέον omm. A. H. K.; — ἢ ἀθροώτ. A., tum in hoc et in H. γένηται post ἀθροώτ. Vulgo καὶ μεμιησμ., sed ἢ μεμιασμ. A. Littr.; ἢ καὶ μεμ. J, Mack.; — νοσηροῖσι A.

περὶ — ἐόντας.] ὅλου τουτέου τοῦ πρ. H. P., codd. Foësii; ὅλου in multis libris, item in Marc., abest; — ἀρκέει Littr. ex A., ἀρκεῖ cett.; τῷ αὐτῷ λόγῳ A. —; idem ἀπόγονά τε καί om.

6. μάλιστα δὲ φλεγμ. — πυρετὸς ἕπεται.] Haec om. A., quod utrum consulto sit factum nec ne nescio; sed locus νοθείας notas mihi non habere videtur.

δισσὰ ἔθνεα πυρετῶν.] — εἴδεα h. l. pro ἔθνεα P.', Q.', Lind., Mack., Littr. — Infra in hac § bis recurrit ἔθνεα de animalium speciebus, nec video cur statuendum sit, auctorem hic illud vocabulum usurpare non potuisse, praesertim cum optimi libri id tueantur et A. manifesto multa recentiora invecta ferat.

καλεόμενος.] ὁ καλ. A.; ex eodem cod. dein ἰδίῃ Littr. pro vulgato ἰδίην. In fine huius periodi idem liber ὁ ἀὴρ αἴτιος.

ὁ μὲν οὖν κοινὸς — γίγνονται.] πολύ A. pro οὖν. Idem cod. δὴ αὐτός pro τοιοῦτος. — Etiam Marc. ἕλκουσιν pro vulgato ἕλκωσιν. — Porro vulg. ὁμοίῳ δὲ ὁμοίως, sed A. ὁμοίου δὲ ὁμοίως quod recepit Littr. Mihi vero praestare visum est quod cum Lind., Mack. e lectt. Foësii dedi.

ἀλλ' ἴσως — νοῦσοι.] In his φήσῃ τις, τί οὖν κ. τ. λ. A., qui dein οὐ πᾶσι τοῖσι ζ. — Pro ἔθνεΐ τινι A. ἐνίοις; Marc. ἀλλεονεΐτινι., quod e vulg. natum. Vulgo ἐμπεριπίπτουσι, H., Foësii mssi περιπίπτουσι, A. ἐπιπίπτουσι, quod cum Littréo amplector.

Διότι — ἀξύμφορα.] ὅτι διαφ. φαίνῃ ἂν καὶ σῶμα σ.

φαίην ἄν, διαφέρει σῶμα σώματος καὶ φύσις φύσιος καὶ τροφὴ τροφῆς· οὐ γὰρ πᾶσι τοῖσι ἔθνεσι τῶν ζῴων ταὐτὰ οὔτ' ἀνάρμοστα, οὔτ' εὐάρμοστά ἐστι, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροισι [1] ξύμφορα καὶ ἕτερα ἑτέροισι ἀξύμφορα. [2] Ὁκόταν μὲν οὖν ὁ ἀὴρ τοιούτοισι πλησθῇ μιάσμασι, ἃ τῇ ἀνθρωπείῃ φύσι πολέμιά ἐστι, ὤνθρωποι τότε νοσέουσι· ὅταν δὲ ἑτέρῳ τινὶ ἔθνεϊ ζῴων [3] ἀνάρμοστος ὁ ἠὴρ γένηται, κεῖνα τότε νοσέουσι.

ζʹ. Αἳ μὲν οὖν δημόσιαί εἰσι τῶν νούσων, [4] εἴρηται, καὶ ὅτε καὶ ὅκως, καὶ οἷσι, καὶ [5] ἀπ' ὅτευ γίγνονται· τὸν δὲ διὰ πονηρὴν δίαιταν γιγνόμενον πυρετὸν διέξειμί σοι. Πονηρὴ δέ ἐστι ἡ τοιήδε δίαιτα· τοῦτο [6] μὲν ὅταν τις πλέονας τροφὰς, ἢ ὑγρὰς ἢ ξηρὰς, διδῷ τῷ σώματι ἢ τὸ σῶμα δύναται φέρειν καὶ πόνον μηδένα τῷ πλήθεϊ τῶν τροφῶν ἀντιτιθῇ· τοῦτο δὲ ὅταν ποικίλας καὶ ἀνομοίους ἀλλήλησι ἐσπέμπῃ τροφάς· τὰ γὰρ ἀνόμοια στασιάζει καὶ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δὲ σχολαίτερον πέσσεται. Μετὰ δὲ πολλῶν σιτίων ἀνάγκη καὶ πολλὸν πνεῦμα ἐσιέναι· μετὰ πάντων γὰρ τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων [7] ἔσεισι πνεῦμα ἐς τὸ σῶμα ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. Φανερὸν δὲ τοῦτο τῷδέ ἐστι· ἐρευγμοὶ γὰρ γίγνονται μετὰ τὰ σίτια καὶ τὰ ποτὰ τοῖσι πλείστοισι· ἀνατρέχει γὰρ ὁ κατακλεισθεὶς ἀὴρ, ὁκόταν ἀναρρήξῃ τὰς πομφόλυγας, ἐν ᾗσι κρύπτεται. Ὅταν οὖν τὸ

causam esse dixerim, quod corpus a corpore, natura a natura, et alimentum ab alimento differt. Neque enim cuivis animantium generi eadem sunt commoda, aut incommoda, sed alia aliis conveniunt et alia aliis nocent. Cum igitur aër inquinamentis eiusmodi, quae hominum naturae adversantur, plenus fuerit, tum homines aegrotant. Quando vero alii cuidam animantium generi aër incommodus fuerit, tum ista animantia morbo corripiuntur.

7. Quinam igitur populares sint morbi et quando et quanam ratione et quibus et unde oriantur, dictum est; febrem autem, quae ex prava victus ratione oritur, tibi deinceps exponam. Est autem eiusmodi prava victus ratio: primum quidem cum quis copiosiores cibos aut liquidos aut siccos corpori exhibeat quam ipsum ferre possit, neque labore aliquo ciborum copiam compenset; deinde cum varios et dissimiles inter se cibos immittat. Dissimilia enim seditionem excitant et alia citius, alia tardius concoquuntur. At cum multis cibis multum etiam spiritum ingeri necesse est. Nam cum omnibus his, quae eduntur, aut bibuntur, spiritus aut copiosior, aut parcior subit. Atque id inde manifestum est, quod eructationes plerisque post assumptos cibos et potus accidunt, nimirum cum inclusus aër recurrat, ubi bullas, in quibus latet, perfregit. Quando igitur corpus cibis expletum fuerit, spiritus quoque fit plenum,

[1] ξύμφορα. — [2] ὁκόταν μὲν οὖν ὁ ἀὴρ τουτέοισι πλησθῇ μιάσματος, ὃ τῇ ἀ. φ. πολέμιόν ἐ. — [3] ὁ ἀὴρ ἀνάρμοστος ᾖ τὸ νούσημα κεῖνα νοσέουσι. — [4] εἴρηνται καὶ ὅτι καὶ ὅπως. — [5] ἀφ' οὗ. — [6] μὲν οὖν. — [7] εἴσεισι,

καὶ ἠὴρ ἠέρος, καὶ φύσις A.; — οὔτ' εὐάρμ., οὔτ' ἀνάρμ. idem cod.; — καὶ ἕτερα ἑτέροις ἀξύμφ. ex A. adiecit Littr.; cett. omm.

ὁκόταν — νοσέουσι.] Pro πλησθῇ Littr. ex A. invexit χρωσθῇ; nolui facere, quia de aëre inquinato hoc verbum minus apte poni mihi videbatur, nec fidem habeo multis innovationibus in cod. illo vetere. At in verbis ὅταν — νοσέουσι cum Littr. A. sequor, nisi quod hic κοινῇ pro κεῖνα legit. Vulgatam e V. notavi. Marc.: ὁ ἦρ ἀνάρμοστον ᾖ, τὸ νόσημα κεῖνοι νοσέουσι.

7. αἵ μὲν οὖν — διέξειμί σοι.] Pro εἰσί vulgo οὖσαι, sed multi libri Parr. Littréo εἰσί praebuerunt, idemque in V. lego, Marcianus vulgatam refert. — Cod. A. αἱ μὲν νῦν δημοσίαι τῶν νούσων εἴρηνται. Et εἴρηται quidem datum est a Littréo e J., cett. minus recte εἴρηνται, quia librarii non viderunt αἳ initio periodi esse relativum. Dein καὶ ὅτε Zuingeri in m. lectio est a Littréo recepta pro vulg. καὶ ὅ τι. Littréus pro ἀφ' οὗ recepit ex A. ἀπὸ τεῦ, sed noster hoc saltem loco relativum usurpaverit, itaque ἀπ' ὅτευ dare praestat. Seqq. idem cod. A. sic legit: τὸν δ' ἤδη διὰ πονηρίην δίαιταν γ. π. διέξειμι, sine addito pron. σοι.

πονηρὴ δὲ — πέσσεται.] τοῦτο μὲν ὅταν est lectio codicis A., cett. vulgatam ferunt, quam e V. notavi. Cum Littréo οὖν abundare in vulg. credidi. — Cod. A. om. ἢ ante ὑγράς. Vulgo δίδωσι, A, διδοῖ, Littr. διδῷ. — Vulg. ἀντιτίθησι, Littr. ex A. coniunctivo dedit; — δ' ὅταν A.

μετὰ δὲ — ἢ ἔλασσον.] δή tres Parr. et Marc., καί ante πολλόν om. Marc., qui item fert ἐσιέναι. Ex A. τε καὶ πιν. recepi, cett. τε omm.; dein εἴσεισι vulg., pro quo ἔσεισι de meo scripsi; A. fert ἀπέρχεται, quod Littr. recepit, sed mihi coniectura recens visa est haec lectio et minus probabilis, quum potius ἐσέρχεται quam ἀπέρχεται congruat.

φανερὸν δὲ τοῦτο — κρύπτεται.] A. φανερὸν δ' ἐστὶν τῷδε. Marc. φανερὸν δὲ τότε· τῷδε ἐστίν. A. ἐρυγαί, quod recepit Littr.; τά ante ποτά omm. Ald. multi Parr., Marc.

ὅταν οὖν τὸ σῶμα — φρίσσει.] Vulgo ὅτε, sed ὅταν e

σῶμα σιτίων πλησθῇ, καὶ πνεύματος ἐπίπλεων γίγνεται τῶν σιτίων χρονιζομένων· χρονίζεται δὲ τὰ σιτία διὰ πλῆθος οὐ δυνάμενα διελθεῖν· ἐμφραχθείσης δὲ τῆς κάτω κοιλίης, ἐς ὅλον τὸ σῶμα διέδραμον αἱ φῦσαι· προσπεσοῦσαι δὲ [1] πρὸς τὰ ἐναιμότατα τοῦ σώματος ἔψυξαν· τούτων δὲ τῶν τόπων ψυχθέντων, ὅκου αἱ πηγαὶ καὶ αἱ ῥίζαι τοῦ αἵματός εἰσι, διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἡ φρίκη διῆλθε· ἅπαντος δὲ τοῦ αἵματος ψυχθέντος, ἅπαν τὸ σῶμα φρίσσει.

diutius immorantibus cibis. Immorantur autem cibi, cum prae copia pervadere nequeunt. Obstructo vero inferiore ventre in universum corpus flatus percurrunt et ad sanguine refertas corporis partes illapsi eas refrigerant. At refrigeratis his locis, in quibus fontes et radices sanguinis continentur, per universum corpus horror penetrat. Universo autem sanguine perfrigerato totum quoque corpus horror occupat.

η′. Διὰ τοῦτο μὲν οὖν αἱ φρῖκαι γίγνονται πρὸ τῶν πυρετῶν· ὅκως δ᾽ ἂν ὁρμήσωσι αἱ φῦσαι πλήθεϊ καὶ ψυχρότητι, τοιοῦτον γίγνεται καὶ τὸ [2] ῥῖγος, ἀπὸ μὲν πλεόνων καὶ ψυχροτέρων ἰσχυρότερον, ἀπὸ δὲ ἐλασσόνων καὶ ἧσσόν τι ψυχρῶν ἀνισχυρότερον. Ἐν δὲ τῇσι φρίκῃσι καὶ οἱ τρόμοι τοῦ σώματος κατὰ τόνδε γίγνονται τὸν τρόπον· τὸ αἷμα φοβεόμενον τὴν παροῦσαν φρίκην ξυντρέχει καὶ [3] διέξεισι κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐς τὰ [4] θερμότατα· καθαλλομένου δὲ τοῦ αἵματος ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων τοῦ σώματος [5] τὰ σπλάγχνα τρομέουσι καὶ αἱ σάρκες· τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος γίγνεται πολύαιμα, τὰ δὲ ἄναιμα· τὰ μὲν οὖν ἄναιμα διὰ τὴν ψύξιν οὐκ ἀτρεμέουσι, ἀλλὰ πάλλονται· τὸ γὰρ θερμὸν ἐξ αὐτῶν ἐκλέλοιπε· τὰ δὲ πο-

8. Hanc quidem igitur ob causam horrores ante febres oriuntur, et quo maiore copia et frigore flatus irruperint, talis quoque rigor consequitur, a pluribus quidem et frigidioribus vehementior, a paucioribus vero minusque frigidis minus quoque vehemens. Cum horroribus autem corporis quoque tremores ad hunc modum fiunt. Sanguis praesentem horrorem metuens concurrit ac per latum corpus undecumque petit partes maxime calidas. Deficiente autem ab extremis partibus sanguine et viscera et carnes contremiscunt. Aliae enim corporis partes copioso sanguine refertae, aliae exsangues exsistunt. Atque exsangues quidem ob frigus minime conquiescunt, sed concutiuntur, quod eas calor destituerit. Quae vero sanguine replentur ob sanguinis copiam contremiscunt et inflam-

[1] πρός om. — [2] φρῖκος. — [3] διέξεισι. — [4] θερμότατα αὗται μὲν οὖν αἱ ἄλλαι. — [5] ἐς τὰ σπλ. τρέμουσι καὶ αἱ σ.

codd. se revocare scribit Littr., idemque mihi praebent Marc., V. — Iam vero vulgo καὶ πνεύματος πλησμονὴ ἐπὶ πλεῖον γίγνεται. — Cod. A. ὅταν οὖν τὸ σῶμα πληρωθὲν τροφῆς πλησθῇ καὶ πνεύματος ἐπιπλέον, τῶν σιτίων κ. τ. λ. Marc. vulgatam sequitur, nisi quod πλησμονή omittit, sed in excerptis ad ἐπιπλεῖον adpositam video lectionem ἐπίπλ^{ω}εον, quae num coniectura Cobeti sit, an lectio in marg. libri, non satis distinguo, neque vero multum id curo, quum tam certa sit emendatio, ut vel lapis eam arripiat. — In διὰ πλῆθος vulgatam habemus, Littr. ex A. διὰ τὸ πλῆθος dedit. — Zuing. in m. Cod. H. οὐ δυναμένου τοῦ πνεύματος διεξελθεῖν, quae prava lectio est. Ante τὰ ἐναιμότατα in vulg. πρός deficit, sed A. H. praebuerunt Littréo. Iam Lind., Mack. praepositionem e Zuing. lect. in m. dederant. — ὅπου αἱ ῥίζαι καὶ αἱ πηγαί A. Nolo reticere me potius exspectavisse διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἡ ψύξις διῆλθε, quam ἡ φρίκη διῆλθε.

8. διὰ τοῦτο μὲν — ἀνισχυρότερον.] Vulgo μὲν οὖν πρῶτον, sed A., Marc. πρῶτον omm., quos sequor. Articulum ante ῥῖγος e codd. revocavit Littr., in vulg. perierat. Pro ῥῖγος in septem Parr. φρῖκος legit Littr.; in Marc. habetur τοιοῦτον γίνεται τὸ φρῖκος, sed in m. pr. m. γρ. καὶ τὸ ῥῖγος. Fateor me non satis certo scire, quid praestet. — A. om. τε post ἧσσον. In fine periodi vulgo ἧσσον ἰσχυρόν, sed ἀνισχ. Lind. iam dederat et in multis libris vidit Littr. et Voss. cod. fert, non Marc.

ἐν δὲ τῇσι φρ. — ἀτρεμίζειν.] Pro vulgato κατὰ τόνδε γ. τὸν τρόπον A. διὰ τόδε γίνονται. Marc. οἱ τρόμοι τοῦ σώματος τόδε γίνονται· τὸ αἷμα γὰρ φοβ., itaque in hoc libro διά excidit. Possis sane uti lectione horum mss. — φοβεύμενον A. ξυντρέχει etiam Marc. pro συντρ. Vulgo διέξεισι κατὰ κ. τ. λ., sed A. διαΐσσει διά, quod recepit Littr. Sine dubio rursus habemus in A. arbitrariam correctionem, sed quae mihi non videtur praestare vulgatae lectioni. Post θερμότατα cum cod. A. suppressi vocabula in vulgata obvia, quae e V. notavi. Marc. αὗται μὲν οὖν ἄλλαι legit. Littréus Struvium citat et αὗται μὲν οὖν αἱ ἄλαι dedit; quod interpretatur; „telles sont ses courses vagabondes." Uti dixi verba sensu cassa cum cod. A. reiicio. Ex A. L. ἐς τὰ σπλ. adnotat Littr., et Lind., Mack. dederunt; τρέμουσι dein Parr. sex et Marc. — Cod. A. om. αἱ σάρκες, quod non casu factum puto, licet non affirmem recte omitti. — A. Marc. ἀλλὰ σφάλλονται; — A. solus διὰ τὸ πλῆθος τοῦ

λύαιμα διὰ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος τρέμουσι καὶ φλεγμονὰς ἐμποιέει, οὐ γὰρ δύναται πολλὸν γενόμενον ἀτρεμίζειν. Χασμῶνται δὲ πρὸ τῶν πυρετῶν, ὅτε πολὺς ὁ ἀὴρ ἀθροισθεὶς, ἀθρόως [1] ἄνω διεξιὼν ἐξεμόχλευσε καὶ διέστησε τὸ στόμα· ταύτῃ γὰρ οὐ διέξοδός ἐστι· ὡς γὰρ ἀπὸ τῶν λεβήτων ἀτμὸς ἀνέρχεται πολὺς ἑψομένου τοῦ ὕδατος, οὕτω καὶ [2] τοῦ σώματος θερμαινομένου δίεισι διὰ τοῦ στόματος ὁ ἀὴρ ξυνεστραμμένος καὶ βίῃ φερόμενος· ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει χασμῶνται ξυνεχῶς. Τά τε ἄρθρα [3] διαλύεται πρὸ τῶν πυρετῶν· χλιαινόμενα γὰρ τὰ νεῦρα [4] διΐσταται. Ὁκόταν δὲ [5] ξυναλισθῇ ἀθροισθὲν τὸ πλεῖστον τοῦ αἵματος, διαθερμαίνεται πάλιν ὁ ἀὴρ ὁ ψύξας τὸ αἷμα, κρατηθεὶς ὑπὸ τῆς θερμότητος· διάπυρος δὲ καὶ μύδρος γενόμενος ὅλῳ τῷ σώματι [6] τὴν θερμασίην [7] ἐνειργάσατο. Ξύνεργον δὲ αὐτῷ τὸ αἷμά ἐστι· τήκεται γὰρ πυρούμενον καὶ γίγνεται πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ· τοῦ δὲ πνεύματος προσπίπτοντος πρὸς τοὺς πόρους τοῦ σώματος, οἱ ἱδρῶτες γίγνονται· τὸ [8] γὰρ πνεῦμα ξυνιστάμενον ἐς ὕδωρ [9] τρέπεται καὶ διὰ τῶν πόρων διεξελθὸν ἔξω περαιοῦται τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἀπὸ τῶν ἑψομένων ὑδάτων ὁ ἀτμὸς ἐπανιὼν, ἢν ἔχῃ στερέωμα πρὸς ὅ τι χρὴ προσπίπτειν, παχύνεται καὶ πυκνοῦται καὶ σταγόνες [10] ἀποπίπτουσι ἀπὸ τῶν σωμάτων, οἷσι ἂν ὁ ἀτ-

[1] ἀλλὰ καὶ τοῦ θ. καὶ ὑπερθ. — [2] καὶ ὑπερψ. — [3] καὶ ὑπερξ. — [4] καὶ ὑπερυγρ. — [5] καὶ ἔστιν. — [6] παρέχεται. — [7] καὶ ὑπερθερμ. — [8] καὶ ὑπερψ. — [9] γένηται. — [10] τιτρωσκομένῃ ἀνάγκη χ. — [11] καί om. — [12] δὲ καί. — [13] τὰ τοιαῦτα. — [14] σπληνῖτις om.

cod. θ. — In καὶ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ὑπερθ. lectionem habemus Lindani, Mackii, Littréi e cod. θ. datam et quam Marc. fert pro vulg., quam e V. excerpsi. Simili modo καί ante ὑπερψύχ., ὑπερξηρ., et ὑπερυγρ. iidem omm. et in Marciano omittitur.

καὶ ἡ μὲν χολὴ — ὑπερψύχοντος.] καὶ ἔνι αἰεὶ ἐν est lectio cod. θ. a Littréo recepta pro vulg., quam e V. notavi, et Marc. habet. Idem ille liber παρέχει praebuit Littréo pro vulg. παρέχεται; quid hic praestet non discerno, Marc. vulgatum habet. — ἀπὸ θερμοῦ τοῦ et ἀπὸ ψυχροῦ τοῦ cod. G. apud Littréum, — unde ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ dedi pro ὑπὸ τοῦ ψ. vulgatae lectionis.

3. ἀνάγκη δὲ — προσωτάτω ἐστί.] Pro ὁκόταν cod. θ. ὅ τι ἂν; — γένηται cod. Serv. Foësii. — Vulgo ἀνάγκη χωλοῦσθαι, sed Littr. cum θ. om. ἀνάγκη. — Ante μάλιστα Littr. ex E. H. θ. adscripsit καί, quod Marc. etiam habet. Littr. ἀποθνήσκειν e θ. pro vulg. ἀποθνήσκει. — Idem cod. θ. ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, reliquorum nullo ἢ κοιλίην ferente, sed legitur Aph. 18. VI., itaque recipiendum esse putavi. — Ἀλλά ante τούτων προσωτάτω omm. Ald., codicum vis apud Littr.; in Marc. habetur; in V., ut in cod. Serv., scribitur ἀλλ' ἅ.

τῶν δὲ νοσ. — ὑστέρῃσι γένηται.] Ad ὅταν γένωνται e cod. θ. adnotat Littréus ὅτ' ἂν ἐπιγένηται ὕδρωπι φθίσις καὶ γυναῖκα. — Lind. [καὶ] ὕδρωψ.

ἐνδοιαστὰ — ῥόος αἱματώδης.] τὰ τοιάδε Mack., Littr., hic e libris tribus pro vulg., quam e V. notavi. — πλευρ. φρεν. cod. θ. — σπληνῖτις, ἡπατῖτις E. H. Marc. Pro

ῥόος αἱματώδης. Τὰ δὲ τοιάδε οὐ θανάσιμα, ἤν μή τι αὐτοῖσι προσγένηται· κέδματα, μελαγχολίη, ποδάγρη, ἰσχιὰς, τεινεσμὸς, τεταρταῖος, τριταῖος, στραγγουρίη, ὀφθαλμίη, λέπρη, λειχὴν, ἀρθρῖτις. Ἔμπηροι δὲ ἀπὸ τῶνδε γίγνονται· ἀπόπληκτοι μὲν χεῖρας καὶ πόδας, καὶ φωνῆς ἀκρατέες καὶ παραπλῆγες ὑπὸ μελαίνης χολῆς, χωλοὶ δὲ ὑπὸ ἰσχιάδων, ὄμματα δὲ πηροῦνται καὶ ἀκοὴν ὑπὸ φλέγματος καταστηρίξαντος. Μακρὰ δὲ τάδε ἀνάγκη εἶναι, φθίσιν, δυσεντερίην, ποδάγρην, κέδματα, φλέγμα [1] λευκὸν, ἰσχιάδα, στραγγουρίην, γεραιτέροισι δὲ νεφρῖτιν, γυναιξὶ δὲ ῥόον αἱματώδη, αἱμορροΐδας, σύριγγας. Καῦσος [2] δὲ, φρενῖτις, περιπνευμονίη, κυνάγχη, σταφυλὴ, πλευρῖτις, ταχέως κρίνει. Μεταπίπτει δὲ τάδε· πλευρῖτις ἐς καῦσον [3] καὶ φρενῖτις ἐς περιπνευμονίην· ἐκ δὲ περιπνευμονίης καῦσος οὐκ ἂν γένοιτο· ἐς δυσεντερίην τεινεσμός· ἐκ δὲ δυσεντερίης λειεντερίη· ἐκ δὲ λειεντερίης ὕδρωψ· [4] καὶ ἐκ λευκοῦ φλέγματος ὕδρωψ· ἐκ περιπνευμονίης δὲ καὶ πλευρίτιδος ἐμπύημα.

Isti vero minime letales, nisi quid ipsis accedat: diuturnae in articulos fluxiones, κέδματα Graece, melancholia, podagra, coxendicum affectus, crebra et inanis desidendi voluntas, quartana, tertiana, stranguria, lippitudo, lepra, impetigo, morbus articularis. Ab his autem parte aliqua corporis mutilantur: manuum quidem et pedum resolutione tentantur, vocis impotentia tenentur et leviter resolvuntur ab atra bile; — claudi ex morbo coxendicum evadunt; — oculis et auditione privantur pituita illuc incumbente. Longos autem hos esse necesse est: tabem, intestinorum difficultatem, podagram, diuturnas in articulos fluxiones, κέδματα dictas, pituitam albam, morbum coxarium, stranguriam: senibus vero renum dolorem, mulieribus fluorem sanguineum, haemorrhoïdes, fistulas. Febris vero ardens, phrenitis, pulmonum inflammatio, angina, uva, lateris dolor cito ad iudicationem perveniunt. Hi autem in alios transeunt, morbus lateralis in febrem ardentem et phrenitis in pulmonum inflammationem, ex pulmonis autem inflammatione febris ardens non fiet. Tenesmus in intestinorum difficultatem transit, quam consequitur levitas intestinorum. Ex intestinorum levitate et pituita alba in aquam intercutem transitus fit; ex pulmonis vero inflammatione et morbo laterali in thoracis suppurationem.

[1] λεπτόν. — [2] δέ om. — [3] καί om. — [4] καὶ ἐκ — ὕδρωψ om.

γυναικί duo codd. apud Littr. γυναιξί. — Lind. καὶ γυναικί habet.

τὰ δὲ τοιάδε — ἀρθρῖτις.] τούτοισι προσγίνονται Marc., θ., E., in quo al. m. vulg. restituitur.

ἔμπηροι δὲ — καταστηρίξαντος.] In vulgato ἔμπηροι δὲ πολλάκις ἀπὸ τῶνδε γίνονται πολλοί cum πολλάκις, tum πολλοί om. cod. Marc.; Littréus πολλάκις in H. omitti, sed alia m. restitui scribit, πολλοί vero deësse in θ. et H., in quorum hoc rursus restituitur. Mihi Marciani lectio vera est visa, πολλάκις et πολλοί esse emblemata aliena, quibus quis prudentius sententiam enunciare voluerit. — Dein καὶ χεῖρας καὶ πόδας θ. — πηροῦνται omm. Marc., θ., H., in quo alia m. rest.

μακρὰ δὲ — σύριγγας.] μακρὰ τὰ τοιάδε E. in m., Lind.; — φθόην cod. θ. — Idem γυναικί pro γυναιξί, quod autem nominativo hic effert aliquot nomina nullius momenti est.

καῦσος δὲ — κρίνει.] δέ Mack., Littr. e θ.; vulgo abest.

μεταπίπτει ——— ἐμπύημα.] Describam primum locum, quemadmodum ex librorum lectione eum constitueris: μεταπίπτει δὲ τάδε· ἐκ πλευρίτιδος ἐς καῦσον, καὶ ἐκ φρενίτιδος ἐς περιπνευμονίην· ἐκ δὲ περιπνευμονίης καῦσος οὐκ ἂν γένοιτο· ἐς δυσεντερίην τεινεσμός· ἐκ δὲ δυσεντερίης λειεντερίη· ἐκ δὲ λειεντερίης ἐς ὕδρωπα· καὶ ἐκ λευκοῦ φλέγματος ἐς ὕδρωπα, ἐκ περιπνευμονίης δὲ καὶ πλευρίτιδος ἐς ἔμπυον. — Lectionis varietas haec est: ἐκ δὲ περιπλευμονίης Marc.; τηνεσμὸς ἐς δυσεντερίην E. H. Marc.; — ἐκ δὲ δυσεντ. Lind., tres codd. apud Littr., Marc., pro vulg. ἀπὸ δὲ δυσεντ. — Ante ἐκ περιπν. in θ. om. καί. — E. H. Marc. ἐκ περιπλευμονίης δέ habent pro vulg. καὶ ἐκ περιπ.; illud recepi. — Verum h. l. pro ἐς δυσεντερίην — φλέγματος ἐς ὕδρωπα Littr. e θ. adnotat lectionem τηνεσμὸς ἐκ λιεντερίης· ἐκ δὲ λιεντερίης ἐς ὕδρωπα· καὶ σπληνὸς οἴδημα ἐς ὕδρωπα, quam lect. Mack. hoc modo citat: τεινεσμὸς ἐκ λιεντερίης, ἐκ δὲ λιεντερίης ἐς ὕδρωπα καὶ ἐκ λευκοῦ φλέγματος ἐς ὕδρωπα καὶ σπληνὸς οἴδημα ἐς ὕδρωπα. Praeterea in cod. H. post ὕδρωπα in marg. alia m. καὶ σπλὴν οἰδίσκεται. Ex his nihil recepit Littréus, neque ego recipio, mihi καὶ σπληνὸς οἴδημα ἐς ὕδρωπα in cod. θ. lectione, qualem Littr. tradidit, emblema alienum esse videtur. Tandem ex vulg. καὶ ἐκ περιπν. cod. θ. om. καί,

δ'. Ταῦτα δ' ἐπὶ κακοῖσι ἀνάγκη κακὰ γίγνεσθαι· ῥῖγος ἢν [1] λάβῃ, πῦρ ἐπιλαμβάνειν· καὶ νεῦρον ἢν διακοπῇ, [2] σπασμὸν, καὶ μήτε ξυμφῦναι διακοπὲν [3] ἐπιφλεγμῆναί τε ἰσχυρῶς· καὶ ἢν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ τε καὶ πονέσῃ πληγέντος, ἄφωνον παραχρῆμα γενέσθαι ἀνάγκη καὶ μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν· ἢν δὲ τρωθῇ, πυρετόν τε [4] ἐπιγενέσθαι καὶ χολῆς ἔμετον καὶ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος γενέσθαι καὶ ἀπολέσθαι· ἐπίπλοον δὲ ἢν ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι, καὶ ἢν αἷμα ἐκ τρώματος ἢ φλεβὸς ῥυῇ ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἀνάγκη πῦον γενέσθαι.

ε'. Καιροὶ δὲ, τὸ μὲν καθάπαξ εἰπεῖν, πολλοί τέ εἰσι [5] ἐπὶ τῇ τέχνῃ καὶ παντοῖοι, ὥσπερ καὶ τὰ νοσήματα καὶ τὰ παθήματα καὶ τούτων [6] αἱ θεραπεῖαι. Εἰσὶ δὲ ὀξύτατοι μὲν, ὅσοισι ἢ ἐκψυχοῦσι δεῖ τι ὠφελῆσαι, ἢ οὐρῆσαι, ἢ ἀποπατῆσαι μὴ δυναμένοισι, ἢ πνιγομένοισι, ἢ γυναῖκα τίκτουσαν, ἢ ἐκτιτρωσκομένην ἀπαλλάξαι, ἢ ὅσα τοιαῦτά ἐστι. Καὶ οὗτοι μὲν [7] οἱ καιροὶ ὀξέες καὶ οὐκ ἀρκέει ὀλίγῳ ὕστερον· ἀπόλλυνται γὰρ οἱ πολλοὶ ὀλίγῳ ὕστερον. Ὁ μέντοι καιρός [8] ἐστι, ἐπὴν πάθῃ τι τούτων [9] ὤνθρωπος, — ὅ τι ἂν τινα πρὸ τοῦ τὴν ψυχὴν [10] μεθιέναι

4. Haec vero mala malis supervenire necesse est: si rigor corripuerit, calorem igneum succedere et nervo praeciso convulsionem, discissumque nervum minime coalescere et vehementer inflammari. Et si cerebrum tum concussum fuerit, tum ex plaga doluerit, aegrum illico voce deficere, neque videre, neque audire; sin vulneratum fuerit, febrim et bilis vomitionem succedere corporisque partem aliquam resolutam fieri aegrumque perire. Omentum vero si procidat ut putrefiat necesse est et si sanguis ex vulnere, aut vena in superiorem ventrem fluxerit, id in pus verti necesse est.

5. Opportunitates autem, ut semel dicam, multae sunt in arte et variae, velut et morbi et affectiones eorumque curationes. Ac celerrimae quidem sunt, quibus aut animo deficientibus opitulari licet, aut qui neque urinam, neque stercus reddere possunt, aut qui suffocantur, aut mulierem parientem aut abortum facientem liberare, aut quae sunt eiusmodi. Ac hae quidem opportunitates sunt celeres; neque confert paulo post, cum plerique paulo post moriantur. Opportunitas autem, cum tale quid homini accidit, haec est, — quodcumque aliquem iuverit, antequam animum emittat, id in

[1] λαμβάνει — tum πῦρ ἐπιλ. om. — [2] σπασμὸν ποιεῖ. — [3] φλεγμῆναι. — [4] γενέσθαι. — [5] ἐπί. — [6] αἱ om. — [7] οἱ καιροί om. — [8] ἐστι om. — [9] ὁ ἄ. — [10] μεθιέναι λαβὼν ὠφελιθῇ τοῦτο ἐπὰν ἐν κ. λάβῃ ὠφελεῖται.

et E. H. legunt ἐκ περιπλευμ. δέ, quos sequor. Sed operae pretium est parum aptam dictionem notare ἐκ περιπν. δὲ καὶ πλευρίτιδος ἐς ἔμπυον; nempe ἔμπυος aeger est, itaque ἐμπύημα congruit, non ἔμπυον. Quin si respicias iam ab initio inde, i. e. a verbis μεταπίπτει δὲ τάδε, structuram sequentium in textu descripto e libris, qualem adnotationis principio dedi, vides consecutionem membrorum ineptam esse: itaque eam mutavi, nam oratio in reliquis partibus capituli non est tam prava, ut non librariis tribuenda videatur huius loci structurae perturbatio.

4. ταῦτα δὲ — μήτε ἀκούειν.] Cett. τὰ δὲ ἐπί, de meo ταῦτα δ' ἐπὶ scripsi; ἐπιλαβεῖν Littr. e θ. pro vulg. ἐπιλαμβάνει. Vulgo σπασμὸν ποιεῖ, sed ποιεῖ om. Littr. cum H., in quo al. m. restituitur, omittit etiam Marc. — Cod. θ. om. σπασμὸν ποιεῖ καί; idem om. διακοπέν et Littréo praebuit ἐπιφλεγμ. pro vulg., quam e V. notavi. Lind.: φλεγμῆναι δὲ ἰσχ. fortasse de suo. Articulum ante ἐγκεφ. om. θ. et σεισθῇ καὶ πονήσῃ habet. Cod. idem θ. ἀνάγκη γενέσθαι habet et ὁρῆν, quod Littr. dedit.

ἢν δὲ τρωθῇ — πῦον γενέσθαι.] πυρετὸν ἐπιγ. cod. θ.; — καί ante ἀποπλ. om. E.; — ἐπίπλοον ἢν ἐκπ. θ., Marc., H., sed in hoc δέ rest. al. m. — Pro καὶ ἢν cod. θ. κἢν; — in cod. E. θ. πῦον, item in H. al. m., — vulgo πῦος, quae forma saepius in codd. in hoc libro de morbis recurrit; sed ego fidem ei denego: non credo πῦος, cuius genitivus πύεος esse deberet, nam neutrius generis sit oportet, usurpatum fuisse: primo enim plerisque locis forma πῦον in hoc scripto reperitur, tum alios casus praeter accusativum πῦος frustra quaero; saltem locis exceptis ubi manifesto lectio falsa est; uti vulgatum πρὸς τοῦ πύους § 15. sub fiuem, ubi πρὸς τὸ πῦον e cod. θ. reposuit Littr. —; itaque librariorum solito errore quodam terminationes ον et ος confusae sunt. Tandem moneo me et ante ἀποσαπῆναι et ante πῦον delevisse τοῦτο, quod emblema alienum est.

5. καιροὶ δὲ — αἱ θεραπεῖαι.] ἐν τῇ τέχνῃ Mack., Littr. e cod. θ., sed ἐπὶ τῇ τ. vulgatae antiquam lect. refert. Docet Hesod. Op. et dies vs. 692:

μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

Articulum ante θεραπεῖαι Mack., Littr. e θ.. etiam H. ab al. m. adscriptum habet.

εἰσὶ δὲ — τοιαῦτά ἐστι.] De meo tum h. l. tum § 18. ἐκψυχοῦσι scripsi, ἐκψύχουσι etiam Marc., Voss.; vulgo τιτρωσκομένην — τρωσκομένην cod. θ. — de meo ἐκτιτρωσκομένην dedi, sicuti § 8., ἐξέτρωσε τὸ ἔμβρυον legitur.

καὶ οὗτοι — ὕστερον.] οἱ καιροί Mack.. Littr. e θ.; vulgo om. — Lind. solum οὗτοι μὲν ὀξέες. — Cod. Corn. apud Mack. ἀρκέσει, item Marcianus.

ὁ μέντοι καιρὸς — ὠφέλησε.] Quod e V. abesse ἐστι

ὠφελήσῃ, τοῦτο ἐν καιρῷ ὠφέλησε. Ἔστι μὲν οὖν σχεδόν τι οὗτος ὁ καιρὸς καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι νοσήμασι· αἰεὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄν τις ὠφελήσῃ [1] ἐν καιρῷ ὠφέλησε. Ὁκόσα δὲ τῶν νοσημάτων ἢ τρωμάτων μὴ ἐς θάνατον φέρει, ἀλλὰ καιριά ἐστι, καὶ ὀδύναι τε γίγνονται ἐν αὐτοῖσι καὶ οἷά τέ ἐστι, ἤν τις ὀρθῶς θεραπεύῃ, παύσασθαι, τούτοισι [2] ἀρκέουσι γιγνόμεναι [3] αἱ ὠφέλειαι ἀπὸ τοῦ ἰητροῦ ὅταν γένωνται· καὶ γὰρ καὶ μὴ παρεόντος τοῦ ἰητροῦ ἐπαύσατο ἄν. Ἕτερα δὲ νοσήματά ἐστι, οἷσι καιρός ἐστι θεραπεύεσθαι [4] τὸ πρωῒ τῆς ἡμέρης, διαφέρει δὲ οὐδὲν ἢ πάνυ πρωῒ, ἢ ὀλίγῳ ὕστερον· ἕτερα δὲ νοσήματά ἐστι, οἷσι καιρὸς θεραπευθῆναι ἅπαξ τῆς ἡμέρης, καὶ ὁπηνίκα γε οὐδὲν διαφέρει· ἕτερα δὲ διὰ [5] τρίτης, ἢ τετάρτης ἡμέρης· καὶ ἕτερα ἅπαξ τοῦ μηνός· καὶ ἕτερά γε διὰ τριῶν μηνῶν, καὶ τοῦ τρίτου ἢ ἱσταμένου ἢ φθίνοντος οὐδὲν διαφέρει· τοιοῦτοι [6] οἱ καιροί εἰσι [7] ἐνίοισι καὶ ἀκρίβειαν οὐκ ἔχουσι ἄλλην ἢ [8] ταύτην. Ἀκαιρίη δέ ἐστι τὰ τοιάδε· ὅσα μὲν πρωῒ δεῖ θεραπεύεσθαι, ἢν μεσημβρίῃ θεραπεύηται, [9] ἀκαίρως θεραπεύεται· ἀκαίρως δὲ ταύτῃ, [10] ἐπεὶ ὅσα τάχα ῥοπὴν ἴσχει ἐς

tempore iuvit. Est igitur haec fere opportunitas etiam in aliis morbis; semper enim quocumque tempore quis auxilium attulerit, opportune illud attulit. Qui vero morbi aut vulnera minime mortem afferunt, sed periculo sunt obnoxia et dolores habent, possunt tamen si quis recte curaverit, sedari; his autem sufficiunt auxilia a medico adlata quando adferuntur; etenim non praesente medico etiam sanantur. Sunt autem alii morbi, qui opportune matutino diei tempore curantur, nihilque refert an summo mane, an paulo posterius. Alii vero morbi semel die opportune curantur, neque refert quando id fiat; quidam etiam tertio quoque, aut quarto die; quidam etiam semel mense et alii quidem tertio quoque mense, neque refert an tertio ineunte aut desinente id fiat. Tales nonnullis sunt opportunitates, neque aliam quamdam requirunt exquisitam diligentiam, nisi hanc. Temporis autem inopportunitatem habent alia: quae mane curanda sunt, si meridie curentur, intempestive curantur; intempestive autem hac de causa fiunt, quia quae cito in peius vertuntur propter intempestivam curationem sive meridie, sive vespere, sive noctu curentur, intempestive

[1] ἐν κ. ὠφελ. om. — [2] οὐκ ἀρκ. — [3] αἱ om. — et mox τοῦ bis. — [4] τῷ. — [5] τριτ. ἡμ. ἢ τετ. — [6] δὲ οἱ κ. — [7] ἐν οἷσι. — [8] τήνδε. — [9] ἀκ. θεραπ. om. — [10] ἐπὶ ῥώμην ἴσχει.

notavi, idem in pluribus codd. vidit Littr.; τι ex L. θ. Littr., mihi idem V. praebet. ὤνθρ. Littr. e θ. pro vulg. ὁ. ἄ. — Littr. ὅτι ἄν τις e cod. θ., idemque in V. lego; vulgo ἅ τι ἤν τις; — equidem de meo τινα dedi; nempe si τις serves, constare non potest utroque loco infra ὠφελήσῃ et ὠφέλησε, saltem ita nascitur periodus parum congrua. Ego μεθιέναι vulgatae servo, Littr. e θ. dedit μεθεῖναι. Dein ὠφελήσῃ edd. antt., mss. pleraque, etiam Marc., ὠφεληθῇ vulg. — Quod autem λαβὼν ὠφεληθῇ e Q.′ adnotat Littréus, cf. Vossiani lect.; — τοὔθ' ἅπαν Littr. e θ., τοῦτο πᾶν K., vulgatam e V. notavi; equidem illud ἅπαν omisi, nam ex ἐπάν vulgatae natum videtur, ipsum autem ἐπάν non est nisi otiosa repetitio eiusdem ἐπήν s. ἐπάν. quod paulo ante occurrit. — λάβῃ post ἐν καιρῷ, quod vulg. habet, om. Littr. cum multis codd., neque Marc. habet; — in fine periodi ὠφέλησε Littr. e θ. pro vulg. ὠφελεῖται, quod etiam Marc. fert. — Si mss. lectt. reputes, videntur duae fuisse lectt., altera, quam exhibui, altera ὅ τι ἄν τις πρὸ τοῦ τὴν ψυχὴν μεθιέναι ὠφεληθῇ, τοῦτο ἐν καιρῷ ὠφελεῖτο. Vix discerno, quid praestet.

ἔστι μὲν οὖν — ἐν καιρῷ ὠφέλησε.] Pro ἐν ᾧ ἄν τις cod. θ. ὅταν τις. Ald. et multi libri apud Littr. ἐν ᾧ εἴ τις.

ὁκόσα δὲ — ἐπαύσατο ἄν.] καὶ ὀδύναι τε γίγνονται scripsi de meo, ceteris solum ὀδύναι τε γίνονται habentibus. Pro τε γίνονται cod. θ. δ' ἐνγίνονται. — Littr. καὶ οἷά τέ ἐστι dedit ex E., H., θ., idemque V. et Marc. habent, pro vulg. ἀλλ' οἷά τέ ἐστι. — Vulgo θεραπεύσῃ, sed H. θ. Marc. θεραπεύῃ, — cod. E. Littréi εἰ — θεραπεύει. — Cod. θ. παύεσθαι. — Libri δὲ οὐκ ἀρκέουσι, negationem iure delevit Littr., equidem δέ etiam reieci, quo iam facile caremus h. l. Articulum ante ὠφέλειαι cod. H. Littréo praebuit et fert Marc. — E θ. scripsi γένωνται pro vulgato praesente et καὶ γὰρ καὶ μή, ubi vulgo alterum καί abest. Articulus ante ἰητροῦ abesse solet, sed Mack., Littr. e θ. adposuerunt; fert etiam Marc.

ἕτερα δὲ νοσήματα — ἄλλην ἢ ταύτην.] ἕτερα δ' ἐστι νοσ. θ.; — τῷ πρωῒ E., H., Marc., δουθὲν ἢ πρωΐ e θ. adnotat Littr. — Pro ὁπηνίκα γε Lind. ὁπ. δέ. cod. θ. ὁπ. δ'. — Marc. γε fert. Lectionem Vossiani τριτ. ἡμ. ἢ τετ. e θ. adn. Littr. — Dein καὶ ἕτερά γε ἅπαξ θ., Mack., sed tum paulo post γε omm.; ἢ καὶ ἕτερα διὰ τριῶν E.; τοῦ δὲ τρίτου Lind., ἢ ἱσταμ. dedi ex E. H. Marc., cett ἤ omm. h. l.; — τοιοῦτοι δὲ οἱ κ. vulgo, sed δέ cum θ. om. Littr.; ἐνίοισι θ., Littr. pro vulg., quam e V. notavi. Vulgo ἀκριβίην, multi libri et Littr. ἀκριβείην, quod Marc. etiam fert; de meo mutavi; tandem ἢ τήνδε cod. Serv. apud Foës.

ἀκαιρίη δὲ — θεραπεύεται.] — ἀκ. δὲ τὰ τ. cod. θ. Post θεραπεύηται Mack. Littr., quos sequor, e θ. receperunt ἀκαίρως θεραπεύεται. Ceterum h. l. insignem corruptelam h. l. sustulit feliciter Littréus vocabula transponendo, nam

τὸ κάκιον διὰ τὴν [1] μὴ ἐν καιρῷ θεραπείην, ἤν τε μεσημβρίης, ἤν τε ὀψὲ, ἤν τε τῆς νυκτὸς θεραπεύηται, ἀκαίρως θεραπεύεται· καὶ ἢν τοῦ ἦρος δέῃ θεραπευθῆναι, [2] θεραπεύηται δὲ χειμῶνος, ἢ τοῦ μὲν χειμῶνος δέῃ, τοῦ θέρεος δὲ θεραπεύηται· ἢ ὅ τι ἤδη [3] δεῖ θεραπεύεσθαι, τοῦτο [4] ἀναβάλληται, ἢ ὅ τι ἀναβάλλεσθαι δεῖ, τοῦτ' ἤδη θεραπεύηται· τὰ τοιαῦτα ἀκαίρως θεραπεύεται.

curantur. Item si quae vere curari debent, hieme curentur, et quae hieme curanda sunt, aestate curentur; aut si quid statim curari oporteat, id differatur, vel differri debeat et statim curetur. Talia extra tempus opportunum curantur.

ς'. Ὀρθῶς δὲ ἐν αὐτῇ καὶ οὐκ ὀρθῶς τὰ τοιάδε· οὐκ ὀρθῶς μὲν τήν τε νοῦσον [5] ἑτέρην ἐοῦσαν ἑτέρην φάναι εἶναι, καὶ μεγάλην ἐοῦσαν σμικρὴν [6] φάναι εἶναι, καὶ σμικρὴν ἐοῦσαν μεγάλην, καὶ περιεσόμενον μὴ φάναι περιέσεσθαι, καὶ μέλλοντα ἀπολεῖσθαι μὴ φάναι ἀπολεῖσθαι, καὶ ἔμπυον ἐόντα μὴ γιγνώσκειν, μηδὲ νούσου μεγάλης τρεφομένης ἐν τῷ σώματι γιγνώσκειν, καὶ φαρμάκου δεόμενον ὁκοίου του δεῖ μὴ γιγνώσκειν· καὶ τὰ δυνατὰ μὴ [7] ἐξιᾶσθαι καὶ τὰ ἀδύνατα φάναι [8] ἐξιήσεσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστι κατὰ γνώμην οὐκ ὀρθῶς· κατὰ δὲ χειρουργίην τάδε· πῦον ἐν ἕλκεϊ ἐνεὸν ἢ ἐν φύματι μὴ γιγνώσκειν καὶ τὰ κατήγματα καὶ τὰ ἐκπτώματα μὴ γιγνώσκειν, καὶ μηλῶντα [9] κατὰ κεφαλὴν μὴ γιγνώσκειν, εἰ τὸ ὀστέον κατέηγε, μηδ' ἐς κύστιν αὐλίσκον καθιέντα δύνασθαι καθιέναι, μηδὲ λίθου ἐν κύστι ἐνεόντος γιγνώσκειν, μηδ' ἔμπυον ἐόντα διασείοντα γιγνώσκειν καὶ τάμνοντα ἢ καίοντα ἐλλείπειν ἢ τοῦ βάθεος, ἢ τοῦ μήκεος· ἢ [10] καίειν τε καὶ τάμνειν ἃ

6. In arte autem ista recte vel non recte fiunt: si cum alius morbus exsistat, alium esse dicas, si cum magnus sit parvum, et si cum parvus sit, magnum pronuncies, et eum qui superstes futurus est superstitem non futurum affirmare, neque eum, qui periturus est, periturum dicere, et eum, qui suppuratus est, non cognoscere, neque nosse si magnus in corpore morbus fiat, et si quis medicamine indigeat, nescire quo illi opus sit, et quae sanari possunt, non sanare, et quae non possunt sanatu-rum te esse affirmare. Atque haec quidem non recte mentis consilio fiunt. Ista vero malam habent manuum tractationem, pus, quod in ulcere aut tuberculo inest, non cognoscere, ossa fracta et quae suis sedibus excesserunt, non nosse, capitis os specillo admoto fractumne sit, non nosse, neque fistulam in vesicam immittentem id perficere posse, neque calculum in vesica neque pus thorace collectum ex concussione nosse, et urendo aut secando fundum aut latitudinem non attingere, et urere aut secare

[1] οὐκ ἐν κ. θ. ὅσα δὲ ἐς τάχα. ἤντε μεσημβρίης. — [2] θεραπεύοιτο et δέοι. — [3] δεῖ om. — [4] δὲ ἀναβάλληται. — [5] ἑτέρην οὖσαν, ἑτέρην φανέειν καὶ μεγ. — [6] φανέειν καὶ σμ. — [7] ἐξιῆσθαι. — [8] ἐξιήσεσθαι. — [9] κατά om. — [10] τέμνειν τε καὶ καίειν.

vulg. fert: ἀκαίρως δὲ ταύτῃ ἐπεὶ ῥοπὴν ἴσχει ἐς τὸ κάκιον διὰ τὴν μὴ ἐν καιρῷ θεραπείην· ὅσα δὲ ἐς τάχα ἢν δὲ μεσημβρίης, quod sensu cassum. — Porro ἤν τ' ὀψὲ τῆς νυκτός cod. θ.; — tum δέῃ, θεραπεύηται et iterum δέῃ e cod. θ. Littr., ubi vulg. optativum habet. Idem liber τοῦ δὲ θέρεος. — Vulg. τοῦτο δὲ ἀναβ., sed Littr. cum θ. δέ om.; tandem τοῦτο ἤδη E. H.

6. ὀρθῶς — ἐξιήσεσθαι.] φάναι εἶναι, quod e θ. dederunt Mack., Littr. in ceteris libris in φανέειν abiit, tum h. l., tum paulo post. Ionismum σμικρήν etiam Marc. habet. Vulgata: καὶ φαρμάκου δεόμενον ἢ πότου τοῦ δεῖ μὴ γινώσκειν. In hac lect. θ. om. ἤ. —, tum ποίου pro πότου ferunt Ald., codd. 5. Littréi; τοιούτου habet K., ὁκοίου H. al. m., tum in eo seq. τοῦ al. m. obliteratum est: Lind. οὗ pro τοῦ. Cod. θ. ὁποίου του δει (sic) legit. E Marc. excerptum lego: ἢ πύου τοῦ δεῖ μὴ γινώσκειν. — Littréus dedit καὶ φαρμάκου δεόμενον ὁκοιουοῦν δὴ μὴ γιν. — Mihi in Marciani lectione latere videtur ὁποίου του δεῖ, quod θ. re ipsa fert et in quo του est pro τινός. — Hanc lect. veram esse puto, sed tuto e correctione in H. ὁκοίου dare licebit — Cod. θ. ἐξιᾶσθαι. Ante φάναι ἐξιήσ. quatuor mss. Littréi μή, unus H. μέν; pro futuro vero ἐξιῆσθαι libri septem. In Voss. μηδὲ νούσου — μὴ γιγνώσκειν omissum est.

ταῦτα μὲν οὖν — ἃ οὐ χρή.] ἐστι E. H. θ., Littr. Marcianus, vulgo εἰσί, quod V. etiam fert. — Ionice χειρουργίην etiam Marc. — Praepositionem ante ἕλκει omm. θ. H., sed in hoc al. m. rest. — Cod. θ. habet ἐπεπτωκότα i. e. ἐκπεπτ. — Littréus κατά ante κεφ. e solo cod. θ. — Idem liber ἐνεόντος ἐν κ. — Marc. etiam ἐλλείπειν pro vulg. ἐκλ. — Unus J. ἢ τέμνειν τε καὶ καίειν.

οὐ χρή. Καὶ ταῦτα μὲν οὐκ ὀρθῶς· ὀρθῶς δὲ, τά τε νοσήματα γιγνώσκειν ἅ τέ ἐστι καὶ ἀφ' ὅτων, καὶ τὰ μακρὰ αὐτῶν καὶ τὰ βραχέα, καὶ τὰ θανάσιμα καὶ τὰ μὴ θανάσιμα, καὶ τὰ μεταπίπτοντα, καὶ τὰ αὐξανόμενα καὶ τὰ μαραινόμενα, καὶ τὰ μεγάλα καὶ τὰ σμικρὰ, καὶ θεραπεύοντα τὰ μὲν ἀνυστὰ ἐκθεραπεύειν, τὰ δὲ μὴ ἀνυστὰ εἰδέναι, [1]διότι οὐκ ἀνυστὰ, καὶ θεραπεύοντα τοὺς τὰ τοιαῦτα ἔχοντας ὠφελέειν ἀπὸ τῆς θεραπείης ἐς τὸ ἀνυστόν. Τὰ δὲ προσφερόμενα τοῖσι νοσέουσι ὧδε χρὴ φυλάσσειν τά τε ὀρθῶς καὶ τὰ μὴ ὀρθῶς· ἤν τις ἃ δεῖ ξηραίνειν, ὑγραίνῃ, ἢ ἃ δεῖ ὑγραίνειν ξηραίνῃ, ἢ εἰ παχύνειν δέοι, μὴ προσφέρῃ ἀφ' ὧν δεῖ παχύνειν, ἢ ἃ δεῖ λεπτύνειν, μὴ λεπτύνῃ, ἢ ψύχειν μὴ [2]ψύχῃ, ἢ θερμαίνειν μὴ θερμαίνῃ, ἢ σήπειν μὴ σήπῃ, καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τούτοισι.

quae non oportet. Et haec quidem non recte fiunt, ista autem recte: si quis morbos quinam sint et ex quibus oriantur cognoscat et quinam ex his longi, quinam breves et qui letales, et qui minime letales, qui in alios transeant, qui increscant, quinam emarcescant, qui magni, qui parvi, et inter curandum eos curare, qui curari possunt, eos vero, qui curari non possunt, novisse quare curari nequeant et cum eos curas, qui talibus morbis affecti sint, eos curatione adiuvare quoad eius fieri potest. At quae aegrotantibus offeruntur, ea sic observare oportet rectene an non recte fiant: si quis quae siccari oportet, humectet, vel quae humectare oportet siccet, aut si incrassare oporteat, non exhibeat ea quibus incrassare oportet, aut quae attenuanda non attenuet, aut refrigeranda non refrigeret, aut calefacienda non calefaciat, aut putrefacienda non putrefaciat et reliqua secundum eandem rationem atque haec.

ζ'. Τὰ δὲ τοιάδε ἀνθρώποισι ἀπὸ [3]ταυτομάτου ἐν τῇσι νούσοισι [4]γίγνεται καὶ ἀγαθὰ καὶ κακά· πυρέσσοντι μὲν καὶ χολῶντι ἐν καιρῷ σκεδασθεῖσα ἔξω ἡ χολὴ, ἀγαθόν· πρὸς ἕν δέ τι τοῦ σώματος προσπεσοῦσα, κακόν. Κοιλίη ταραχθεῖσα ὑπὸ πλειρίτιδος ἐχομένῳ [5]ἢ περιπνευμονίης, ἢ ἐμπύῳ ἐόντι, κακόν· πυρέσσοντι δὲ ἢ τρῶμα τετρωμένῳ κοιλίη ἀποξηρανθεῖσα, κακόν· ὑφύδρῳ καὶ σπληνώδεϊ [6]καὶ ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχο-

7. Haec autem in morbis tum bona tum mala sua sponte hominibus eveniunt. Febricitanti quidem et bilioso, si bilis suo tempore extra dispersa fuerit, bono est; sin in unam aliquam corporis partem incumbat, malo est. In morbo laterali, aut pulmonis inflammatione detento aut suppuratum thoracem habente alvus perturbata malo est. Febricitanti vero aut accepto vulnere alvus resiccata malum denunciat. Subaquoso et lienoso albaque pituita detento

[1] ὅτι. — [2] ψύχων. — [3] τοῦ αὐτομ. — [4] γίνονται τά τε κακὰ καὶ τὰ ἀγ. — [5] ἢ περιπν. om. — [6] καί om.

καὶ ταῦτα μὲν — ἐς τὸ ἀνυστόν.] ἀφ' ὧν H. al. m.; ἀφ' ὧν ἐστι cod. θ. — Simplex θεραπεύειν pro ἐκθεραπ. quatuor libri Littréi. Pro διότι etiam cod. Serv. Foësii ὅτι. — H., Marcianus: θεραπηΐης.

τὰ δὲ προσφερόμενα — τὸν αὐτὸν λόγον τούτοισι.] ἢ — ξηραίνῃ Mack., Littr. e θ., cett. omm. — Vulgo ἢ παχύνειν δέῃ, sed θ. ἢ ἃ. π. δέῃ; — hoc exhibuit Littr.; nisi quod δέοι ex E. scripsit, quod mihi V. praebet. Sane vero illud ἃ in cod. θ. coniectura librarii invectum videtur et malo εἰ cum optat. scribere quam ἃ sive cum opt. sive cum subiunctivo; quippe melius εἰ quadrat cum seqq. — Codd. ψύχων, cum Littr. infinitivum dedi. Pro θερμαίνειν, σήπειν codd. θερμαίνων, σήπων habere adnotat Littr.; equidem in V. utroque loco infinitivum lego.

7. τὰ δὲ τοιάδε — προσπεσοῦσα κακόν.] ἀπὸ τοῦ αὐτομ. H. θ. Marc., ut Voss.; — γίνεται καὶ ἀγ. καὶ κακά Littr. cum θ., vulgatam e V. notavi, sed in hac ipsa γίνεται ferunt H., J., Marc. — Cod. θ. om. ἐν καιρῷ. — Iam vero in libris mss. et editis inter ἀγαθόν et πρὸς ἓν δέ τι intermedia sunt haec: ὑπὸ τὸ δέρμα (hic δέ habet vulg., sed omisit Littr. cum θ.) κεχυμένη καὶ ἐσκεδασμένη καὶ (nempe καί h. l. e cod. θ. Littr., sed vulgo abest) εὐπετεστέρη (sic θ. Mack., Littr. εὐπετεστέρα vulg.) ἔχειν τε (τε om. Voss.) τῷ ἔχοντι καὶ τῷ ἰωμένῳ ἴῆσθαι (ἴᾶσθαι θ.) κεχυμένη δὲ καὶ ἐσκεδασμένη. Primum dicam postrema κεχυμένη δὲ καὶ ἐσκεδασμένη vitiose e superioribus esse repetita, nec quidquam cum seqq. commune habere, nec cum superioribus. Reliqua vero non sunt, nisi scholion ad σκεδασθεῖσα ἔξω ἡ χολὴ, ἀγαθόν. Nimirum adposuit aliquis: ὑπὸ τὸ δέρμα κεχυμένη καὶ ἐσκεδασμένη εὐπετεστέρα ἔχειν τε τῷ ἔχοντι καὶ τῷ ἰωμένῳ ἴᾶσθαι. Itaque hoc scholio deleto ἓν δέ τι scripsi, ceteris δέ non habentibus. Nunc demum parallelismus inter utrumque loci membrum elucet.

κοιλίη ταραχθεῖσα — ἀγαθόν.) Pro τετρωμένῳ H. al. m. ἐσχηκότι, seq. κοιλίη om. θ. — Lind. ὑφύδρῳ δὲ καὶ σπλ. — E., H. Q.' Marc., Mack., Littr. καὶ ὑπὸ λ. φλ., vulgo καί abest; Lind. [ἢ] suppleverat.

μένῳ ταραχθεῖσα ἡ κοιλίη ἰσχυρῶς, ἀγαθόν. Ἐρυσίπελας ἢν ἔξω κατακεχυμένον ἔσω[1] τράπηται, κακόν· ἢν δ' ἔσω κατακεχυμένον ἔξω τράπηται, ἀγαθόν. Διαρροίῃ δὲ ἐχομένῳ ἰσχυρῇ ἔμετος γενόμενος, ἀγαθόν. Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τὰ καταμήνια [2]ῥαγῆναι, ἀγαθόν· ὑπὸ ῥόου δὲ πιεζομένῃ ἐς τὰς ῥῖνας, ἢ ἐς τὸ στόμα μεταπεσεῖν τὸν ῥόον, ἀγαθόν. Γυναικὶ ὑπὸ σπασμοῦ [3]ἐχομένῃ ἐκ τόκου πυρετὸν ἐπιγενέσθαι, ἀγαθόν· καὶ τετάνου ἔχοντος καὶ σπασμοῦ, πῦρ ἐπιγενέσθαι, ἀγαθόν. Τὰ τοιαῦτα δι' οὐδεμίαν οὔτε ἀμαθίην, οὔτε σοφίην ἰητρῶν γίγνεταί τε καὶ οὐ γίγνεται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου καὶ ἐπιτυχίῃ, [4]καὶ γενόμενά τε ὠφελέει, ἢ βλάπτει, καὶ οὐ γενόμενα ὠφελέει, ἢ βλάπτει κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον.

alvus vehementer perturbata bono est. Si erysipelas foras diffusum intro vertatur, malum, si vero intus effusum foras vertatur, bonum. Vehementi alvi profluvio detento succedens vomitus bono est. Mulieri sanguinem vomenti profluvium menstruum erumpere, bonum. Ei autem, quae fluore muliebri urgetur, ad nares aut os fluorem transire bono est. Mulieri ex partu convulsione detentae si febris succedat bono est; et distentio aut convulsio si detineat febrem supervenire bonum. Haec eiusmodi ex nulla medicorum inscitia, neque scientia fiunt, sed cum sponte et bona fortuna accidunt iuvant aut nocent, et cum non fiunt eadem ratione iuvant, aut nocent.

η'. Ἐπιτυχίῃ δὲ τὰ τοιάδε οἱ ἰητροὶ ποιέουσι ἐν τῇ θεραπείῃ ἀγαθά· ἄνω φάρμακον δόντες καθαίρουσι καὶ ἄνω καὶ κάτω καλῶς· καὶ [5]γυναικὶ φάρμακον δόντες κάτω χολῆς ἢ φλέγματος, ἐπιμήνια οὐ γενόμενα κατέρρηξαν· καὶ σπλῆνα ἔμπυον ἔχοντι κάτω φάρμακον δόντες, ὥστε χολὴν καὶ φλέγμα καθῆραι, πῦον κάτω ἐκάθηραν [6]ἐκ τοῦ σπληνὸς καὶ ἀπήλλαξαν τῆς νούσου· καὶ λιθιῶντι φάρμακον δόντες, τὸν λίθον ἐς τὸν οὐρητῆρα προέωσαν ὑπὸ βίης τοῦ φαρμάκου, ὥστε ἐξουρηθῆναι· καὶ πῦον ἔχοντι ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ

8. Haec autem medicis inter curandum bene feliciterque succedunt: si medicamento per superiora purgante exhibito, purgatio per superiora et inferiora recte procedat. Et mulieri si medicamento exhibito, quod bilem aut pituitam deorsum educat, menses retardati erumpant. Et si cui lienem suppuratum habenti medicamento exhibito, quod bilem et pituitam educat, pus ex liene per inferiora expurgarunt et morbo liberarunt. Sique calculum habenti exhibito medicamento purgante calculum in meatum urinarium medicamenti vi protruserunt,

[1] τράπηται ἀγαθόν omissis intermediis, ita ut pergat γυναικί. — [2] ῥαγῆσαι. — [3] πιεζομένῃ. — [4] καί om., et tum καὶ βλάπτει κατὰ τὸν ἀ. λ. omissis ceteris. — [5] γυναιξί. — [6] ἀπό.

ἢν δ' ἔσω κατακεχ. ἔξω τραπ. ἀγ.] Cod. θ. fert: ἔσω δὲ κατακεχ. ἔξω τραπῆναι ἀγ.

γυναικὶ αἷμα — τὸν ῥόον, ἀγαθόν.] In his αιμευση cod. θ. — Pro πιεζομένῃ Lind. h. l. ἐχομένῃ, non infra, ubi vide.

γυναικὶ ὑπὸ σπ. — ἐπιγενέσθαι ἀγαθόν.] In his vulgo ὑπὸ σπ. πιεζομένη, uti e V. notavi, sed ἐχομένῃ E., H., P., θ. Marc., Littr.

τὰ τοιαῦτα — τὸν αὐτὸν λόγον.] Cett. τὰ γὰρ τοιαῦτα, sed cum θ. omisi γάρ. Idem καὶ ἀπὸ ἐπιτυχίης pro vulgato καὶ ἐπιτυχίης, J. καὶ ἀπὸ τύχης; mihi ἐπιτυχίῃ scriptum fuisse videtur, quod in genitivum mutaverint librarii propter antecedentia; nisi malis forte ὑπὸ ἐπιτυχίης. Copulam ante γενόμενα e θ. adscripsit Littréus, cett. omm. —; Littréus ἢ βλάπτει priore loco e cod. θ., vulgo καὶ βλ. — Verba καὶ οὐ γενόμενα ὠφελέει ἢ βλάπτει Littréus supplevit e θ., vulgo absunt.

8. ἐπιτυχίῃ — τοῦ ἐμέτου.] Ad φάρμακον κάτω χολῆς ἢ φλέγματος, cuiusmodi formula infra in hoc capitulo recurrit, cf. adnn. ad extremam § 6., libri de nat. hominis; — πῦον E. θ. Mack., πύος vulgo; — ἐκ τοῦ σπληνός E., H., Q.' θ. Marc., Littr., vulgatam e V. notavi; — προέωσαν E. „emendatum al. m." inquit Littr., H. θ., vulgo προσέωσαν; equidem illud prae vulg. praefero. Porro ἐξ οὖν ἤμεσε e θ. Marc. scripsi, cett. ἐξ οὖν omm.: ἔμεσε E. cf. lectt. V., ἐξήμεσε H. al. m.; — ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου θ.; — ὑγιέα ἐπ. τοῦ ἐμ. H. θ. Marc. Littr., ita tamen ut H. Marc. ὑγιᾶ habeant, cod. θ. vero ὑγιαία, unde Ionismum effecit Littr.; vulgatam e V. notavi. — Sed redeo ad illud ἐξ οὖν ἤμεσε, quod h. l. ferunt cod. θ. et Marc.; nimirum haec tmesis cum interposito οὖν saepius recurrit in cod. θ., ter in Marciano, e libris ceteris evanuit, sed duo loci sunt ubi vestigia istius lectionis in vulgata deprehenduntur. En loci, ubi occurrit: in hac § 8va ἐξ οὖν ἤμεσε θ. Marc.; § 14. δι' οὖν ἐφθάρησαν solus θ., § 15. et § 18. δι' οὖν ἐφθάρη cod. θ. et Marc., superest autem huius scripturae vestigium in vulgato δι' οὗ ἐφθάρη. § 20. μετ' οὖν ἔστη cod. θ. et Marc., rursus vestigium illius lectionis agnosco in vulg. μετανέστη, nam compositio cum ἀνά in hoc verbo non congruit eo loco:

ἐν φύματι οὐκ εἰδότες ὅτι ἔχει δόντες ἄνω φάρμακον ὅ τι φλέγμα καθαίρει, ἐξ οὖν [1]ἤμεσε τὸ πῦον καὶ ἐγένετο ὑγιής· καὶ ἐκ φαρμάκου ὑπερκαθαιρόμενον ἄνω θεραπεύοντες, καταρραγείσης τῆς κοιλίης ἀπὸ ταυτομάτου, [2]ὑγιέα ἐποίησαν τοῦ ἐμέτου. Κακὰ δὲ [3]τάδε ἀπεργάζονται [4]ὑπὸ ἀτυχίης· φάρμακον δόντες ἄνω χολῆς, ἢ φλέγματος, φλέβα ἐν τοῖσι στήθεσι ἔρρηξαν ὑπὸ τοῦ ἐμέτου οὐδὲν ἔχοντος πρόσθεν ἄλγημα ἐν τῷ στήθεϊ φανερὸν, καὶ ἐγένετο νοῦσος· καὶ γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἄνω φάρμακον δόντες, κάτω ῥαγεῖσα ἡ κοιλίη ἐξέτρωσε τὸ ἔμβρυον· καὶ ἔμπυον θεραπεύοντι ἡ κοιλίη ῥυεῖσα διαφθείρει· καὶ ὀφθαλμοὺς θεραπεύοντι καὶ ὑπαλείψαντι ὀδύναι ἐνέπεσον ὀξύτεραι, κἢν [5]οὕτως τύχῃ, ῥήγνυνται οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἀμαυροῦνται καὶ αἰτιῶνται τὸν ἰητρὸν, ὅτι ὑπήλειψε· καὶ λεχοῖ ἐπὶ γαστρὸς ὀδύνῃ, ἢν [6]δῷ τι ὁ ἰητρὸς καὶ κακῶς σχῇ, ἢ καὶ [7]ἀπόληται, ὁ ἰητρὸς αἴτιος. Σχεδὸν δὲ [8]ὅσα ἀνάγκας ἔχει ὥστε γίγνεσθαι ἐν τοῖσι νοσήμασι καὶ [9]τρώμασι, κακὰ ἐπὶ κακοῖσι, τὸν ἰητρὸν αἰτιῶνται τούτων [10]γενομένων, καὶ τὴν ἀνάγκην τὴν ἀναγκάζουσαν γίγνεσθαι οὐ γιγνώσκουσι. Καὶ ἢν ἐπὶ πυρέσσοντι ἢ τρῶμα ἔχοντι ἐσελθὼν καὶ προσενέγκας τὸ πρῶτον μὴ ὠφελήσῃ, ἀλλὰ τῇ ὑστεραίῃ κάκιον ἔχῃ,

ita ut cum urina exeat. Et si ei, qui pus in superiore ventre ex tuberculo collectum habet, id ipsum ignorantes medicamentum, quod pituitam sursum educat, exhibuerint, isque pus vomitione reiecerit, sanusque evaserit. Et cum curando eum, qui ex medicamento per superiora purgante supra modum purgetur, alvo sponte erumpente a vomitu sanum reddunt. At mala haec adversa fortuna perpetrant medici, si exhibito medicamine, quod bilem aut pituitam sursum educat, venam in pectore prae vomitione ruperint, cum nullus antea ibi manifestus dolor exsisteret, et morbus contrahatur. Si mulieri utero gerenti exhibito medicamento sursum purgante, alvus affatim deorsum erumpens foetum abortione eiecit. Sique dum oculos curat et ungit, vehementiores dolores incidunt, ac forte fortuito oculi rumpuntur et obscurantur, idque medico crimini dant, qui oculos subleverit. Et si puerperae in ventris dolore quid medicus exhibuerit, et male habeat, aut etiam pereat, medicus in culpa esse dicitur. Ac fere in morbis et vulneribus ubi mala malis ex causis necessariis succedunt, cum illa acciderint in medicum causam conferunt, neque illa ex necessitate fieri agnoscunt. Et si ad febricitantem, aut vulneratum ingressus sit et oblatum quam primum remedium non iuvet, sed

[1] ἔμεσε. — [2] τοῦ ἐμ. ὑγιᾶ ἐπ. — [3] τάδε om. — [4] ἀπό. — [5] οὕτω. — [6] δοίη. — [7] ἀπόλλυται. — [8] ὅσας. — [9] τρώμασι κακὰ ἐπὶ κακοῖσι τὸν ἰητρὸν κ. τ. λ. — [10] γινομένων.

§ 21. 22. δι᾽ οὖν ἔφθειρε cod. θ. solus et § 30. δι᾽ οὖν ἐκίνησε solus cod. θ. Littréus hanc tmesin non recepit, equidem puto eam evanuisse et igitur restituendam esse; docent me loci ubi in vulgata vestigia veteris scripturae supersunt. Ceterum in prolegomenis de eadem re aliquid dicam, locis singulis iam indicatis videndum erit, quid congruat, quid non. — Est autem eadem illa tmesis cum interposito οὖν frequens apud Herodotum. Ubi ἀν᾽ ὧν ἐφάνη III. 82.; ἀπ᾽ ὧν ἔβαψε II. 47.; ἀπ᾽ ὧν ἔδωκαν II. 87. 38., et sic passim.

κακὰ δὲ τάδε — ὁ ἰητρὸς αἴτιος.] ἔρρηξαν ἀπὸ τοῦ ἐμ. E. P. Q.' Pro καὶ ἐγ. νοῦσος J. καὶ ἐγ. οὕτως. L. καταρραγεῖσα ἡ κ. — Cod. θ. ἐξέτρωται ἔμβρ. — Articulum ante κοιλίη ῥυεῖσα om. θ. —; idem cod. καὶ ἤν et ῥήγνυται τε ὁ ὀφθαλμός; — H. ἀμαυροῦται, sed ῥοῦν al. m. — In lect. καὶ λεχοῖ γαστρὸς ὀδύνης, quam alii et Marc. ferunt, puto ἐούσης excidisse. — Vulgo δοίη, cod. θ. δοι, Littr. δῷ. — In καὶ ἢν κακῶς σχῇ, uti legunt E., P.', Marc., vulgo ἤν abest; — καὶ κακῶς ἔχῃ θ. Copulam ante ἀπόληται om. θ.; ἀπόληται vero H. θ. Marc., Littr. pro vulg., quam e Voss. enotavi.

σχεδὸν δὲ — οὐ γιγνώσκουσι.] τούτων γενομένων scripsi cum I., in quo ipso vulgatum γινομένων reponitur al. m. — Vulgo τὴν τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζουσαν, sed E. P.' omm. τὰ τοιαῦτα, quos sequor.

καὶ ἢν — ὥστε γίγνεσθαι.] ἐπὶ πυρέσσοντα, ἢ τρῶμα ἔχοντα θ. Mack.; — ἢι δ᾽ ὠφελ. E. H. θ. Mack. — Vulgo τοῦτο δὲ οὐχ ὁμ. ἐπαινέουσι, in quo pro δέ Lind. δή scripsit; Littréus δέ servandum putat. mihi vero e superiore δέ vitiose repetitum videtur, ita ut omittam. Pro ὁμαλῶς θ. ὁμοίως. Littr. dein χρεών cum θ., χρήν vulg., χρῆναι Lind., χρῆν Mack., χρή Ald., septem Parr., Marc.; τὰ δ᾽ ἕλκεα θ. φλεγμαίνειν θ. Mack., Littr., vulgatam e V. notavi. — Verum haec et seqq. e vulgata primum describam, dein varr. lectt. praecipuas in altera librorum lectione cum hac ipsa adponam, et quid mutaverim dicam. — Vulgo igitur: τὰ δὲ ἕλκεα φλεγμαίνει καὶ ἐν τῇσι νούσοισι ἔστιν ὀδύνας ἅσι χρὴ γίνεσθαι αὐτοῖσι, οὐδὲ τὰ τοιάδε ὥστε μὴ γίνεσθαι νεῦρον διακοπὲν οὐ συμφύει, οὐδὲ κύστις, οὐδὲ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, οὐδὲ φλὲψ αἱμόρρους, οὐδὲ γνάθου τὸ λεπτὸν, οὐδὲ τὸ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου δέρμα. Haec vulgata igitur lectio est ; in cod. θ. in verbis τὰ δὲ ἕλκεα — ὥστε

τὸν ἰητρὸν αἰτιῶνται· ἢν δὲ ὠφελήσῃ, τοῦτο [1] οὐχ ὁμαλῶς ἐπαινέουσι· [2] χρεὼν γὰρ πεπονθέναι αὐτὸν δοκέουσι· τὰ δὲ ἕλκεα [3] φλεγμαίνειν καὶ ἐν τῇσι νούσοισι ἔστι [4] ᾗσι ὀδύνας γίγνεσθαι, οὐ δοκέουσι χρεὼν εἶναι· οὐδὲ τὰ τοιάδε· νεῦρον, ἢν διακοπῇ μὴ ξυμφῦναι, μηδὲ κύστιν, μηδὲ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, μηδὲ φλέβα αἱμόρροον, μηδὲ γνάθου τὸ λεπτὸν, μηδὲ τὸ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου δέρμα.

θ'. Ἀρχὴ δὲ ἰήσιος ἀποδεδειγμένη μὲν οὐκ ἔστι, ἥτις ὀρθῶς ἀρχή ἐστι ἀποδεδειγμένη πάσης τῆς τέχνης, οὐδὲ δεύτερον οὐδὲν, οὐδὲ μέσον, οὐδὲ τελευτή· ἀλλὰ ἀρχόμεθά τε αὐτῆς ἄλλο τε λέγοντες, ἄλλο τε ἐργαζόμενοι καὶ τελευτῶμεν ὡσαύτως· καὶ οὔτε λέγοντες ἀρχόμεθα ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων, οὐδ' ἢν περὶ τῶν αὐτῶν λέγωμεν, οὐδὲ ἐς τοὺς αὐτοὺς τελευτῶμεν· καὶ ἐργαζόμενοι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὔτε ἀρχόμεθα ἐκ τῶν αὐτῶν ἔργων, οὔτε τελευτῶμεν ἐς τὰ αὐτά.

ι'. Εὐχειρίη δέ ἐστι τὰ τοιάδε· ὅταν τις [5] τάμνῃ ἢ καίῃ, μήτε νεῦρον [6] τάμνειν ἢ καίειν, μήτε φλέβα· καὶ ἢν ἔμπυον καίῃ, [7] ἐπιτυγχάνειν τοῦ πύου, καὶ τάμνοντα δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· καὶ [8] τὰ κατήγματα ξυντιθέναι ὀρθῶς· καὶ ὅ τι ἂν τοῦ σώματος ἐκπέσῃ ἐκ τῆς φύσιος, ὀρθῶς ἐς τὴν φύσιν τοῦτο [9] ἀπῶσαι· λαβών τε ἃ δεῖ ἰσχυρῶς, καὶ [10] λαβόντα πιέζειν καὶ ὅσα ἀτρέμα λαβεῖν, καὶ λαβόντα μὴ πιέζειν· καὶ ἐπιδέοντα

postridie aeger peius habeat, in medicum culpam reiiciunt. Quod si prosit, id tamen non perinde laudant, cum id ei contingere oportere existimant. Vulnera vero inflammari et in morbis quibusdam dolores fieri, ex necessitate non opinantur: neque talia: nervum, si praecisus fuerit, non coalescere, neque vesicam, neque intestinum aliquod tenue, neque venam sanguinem fundentem, neque tenuem genae partem, neque praeputium.

9. Principium autem medicationis nullum est demonstratum, quod rite demonstratum sit universae artis principium esse, nec secundum aliquod, nec medium, nec finis: sed eius initium facimus aliud quid dicentes et aliud quid facientes, similique modo finem facimus. Nec verba facientes ab iisdem sermonibus initium facimus, ne tunc quidem cum de iisdem rebus loquimur, neque in iisdem desinimus et in opere ipso eodem modo versamur, neque ab iisdem operibus incipimus, neque in iisdem cessamus.

10. Apta vero manuum tractatio in his est: si quis secet aut urat, neque nervum secare aut urere, neque venam et si purulentum curat ad pus devenire, et in secando eadem ratione. Fracturas rite componere, et quaecumque corporis pars e naturali loco exciderit, eam recte in suum locum compellere. Quae vehementer prehendere oportet, prehensa premere et quae leviter prehendenda sunt, prehensa non premere. Quae deliganda sunt e recto habitu non

[1] δὲ οὐχ. — [2] χρῆν. — [3] φλεγμαίνει. — [4] ἧσι post δδ. — et tum χρὴ γιν. — [5] τάμνοι ἢ καίοι. — [6] τάμῃ ἢ καύσῃ. — [7] ἐπιτυγχάνῃ. — [8] τά om. [9] ἀπώσαιεν. — [10] λαμβάνοντα μὴ π. omissis intermediis.

μὴ γίνεσθαι, et in θ. E. H. Marciano in seqq. ad δέρμα usque habemus aliam lect., quae sic ibi describitur: τὰ δὲ ἕλκεα φλεγμαίνειν καὶ ἐν τῇσι νούσοισι ἔστιν ᾗσιν ὀδύνας γίνεσθαι, ταῦτα δὲ οὐ δοκέουσι χρεὼν εἶναι γίνεσθαι αὐτοῖσιν οὐδὲ τὰ τοιάδε ὥστε γίνεσθαι· νεῦρον ἢν διακοπῇ μὴ συμφῦναι μηδὲ κύστιν, μηδὲ ἔντερον (μὴ δ' ἔντερα θ.) ἢν ᾗ (ἢν μὴ E. H. Marc.) τῶν λεπτῶν μηδὲ φλέβα αἱμόρροον μηδὲ γνάθου τὸ λεπτὸν μηδὲ τὸ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου δέρμα. — Hanc lectionem fere dedit Littréus, nisi quod pro ἢν διακοπῇ vulgatum διακοπέν servavit. Verum in utraque lectione, in vulgata et ea, quam Littréus fere sequitur, non concoquo ταῦτα δὲ οὐ δοκέουσι χρεὼν εἶναι γίνεσθαι αὐτοῖσι, οὐδὲ τὰ τοιάδε ὥστε γίνεσθαι et in vulgata his respondentia, quae vel peius corrupta sunt. E textu descripto quid reiiciendum putaverim patebit. In ceteris ex utraque lect. recepi, quod praestare videbatur. In fine loci fortasse μηδὲ ἀκροποσθίην fuit scriptum, cuius nominis glossa, extrusa voce primaria, iam in textu supersit.

9. ἀρχὴ δὲ ἰήσιος — ἐς τὰ αὐτά.] ἀποδεδειγμένη ante πάσης e solo θ. recepi, cett. non habent. Scripsi ἄλλο τε cum E. J.; vulgatum ἄλλοτε non quadrat. — Littr. περὶ τῶν αὐτῶν ex Aldo et mss. quinque; vulgo περί abest. Etiam Marc. ἐς τοὺς αὐτούς, ubi εἰς vulg. — In fine loci θ. fert ταῦτα, i. e. ταὐτά.

10. εὐχειρίη — ἐκ περισσοῦ.] Cod. θ. ὅταν τις τάμνῃ, ἢ καῇ (sic) μήτε νεῦρον τάμῃ μήτε φλέβα, vulgatam e V. notavi, nisi quod vulgo τάμνῃ, ubi Voss., 3 codd. Littréi τάμῃ, quod in ea lect. praestat. Iam vero pro vulg. ἐπιτυγχάνῃ cod. θ. τυγχάνειν, itaque Littr. infinitivi praesente descripsit vulgatum τάμνῃ ἢ καύσῃ, quem sequor. Cod. θ. om. δέ ante τοῦ αὐτοῦ λόγου. Articulum ante κατηγμ. e θ. Mack., Littr.; cett. omn. — Pro ἐκπέσῃ simplex πέσῃ

στρεβλὰ μὴ ποιέειν ἐξ εὐθέων, μηδὲ πιέζειν ἃ μὴ δεῖ· καὶ ψαύοντα ὅτου ἂν ψαύῃ, μὴ ὀδύνην παρέχειν ἐκ περισσοῦ. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστι εὐχειρίη· τὸ δὲ τοῖσι δακτύλοισι εὐσχημόνως λαμβάνειν, ἢ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς, ἢ μακροῖσι, ἢ βραχέσι, ἢ καλῶς ἐπιδεῖν καὶ ἐπιδέσιας παντοίας, οὐ πρὸς τῇ τέχνῃ κρίνεται εὐχειρίης πέρι, ἀλλὰ χωρίς.

detorquere et quidquid attingat, in contactu nullum supervacaneum dolorem exhibere. Haec igitur ad aptam manuum tractationem pertinent. At digitis decenter aut non decenter, aut longis aut brevibus aliquid apprehendere, aut probe deligare et cuiusque modi deligaturas facere non in arte ad promptam manuum tractationem pertinere iudicandum, sed separatim tractandum.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΤΩΝ.

ια΄. Ὁκόσοι ἔμπυοι γίγνονται τὸν πνεύμονα, ἢ τὴν ἄνω, ἢ τὴν κάτω κοιλίην, ἢ φύματα ἴσχουσι εἴτε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ, εἴτε ἐν τῇ κάτω, ἢ ἐν τῷ πνεύμονι, ἢ ἕλκεα ἔνδοθεν, ἢ αἷμα ἐμέουσι ἢ πτύουσι, ἢ ἄλγημά τι ἔχουσι [1] εἴτε ἐν τοῖσι στήθεσι, [2] εἴτε ἐν τῷ νώτῳ, ταῦτα πάντα [3] ἴσχουσι τῶν μὲν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, τῶν δὲ ἔξωθεν ἀπὸ τοῦ ἠέρος ἐπιμιγνυμένου τῷ ξυμφύτῳ θερμῷ, ἀτὰρ καὶ ἀπὸ πόνων καὶ [4] τρωμάτων.

ιβ΄. [5] Καὶ ὁκόσοι μὲν τὸν πνεύμονα ἔμπυοι γίγνονται, ἀπὸ τῶνδε γίγνονται· ἢν περιπνευμονίῃ ληφθεὶς μὴ καθαρθῇ ἐν τῇσι κυρίῃσι ἡμέρῃσι ἀλλ' ὑπολειφθῇ ἐν τῷ πνεύμονι πτύαλόν τε καὶ φλέγμα, ἔμπυος γίγνεται· καὶ [6] ἢν μὲν αὐτίκα θεραπευθῇ, διαφεύγει ὡς τὰ πολλά· ἢν δὲ ἀμεληθῇ, [7] διαφθείρεται· διαφθείρεται δὲ ὧδε· τοῦ φλέγματος ἐν τῷ πνεύμονι ἐνισταμένου τε καὶ

DE SUPPURATIS.

11. Qui pulmone aut superiore aut inferiore ventre pus colligunt, aut tubercula sive in superiore sive inferiore ventre aut pulmone habent, aut ulceribus interioribus laborant, aut sanguinem vomitione aut sputo reiiciunt, aut dolore aliquo sive in pectore, sive in dorso conflictantur, haec omnia illis accidunt ex his quidem, quae corpori insunt, a bile et pituita, ex his vero, quae corpus extra afficiunt, ab aëre insito calori commixto, quin etiam a laboribus et vulneribus.

12. Atque ab his quidem causis pus in pulmone colligitur. Si pulmonis inflammatione detentus diebus, qui talia decernere creduntur, non purgetur, sed sputum et pituita in pulmone remaneat, suppuratus fit. Qui si confestim curetur, plerumque evadit, sin neglectus fuerit, perit, perit autem hac ratione: pituita in pulmone collectâ et putrefactâ ulceratur pulmo et pus colligit, neque amplius intro ad

[1] ἢ. — [2] ἢ. — [3] ἴσχουσι. — [4] τρωυμ. — [5] καὶ — γίγνονται abest, sed legitur inscriptio πῶς ὑπὸ τῆς περιπλευμονίης ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος. — [6] εἰ. [7] ἐν τῷ πνεύμονι διαφθείρεται ἐνισταμένου κ. τ. λ.

θ. Dein ἀπώσαιεν· λαβεῖν τε ἃ vulg.; ἀπωσαι ἐμβάλλειν δὲ α cod. θ. —; καὶ λαβόντα πιέζειν Littr., ubi λαμβάνοντα δὲ π. vulg., illud δέ vulgatae fortasse e δεῖ ortum; — ἃ καὶ ὅσα ἀτρέμα Ald.. multi codd. Parr., Marc. — Tum λαβεῖν τε δεῖ vulg.; sed τε δεῖ om. H., ubi rest. al. m., Littréus; puto γε δεῖ fuisse, potest autem recipi, maxime si supra pro δέ legas δεῖ, ubi hoc ex illo ortum videri dixi, potest omitti, sententia salva. Vulgo ὅπου, E. H. θ. Marc. ὅτου.

ταῦτα μὲν οὖν — χωρίς.] οὖν om. θ.; — idem πρὸς τῆς τέχνης κρ.; — H. εὐχερίης.

11. ὁκόσος — τρωμάτων.] ἕλκεα εἴσω θ., — ἴσχουσιν E. I.; — εἴτε (εἴτ' θ. Marc.) ἐν τοῖσι στήθεσι εἴτ' E. H, θ. Marc., vulgo ἢ pro εἴτε. — Iam vero e θ. recepit Littr. ἐν τοῖσι ὄπισθεν ἐν τῷ νώτῳ, ceteris ἐν τοῖσι ὄπ. non habentibus. Equidem non recipio, quia manifesta dittographia est in illo cod. — Porro simplex ἐόντων θ. Quod autem idem τοῦ — ἀπό omittit, manifesto librarii σφάλμα est.

12. καὶ ὁκόσα — καὶ ἀποθνήσκει.] πῦον pro πτύαλον θ. ἢν μὲν αὐτίκα L. sine καί praemisso; ὡς τὰ πολλά etiam Marc. In ἢν δὲ ἀμελ.. — ἐνισταμένου cum Littréo exhibeo lect. cod. θ., nisi quod hic δαμεληθῇ habet pro δὲ ἀμ. vulgatae, reliquam lect. vulgatam e V. notavi. Littr. οὔτε ἔτι et οὔτ' ἔτι e θ., vulgatam e V. notavi. Vulgo δυσπνοιεῖ, etiam Voss., Marc., sed Littr. δυσπνοεῖ ex E. K. θ., cum quo consentio, licet viderim qui δυσπνοιεῖ Ionismum esse

σηπομένου, ἑλκοῦταί [1] τε ὁ πνεύμων καὶ διάπυος γίγνεται καὶ [2] οὔτε ἔτι ἔσω ἕλκει ἐς ἑωυτὸν ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου τῆς τροφῆς, [3] οὔτ' ἔτι ἀποκαθαίρεται ἀπ' αὐτοῦ ἄνω οὐδὲν, ἀλλὰ πνιγεταί [4] τε καὶ δυσπνοεῖ ἀεὶ ἐπὶ μᾶλλον καὶ ῥέγχει ἀναπνέων καὶ ἀναπνέει αὐτόθεν ἄνωθεν ἐκ τῶν στηθέων, τέλος δὲ ἀποφράσσεται πάντα ὑπὸ τοῦ πτύσματος καὶ ἀποθνήσκει.

ιγ'. [5] Γίγνεται δ' ἔμπυος καὶ ἢν ἐκ τῆς κεφαλῆς φλέγμα οἱ καταρρυῇ ἐς τὸν πνεύμονα· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὡς τὰ πολλὰ λανθάνει καταρρέον καὶ βῆχά τε παρέχει λεπτὴν καὶ τὸ σίαλον [6] πυκνότερον ὀλίγῳ τοῦ ἐωθότος [7] καὶ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε θέρμη λεπτή· ὁκόταν δὲ ὁ χρόνος προΐῃ, τρηχύνεταί τε ὁ πνεύμων καὶ ἑλκοῦται ἔνδοθεν ὑπὸ τοῦ φλέγματος ἐνισταμένου καὶ [8] ἐνσηπομένου καὶ βάρος [9] τε παρέχει τοῖσι στήθεσι καὶ ὀδύνην ὀξέαν καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, θέρμαι τε ὀξύτεραι ἐμπίπτουσι ἐς τὸ σῶμα· καὶ ὁ πνεύμων [10] ὑπὸ τῆς θερμασίης ἄγει ἐς ἑωυτὸν [11] ἐκ παντὸς τοῦ σώματος φλέγμα καὶ μάλιστα ἐκ τῆς κεφαλῆς· ἡ δὲ κεφαλὴ θερμαινομένη ἐκ τοῦ σώματος· καὶ τοῦτο σηπόμενον πτύει ὑπόπαχυ· ὅσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος προΐῃ εἰλικρινέστερον πτύει πῦον· καὶ οἱ πυρετοὶ ὀξύτεροι γίγνονται καὶ ἡ βὴξ πυκνοτέρη τε καὶ ἰσχυροτέρη, καὶ ἡ ἀσιτίη μᾶλλον διακναίει· καὶ τέλος ἡ κοιλίη ἡ κάτω

se attrahit quod operae pretium sit alimenti, neque amplius ab eo quidquam sursum educitur, sed cum suffocatur, tum semper maiore spirandi difficultate premitur et inter respirandum stertit, indeque superiore pectore respirat, tandem vero obturatis a sputo meatibus omnibus perit.

13. Fit quoque suppuratus, si ipsi pituita ex capite in pulmonem defluxerit, ac primum quidem ut plurimum latenter defluit tenuemque tussim exhibet sputumque paulo frequentius solito exsistit et subinde calor adest tenuis. Progressu vero temporis tum pulmo exasperatur, tum intus a pituita inhaerescente et in eo putrescente exulceratur, pondusque in pectore et dolorem acutum ante et retro exhibet, et corpus vehementer incalescit et pulmo prae calore ad se pituitam ex toto corpore praecipueque ex capite attrahit, caput vero calefactum e corpore, eamque putrescentem, subcrassam exspuit. Quanto vero longius tempus processerit tanto magis sincerum pus exspuit et febres acutiores fiunt, tussisque crebrior et vehementior et inedia magis vexat et ad extremum inferior alvus conturbatur; turbatur autem a pituita, pituita vero e capite descendit. Hic cum eo pervenerit perit; perit vero quemadmodum in superioribus dictum est, ubi pulmo

[1] τε om. — [2] οὐκέτι. — [3] οὔτε τι. — [4] τε om. — [5] γίνεται δὲ καὶ ἔμπ. ἤν. — [6] πυκνότερον. — [7] καὶ ἄλλοτε θέρμη. — [8] σηπομένου. — [9] τε om. [10] ἀπό. — [11] ἐκ παντὸς σ.

affirment. Vid. infra adn. in principium § 14. Idem θ. legit καί pro ἀεί, ubi Lind. αἰεί, fortasse de suo; idem cod. ῥέγχει et ἀναπνεῖ. De meo ἀποφράσσεται πάντα scripsi, ceteris πάντα non habentibus, sed nisi adscribas ἀποφράσσεται subiecto caret. Adscripsi autem ad similit. loci § 32. infra τέλος δὲ ἀποφράσσεται πάντα καὶ ἀποθνήσκει.

13. γίγνεται — σηπόμενον πτύει ὑπόπαχυ.] Vulgo γίνεται δὲ καὶ ἔμπ. καὶ ἤν, in qua lect. multi codd. apud Littr. et Lind. omm. alterum καί, ut Voss.; cum Littréo cod. θ. sequor. Idem liber ἀπὸ τῆς κεφ. — Dein vulgo καὶ τὸ σίαλον πικρότερον ὀλίγῳ τοῦ ἐωθότος, sed cod. θ. σίελον μικρότερον, unde σίελον recepit Littr.; at L. πυκνότερον, quod latet etiam in V. lect. et h. l. voluit auctor, saltem πικρότερον τοῦ ἐωθότος manifesto falsum est, quum τὸ σίαλον non soleat esse amarum. Porro vulgo καὶ ἄλλοτε θέρμη λεπτή omnes, quod item manifesto falsum, sed solita in Cnidiorum libris formula ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε hic scripta fuit, quam revocavi. — Marc. ὁκόταν δὲ χρόνος πρ. —; θ. ἑλκοῦται ἔσωθεν —: Littr. ἐνσηπομ. e θ., vulgatam e V. notavi —; βάρος τέ cod. θ., Littr., cett. τε omm. ἐν τοῖσι στήθεσι idem liber. Tum ex eo καὶ ἔμπρ. καὶ ὄπισθεν scripsi, vulgo πρόσω καὶ ὀπίσω sine priore καί, sed vel sic tamen E. H. Marc. ὄπισθεν, licet πρόσω servent. Vulgo καὶ πλεύμων ἀπὸ τῆς θερμ., articulum Littréo praebuerunt multa mss., mihi Marc., ὑπό vero Mack., Littr. e θ. — Vulgo ἐκ παντὸς σώματος, ut V., sed ἐκ τοῦ σώματος θ., Mack.; Littr.; praestat utramque lect. coniungere. Cod. θ. τὸ σηπόμενον πτύει ὑπόπαχυ.

ὅσῳ δ' ἂν ὁ χρ. — τῆς κάτω.] Vulgo εἰλικρινές et πυκνὴ καὶ (τε καί θ. Mark.) ἰσχυρὴ καὶ ἡ ἀσιτίη διακναίει. De meo e positivis comparativos effeci et μᾶλλον adposui: nimirum ὅσῳ δ' ἂν principio sententiae requirit comparationem, cuius reliquias habemus in ὀξύτεροι superstites, tum vero in eiusmodi locis saepe brevitatis studium describentium fecit ut

ταράσσεται, ταράσσεται δὲ ὑπὸ τοῦ φλέγματος· τὸ δὲ φλέγμα [1] ἐκ τῆς κεφαλῆς καταβαίνει· οὗτος ὅταν ἐς τοῦτο ἀφίκηται, ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ ᾗ εἴρηται ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν, διαπύου τοῦ πνεύμονος καὶ σαπροῦ [2] γενομένου, ἢ τῆς γαστρὸς ῥυείσης τῆς κάτω.

ιδ'. Γίγνεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶνδε ἔμπυος ὁ πνεύμων, — ὁκόταν τι τῶν ἐν αὐτῷ φλεβίων ῥαγῇ· ῥήγνυται δὲ ὑπὸ πόνων, καὶ ὅταν ῥαγῇ, αἱμορροεῖ τὸ φλέβιον· κἢν μὲν παχύτερον ἔῃ, μᾶλλον, ἢν δὲ λεπτότερον, ἧσσον· καὶ τὸ μὲν παραυτίκα τοῦ αἵματος πτύει· τὸ δὲ, ἢν [3] μὴ στεγνωθῇ ἡ φλὲψ, ἐκχεῖταί τε ἐς τὸν πνεύμονα καὶ σήπεται ἐν αὐτῷ, καὶ ὅταν σαπῇ, πῦον [4] πτύει· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, [5] ἄλλοτε πῦον εἰλικρινὲς, ἄλλοτε πῦον ὕφαιμον, ἄλλοτε δὲ αἷμα· καὶ ἢν μᾶλλον πληρωθῇ τὸ φλέβιον, ἀπεμεῖ τὸ πλήρωμα ἀπὸ ἑωυτοῦ ἀλὲς τοῦ αἵματος, τό τε πῦον πτύεται παχὺ ὑπὸ τοῦ προσγιγνομένου καὶ ἐνσηπομένου φλέγματος. Οὗτος ἢν καταληφθῇ ἀρχομένου τοῦ νοσήματος πρὶν ἢ τὴν φλέβα αἱμορροεῖν καὶ χαλᾶν ἰσχυρῶς καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναί τε καὶ κλινοπετέα γενέσθαι καὶ τὴν κεφαλὴν ἄρξασθαι φθίνειν καὶ τὸ ἄλλο σῶμα τήκεσθαι, ἐξάντης γίγνεται· ἢν δ' ἀμεληθῇ καὶ ταῦτα καταλάβῃ, ὥστε παθέειν ἢ πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα, ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ ἢ ὑπὸ τῶν αὐτῶν,

purulentus et putridus exstiterit aut venter inferior fluxerit.

14. Ex his quoque pulmo purulentus exsistit, cum e parvis, quae in eo insunt, venulis aliqua rupta fuerit; — rumpitur autem a laboribus et cum rupta fuerit sanguinem fundit, quod quidem maiore copia fundit, cum crassior sit, minore cum tenuior. Ac partem quidem sanguinis statim exspuit, pars vero, nisi vena adstricta fuerit, effunditur in pulmonem et putrescit in eo et cum putruerit, pus exspuit. Procedente vero tempore interdum pus sincerum, interdum subcruentum, quandoque etiam sanguinem et si venula copia magna redundarit, ipsum copiosum sanguinem confertim a se vomitione reiicit pusque crassum ab accedente pituita intus putrefacta exspuitur. Hic si per morbi initia antequam vena sanguinem effundere et vehementer laxari coeperit, curatione praeoccupetur et prius quam extenuetur ac lecto decumbat et prius quam caput corrumpi reliquumque corpus tabescere incipiat, incolumis evadit. Quodsi neglectus fuerit istaque prehenderint, ita ut his omnibus aut plerisque affectus sit, perit; perit autem ex iis, quae

[1] ἀπό. — [2] γινομ. — [3] μέν. — [4] ποιεῖ. — [5] ἄλλοτε — ὕφαιμον om.

positivos pro comparativis, superlativis ponerent, sicuti in verbis et nominibus prae taedio simplicia pro compositis ponebant. — Dein ἐκ τῆς κεφ. E. H. Q.' θ. Marc., Lind., Mack., vulgatam e V. notavi. — Cod. θ. solus ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ ἡ (sic) καθάπερ, — quod quid sibi velit intelligis, scilicet coaluerunt vulgata ἀπόλλυται, καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν cum alia lect. ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ ᾗ εἴρηται ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν. Equidem puto hanc esse vetustiorem, licet fatear in vulgata sententiam probe sibi constare.

14. γίγνεται — φλέγματος.] δ' ὑπό θ. — αἱμορροεῖ E. H. J. Marc.. Mack., Littr., αἱμορροιεῖ vulgo, vide quae § 12. de δυσπνοιεῖ dixi, uterque librarii error ad unguem similis alteri; αἱμορραγῇ θ.; — καὶ ἢν μέν idem; — ᾗ idem; — στενωθῇ J. L.; — χεῖται τε θ., cett. τε omm.; de meo ἐκχεῖται dedi, quod hic congruum est; tam saepe simplicia pro compositis ponuntur librariorum socordia, ut hoc mihi licere arbitrer, πῦον πτύει θ. Littr., vulgatam e V. notavi. Porro ἄλλοτε τὸ αἷμα vulgo, ἄλλοτε δὲ ἁ. edd. antt., sex codd. Littréi, Voss., ἄλλοτε τε ἁ. Marc., ἄλλοτε αἷμα Littr. cum θ., quod Lind. item dedit, sed hic [πτύει] addit. Dein ἀπὸ ἑωυτοῦ E. H. Marc. ἀφ' ἑ. cett.; ἅλες vulg., ἅλις H.

οὗτος — ἐμευμένου.] καὶ χαλᾶν vulg., Littr. e cod. θ. dedit ἢ χ., quod non praefero, quia illud χαλᾶν hic memoratur, tanquam causa fluxus sanguinis. Dein καὶ πρὶν ἢ λεπτ. τε καὶ κλινοπετῆ γεν. θ., vulgo πρίν τε λεπτ. καὶ κλινοπετέα γεν.; cod. θ. sum secutus, sed Ionismum e vulg. servavi; — ἄρχεσθαι θ. minus bene. Vulgo ἐξάντης τῆς τοιῆσδε νούσου γίνεται, sed e cod. Marc. mihi excerptum

εται m. sec.

est τηκεσθαι ἐξάντης γινεσθαι. ἢν δ' —, itaque emblema alienum τῆς τοιῆσδε νούσου eieci: nimirum nude positum ἐξάντης γίνεται saepius in libb. de morbis recurrit; cf. Oecon., Foësii. Cod. θ. porro ἢν δὲ ἀμ. —; quinque codd. Littréi ἀπόλλυται δέ sine οὗτος, quod apud cett. sequitur, pro-

ἃ εἴρηκα ἔμπροσθεν, ἢ ὑπὸ ἐμέτου αἵματος πολλοῦ πολλάκις ἐμευμένου. Ἢν δὲ τὸ φλέβιον παντάπασι μὲν [1] μὴ διαρραγῇ, σπάδων δ' ἐν αὐτῷ ἐγγένηται, παραυτίκα μὲν, ὅταν γένηται, ὀδύνην τινὰ παρέχει λεπτὴν καὶ βῆχα ξηρήν· ἢν δὲ χρονίσῃ τε καὶ ἀμεληθῇ, διαδιδοῖ [2] αἷμα, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγον καὶ ὑπόμελαν, ἔπειτα δὲ [3] ἐπὶ πλέον τε καὶ εἰλικρινέστερον, εἶτα πῦον καὶ [4] πάσχει ὅσαπερ ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν εἴρηται· ξυμφέρει δὲ τοῖσι τοιούτοισι, ἢν καταρχὰς λάβῃς, τοῦ αἵματος ἀφιέναι ἀπὸ τῶν χειρῶν [6] καὶ δίαιτα, ὑφ' ἧς [7] ἔσται ὡς ξηρότατός τε καὶ ἀναιμότατος. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, τοῦτον καὶ τὰ ἐν τῷ πλευρῷ φλέβια πάσχει, ὅσα ἔσω ἀκρόπλοά [8] ἐστι· ὁκόταν οὖν πονήσῃ, κιρσοειδέα τε γίγνεται καὶ μετέωρα εἴσω· καὶ ἢν μὲν ἀμεληθῇ, τάδε πάσχει· ἐκρήγνυται καὶ πτύουσί τε ἀπὸ σφέων αἷμα καὶ ἐνίοτε καὶ ἐμέουσι καὶ ἔμπυοι γίγνονται καὶ ὡς τὰ πολλὰ δι' οὖν ἐφθάρησαν· ἢν δὲ θεραπευθῶσι ἀρχομένου τοῦ νοσήματος, αὖθις κατὰ χώρην ἱζάνουσι [9] πρὸς τὸ πλευρὸν τὰ φλέβια καὶ γίγνεται ταπεινά. Καὶ ὁ μὲν πνεύμων ἀπὸ τούτων ἔμπυος γίγνεται

ante dixi; aut ex vomitu, copioso sanguine vomitione reiecto. At si venula quidem non omnino rupta fuerit, sed distentio, *σπάδων* Graece, in ea facta sit, dolorem quemdam tenuem et tussim siccam exhibet. Sin diutius traxerit et neglecta fuerit, primum quidem paucum et subatrum sanguinem transmittit, dein sensim copiosiorem et sinceriorem, deinde pus et patitur quae in superioribus dicta sunt. His confert, si circa exordia curandos susceperis, sanguinem detrahere de brachiis et victus ratio, ex qua siccissimus et maxime exsanguis evadat. Ad hunc vero eundem modum etiam venis in latere, quae intus in summo innatant, accidit. Cum igitur ex labore varicum modo introrsum elevatae fuerint, si quidem neglectae fuerint, haec perpetiuntur et sponte sanguis erumpit ac exspuitur eumque interdum vomitione reiiciunt et suppurati fiunt ac plerumque pereunt. Quod si inter initia morbi curationem adhibeant, rursus venulae suo loco ad latus subsidunt et humiles fiunt. Et pulmo quidem ab his suppuratus redditur et ab ipso talia perpetiuntur, sicque moriuntur.

[1] μή om. — [2] αἵματος μὲν πρ. — [3] εἰς πλεῦν καὶ εἰλικρινέστατον. — [4] πάσχει τε. — [5] In margine λείπει. — [6] καὶ δ. om. — [7] ἐστίν. — [8] εἰσίν. — [9] εἰς.

nomen in Voss. etiam omittitur et vero facile eo h. l. caremus. Sequens ἤ om. cod. θ.; ἀπό pro seq. ὑπό quatuor codd. Littréi, Lind., Mack; — ἀπὸ ἐμέτου H. Lind.; — πολλοῦ καὶ πολλάκις cod. θ. Mack., Littr., malo vulgatam sequi, Marc. etiam πολλοῦ πολλάκις, sed hic ἐμεομένου, ut E.

ἢν δὲ τὸ φλέβιον — καὶ ἀναιμότατος.] Vulgo: σπάδων δ' ἐν αὐτῷ ἐγγένηται, γίνεται δὲ μάλιστα οἷον (οἷα quinque codd. Littréi et Voss.) κιρσός· ὃ καὶ (καὶ om. θ.) παραυτίκα μὲν κ. τ. λ. Quodsi iam locum ita scriptum legas, offendes in ὃ καί, quippe quod structuram misere impedit. Nec mirum, nam illud γίγνεται δὲ μάλιστα οἷον κιρσός non est, nisi scholion in margine olim ad σπάδων adscriptum et rem rite illustrans, quod postquam in textum irrepserat, ὃ καί adposuerunt librarii ut sententiam explerent. Haec autem tum demum facilem suum habet decursum, cum totum emblema alienum, i. e. et scholion et voculas obtrusas ὃ καί, ex ea deles. — Cod. θ. pro τινά habet τε. Dein idem liber, Mack., Littr. αἷμα τὸ μέν, — vulgatam e V. notavi: — εἰλικρινέστερον E. H. θ. Mark., Littr. pro superlativo vulgatae; Mack. ἔπειτα δὲ καὶ ἐπιπλέον τε καὶ εἰλικρινέστερον. — Cod. θ. Mack., omm. εἶτα πῦον. — Vulgo καὶ πάσχει τε ὅσα, in quibus τε de suo delevit Littr.; nec vero mihi placet, sed item abiiciendum videtur. — Iam vero vulg. ἢν καταρχὰς λάβῃς θεραπεύειν ὥστε αἵ τε φλέβες ἐξιέμεναι ἐκ τῶν χειρῶν, — sed ἢν καταρχὰς λάβῃς ὥστε θεραπεύειν φλέβες ἐξιεμέναι ἐκ τῶν χειρῶν cod. θ.; quam lect. recepit Littr., nisi quod ἐξιέμεναι vulgatae servavit; — E. L. Q.′ τέμνεσθαι vulgatae addunt post χειρῶν. Littréus iam adposuit Foësii coniecturam θεραπεύειν ὥστε τὰς φλέβας ἐξιέναι τῶν χειρῶν, quae me iudice sensu idoneo prorsus caret. Marc. vulgatam sequitur. In Voss. in marg. ad ἐξιέμεναι adscribitur λείπει! fuerit hoc λείπει τι. — E Latinis Calvi. Cornarii, Foësii nihil disco, quod rem expediat; in cod. θ. et in E. L. Q.′ habemus irrita molimina correctionis. Equidem locum descripsi ad imitationem eius, qui habetur § 73. libri de morbis II., ubi ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ αἵματος ἀφιέναι.

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον — ταπεινά.] ἀκρόπλοά ἐστι E. H. Q.′ θ. Marc., Littr., vulgatam e V. notavi; — πονέσῃ E. Littr.; μετέωρα ἔνδον θ. Littr., non sum certus id praestare vulgatae; credo esse otiosam correctionem in cod. illo; — ἐκρήγνυταί τε καί vulg., τε omm. θ. Littr.; διουν ἐφθάρησαν cod. θ., διεφθάρησαν cett. —; — πάλιν καταχωρην προσπίπτει τε πρὸς τὸ πλ. idem cod., vulgo εἰς τὸ πλ., sed in vulgata, quam retinui cum Littr., πρὸς τὸ πλ. E. H. Q.′ Marc., Lind., Mack., Littr.

καὶ ὁ μὲν — οὕτως.] — καὶ τὰ ἀπ' αὐτοῦ libri omnes; — τά de suo om. Littr., quem sequor. πάσχουσι τοιαῦτα cod. θ.; — οὕτως Littr. cum G. I. J., οὕτω cett.

[1] *καὶ ἀπ' αὐτοῦ πάσχουσί τε τὰ τοιαῦτα καὶ τελευτῶσι οὕτως.*

ιε'. Τὴν δ' *ἄνω κοιλίην ἔμπυοι γίγνονται πολλαχῶς· καὶ γὰρ ὅταν φλέγμα ῥυῇ ἐκ* [2] *τῆς κεφαλῆς* [3] *ἁλὲς ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, σήπεταί τε καὶ γίγνεται* [4] *πῦον· σήπεται δ' ἐπὶ τῶν φρενῶν κεχυμένον· σήπεται δὲ ἐν ἡμέρῃσι μάλιστα* [5] *δυοῖν καὶ εἴκοσι· τοῦτο οὖν διασείεται καὶ ἐγκλυδάζεται* [6] *πρὸς τὰ πλευρὰ προσπῖπτον· οὗτος ἢν καυθῇ, ἢ τμηθῇ, πρὶν χρονίσαι τὸ* [7] *πῦον, ὑγιὴς γίγνεται ὡς τὰ πολλά.* [8] *Γίγνονται δὲ τὴν ἄνω κοιλίην ἔμπυοι καὶ ἐκ πλευρίτιδος, ὁκόταν ἰσχυρὴ γένηται καὶ ἐν τῇσι* [9] *κυρίῃσι ἡμέρῃσι μήτε σαπῇ, μήτε πτυσθῇ, ἀλλ' ἑλκωθῇ τὸ πλευρὸν ὑπὸ τοῦ προσπεπηγότος φλέγματός τε καὶ χολῆς· καὶ ὁκόταν ἕλκος γένηται, ἀναδιδοῖ ἀπὸ ἑωυτοῦ* [10] *πῦον καὶ ἐκ τῶν πλησίον χωρίων ὑπὸ θερμασίης ἄγει ἐφ' ἑωυτὸ φλέγμα· καὶ τοῦτο ὁκόταν σαπῇ, πτύεται* [11] *πῦον· ἐνίοτε δὲ καὶ ἐκ τῶν φλεβίων διαδιδοῖ ἐς τὸ ἕλκος αἷμα καὶ γίγνεται σηπόμενον* [12] *πῦον· οὗτος ἢν μὲν παραχρῆμα ὑποληφθῇ, ὑγιὴς γίγνεται ὡς τὰ πολλά· ἢν δὲ ἀμεληθῇ, διαφθείρεται.* Γίγνονται *δὲ ἔμπυοι καὶ ἢν φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥυὲν πρὸς τὸ πλευρὸν προσπαγῇ καὶ σαπῇ· τότε γὰρ τὸ πλευρὸν ὡς τὰ πολλὰ καίεται καὶ πάσχει ὅσα περ ἐκ πλευρίτιδος ὅταν ἔμπυος γένηται.* Γίγνονται *δὲ καὶ ὁκόταν*

15. At vero multis modis superiore ventre pus colligunt. Nam cum pituita multa e capite confertim in superiorem ventrem confluxerit, putrescit et pus evadit; putrescit autem supra septum transversum effusum. Putrescit autem maxime diebus duobus et viginti. Hoc igitur ad latera illabens commoratur et intus fluctuat. Hic si antequam pus diutius permaneat, uratur aut secetur, plerumque sanus evadit. Ex morbo quoque laterali superiore ventre purulenti fiunt, cum vehemens fuerit, neque diebus iudicare solitis computruerit, neque sputo reiectus fuerit, sed adhaerescente ad latus pituita et bile ipsum ulceratum fuerit, cumque ulcus factum fuerit, ex se pus effundit et de vicinis locis prae calore pituitam ad se adducit, quae ubi computruit, pus exspuitur. Interdum vero etiam e venulis sanguis ad ulcus transfunditur, qui putrefactus in pus vertitur. Hic si confertim curandus suscipiatur, plerumque sanus evadit, sin negligatur, perit. Purulenti quoque fiunt, si pituita a capite in latus defluat, illicque adhaerescens putrescat; tum enim plerumque latus ipsum incenditur eademque patitur, quae qui ex morbo laterali purulentus evadit. Fiunt etiam cum ex immoderato labore aut exercitatione, aut quavis alia ratione parte anteriore aut posteriore ruptio ita facta

[1] καὶ τὰ ἀπ' ἀ. — [2] τε. — [3] ἄλες ἀθρόον. — [4] πύος. — [5] μιῇ καὶ εἰκοστῇ. — [6] ἐς. — [7] πύος. — [8] γίνεται δὲ κατὰ τὴν ἄνω κ. ἔμπυος. — [9] κρισίμῃσι. — [10] πύος. — [11] πύος. — [12] πύος. οὗτος εἰ μέν.

15. *τὴν δὲ ἄνω κοιλίην — ὡς τὰ πολλά.*] *τὴν δ' ἄνω* θ. *δέ* vulg. — *ἐκ τῆς κεφ.* θ. Mack., Littr., vulg. e V. notavi. Post *ἁλές* vulgo *ἀθρόον*; sed glossam omm. 5 libri Littréi, hic ipse, Marc. — *πῦον* e θ. a Littréo hic saepius datum, non amplius noto. Verba *σήπεται — κεχ.* om. vulg., Mack., Littr. e θ. addiderunt, ubi tamen *φλεβῶν*, videtur Mackii correctioni deberi *φρενῶν*. Tum *σήπεται δ' ἐν δυοῖν καὶ εἴκοσι* cod. θ. Littr., nisi quod hic *δέ* e vulg. scripsit; vulgatam e V. notavi; — *τοῦτ' οὖν* E, H. θ. Mack.; — vulgo *ἐγκλυδ. τὸ πῦον*; equidem *τὸ π.* abieci; — *πρὸς τὰ πλ.* θ. Mack., Littr., vulgatam e V. notavi; — *πρὶν ἢ χρον.* θ.

γίγνονται δὲ τὴν ἄνω — διαφθείρεται.] *γίνεται*, ut V., quatuor codd. Littréi; — *κατὰ τὴν ἄνω κ.* vulg. Sed *κατά* omm. H. θ. Marc., Mack., Littr.; — *κρισίμῃσι* pro *κυρίῃσι* e pluribus codd. adnotat Littr., cf. lectt. V.; — *προσπεπτωκότος* Littr. e θ. pro vulgato *προσπεπηγότος*, quod mihi tamen non deterius videtur, licet codicis θ. lect. ferri posse non negem; — *φλέγματός τε καὶ χ.* plures Parr. θ. Marc., Mack., Littr., vulgo *τε* abest. Dein *ἀναδίδοται ἄποτε αὐτὸ ἑωυτου ποτόν* cod. θ.; — *ἢν δὲ διαμεληθῇ* E. H., fortasse ortum ex *ἢν δὲ δὴ ἀμ.*

γίγνονται — γένηται.] *ἔκ τε κεφ.* vulg.; *ἐκ τῆς κ.* Lind. e Foësii varr. lectt., ut videtur; e θ. Mack., Littr.; — *σαπῇ πρὸς τὸ πλευρὸν ὡς* cod. θ.; — *τότε πλευρόν* Ald., Marc., quam lect. e plurimis codd. adnotat Littr.; — ad *ὅσαπερ* Littr. adnotat E. omittere *περ*, — mihi e Marc. *ἅσσαπερ* Cobetus excerpsit; — *γίνηται* cod. θ., *γένηται* vulg.

γίγνονται δὲ καὶ ὁκόταν — τὸν ἄνθρωπον.] *ὅτ' ἂν ὑπὸ ταλαιπωρίης ἐν γυμνασίοις ἢ ἐν αλλω τω ῥαγη* cod. θ. — In *ἀλλ' ἐν τῇ σαρκί* periodi decursus minus facilis est., credidi aliquando *ἀλλ' ἢν ἐν τῇ σαρκί* scriptum fuisse, sed credo auctorem ita scribere potuisse ut locus legitur et dubito, num *ἢν* inserens structuram faciliorem redderem. Cod. θ. *ὑποπέλιος* fert. — Dein autem libri: *καὶ παραυτίκα μὲν*

ὑπὸ ταλαιπωρίης, ἢ ἐκ γυμνασίης, ἢ ἄλλως πως ῥαγῇ ἢ ἔμπροσθεν ἢ ὄπισθεν, ῥαγῇ δὲ ὥστε μὴ παραυτίκα πτύσαι αἷμα, ἀλλ' ἐν τῇ σαρκὶ σπάδων γένηται καὶ ἡ σὰρξ σπασθεῖσα εἰρύσῃ ἰκμάδα ὀλίγην καὶ γένηται ὑποπέλιδνος· καὶ παραυτίκα [1] μὲν οὐκ αἰσθάνεται ὁ παθὼν ὑπὸ ῥώμης καὶ εὐεξίης, εἰ δὲ καὶ αἰσθάνεται, οὐδὲν πρῆγμα [2] ἡγήσεται. Οὗτος ὁκόταν καταλάβῃ ἑωυτὸν ὑπὸ πυρετῶν ληφθέντα λεπτυνθῆναι, ἡ σὰρξ ἡ τετρωμένη [3] ὑποξηραίνεταί τε καὶ ὑποθερμαίνεται καὶ ἕλκει ἰκμάδα ἐς [4] ἑωυτὴν ἀπὸ τῶν [5] πλησίον καὶ φλεβῶν καὶ σαρκῶν· ὅταν δὲ εἰρύσῃ οἰδίσκεταί τε καὶ φλεγμαίνει καὶ ὀδύνην παρέχει λεπτὴν καὶ βῆχα ἀραιήν τε καὶ ξηρὴν τὸ πρῶτον, ἔπειτα ἐπὶ μᾶλλον ἕλκει τε ἐς [6] ἑωυτὴν καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυροτέρην καὶ βῆχα πυκνοτέρην· καὶ πτύει τὸ μὲν πρῶτον ὑπόπυον, ἐνίοτε δὲ ὑποπέλιδνον καὶ ὕφαιμον· ὅσῳ [7] δ' ἂν ὁ χρόνος προΐῃ, ἕλκει τε μᾶλλον ἐς [8] ἑωυτὴν καὶ σήπει· καὶ αὐτῆς τῆς σαρκὸς, ὅσον πελιδνὸν ἐγένετο τὴν ἀρχὴν, τοῦτο πᾶν [9] ἕλκος γίγνεται καὶ ὀδύνην παρέχει ὀξεῖαν [10] καὶ πυρετὸν καὶ βῆχα πολλήν τε καὶ πυκνὴν, καὶ τὸ πτύσμα εἰλικρινὲς πτύει [11] πῦον· ἢν δὲ χρονίσῃ τὸ πῦον ἐν τῇ κοιλίῃ, διαθερμαίνεται ὑπ' αὐτοῦ τὸ σῶμα πᾶν, μάλιστα δὲ τὰ ἐγγυτάτω, θερμαινομένου δὲ

fuerit, ut non confestim sanguis exspuatur, sed ut vulsum in carne fiat, quae divulsa exiguum humorem attrahat et sublivida evadat. Quod quidem qui ita affectus est prae robore aut bono corporis habitu non statim sentit, aut si sentit, pro nihilo reputat. Hic cum perceperit se febribus detineri et extenuari, caro vulnerata aliquantulum resiccatur et incalescit et ex vicinis tum venis tum carnibus humorem ad se trahit, cumque attraxerit intumescit et inflammatur doloremque tenuem inducit et tussim raram et siccam primum, dein sensim magis ad se attrahit vehementioremque dolorem et tussim crebriorem infert, et primum quidem aliquantum purulentum exspuit, interdum vero sublividum et subcruentum. Quoque plus temporis intercesserit, eo magis ad se trahit et putrefacit, et quidquid in carne circa initia lividum erat id omne vertitur in ulcus doloremque excitat acutum et febrem et tussim tum multam, tum crebram et pus sincerum per sputum reiicit. Quodsi pus in ventre diu traxerit, ab eo totum corpus praecipueque partes maxime vicinae incalescunt, incalescente autem corpore humidum maxime colliquescit. Et partim quidem a superioribus partibus in superiorem ventrem praecipue confluit et in pus vertitur ad id quod iam intus est accedens. Partim

[1] μέν om. — [2] ἡγήσεται. — [3] ξηραίνηται. — [4] αὐτήν. — [5] πλησίων. — [6] αὐτήν. — [7] δὲ ὁ χ. — [8] ἑαυτήν. — [9] πύρυ γίνεται. — [10] καὶ — πυκνήν om. — [11] πύος· ἐν τῇ κοιλίῃ omissis intermediis.

μὴ αἰσθάνηται ὁ παθὼν ὑπὸ ῥώμης καὶ εὐεξίης, εἰ δὲ καὶ αἰσθάνεται (ἢν δὲ καὶ αἰσθάνηται Marc., ἢν δὲ καὶ αἴσθηται cod. θ., Littr) μηδὲν πρῆγμα ἡγήσεται (ἡγήσηται cod. θ. Littr.) οὗτος (οὕτως iidem) ὅταν καταλάβῃ ὥστε αὐτὸν ὑπὸ πυρετῶν ληφθέντα (hoc participium eiecit Littr. de coniectura) λεπτυνθῆναι. ἢ ποσίων, ἢ λαγνείης, ἢ ἄλλου του, ἡ σὰρξ κ. τ. λ. — Primum vero turbatio est in vulg., tum in cod. θ. non habemus nisi correctionis tentamina, quae parum arrident, ita ut aliam viam ineundam censeam. Nimirum οὗτος, si alios locos conferas, antiqua lectio est, non οὕτως; sed inde sequitur in ἡγήσεται finem esse prioris periodi, in οὗτος principium alterius; porro sequitur in καὶ παραυτίκα μὲν μὴ αἰσθάνηται esse principium novae periodi, seu novi membri periodi, cuius rei vestigium apparet in vulgato ἡγήσεται. Quid igitur accidit? — novum hoc periodi membrum descripserunt, quasi penderet a superiore ὁκόταν, itaque emendavi ita ut οὐκ αἰσθάνεται de meo scriberem et ut pro μηδέν in vulg. lect. οὐδέν reponerem, quippe ea, quae mutavi ex illo, quem notavi, librariorum errore nata sunt. Sed principium alterius periodi οὗτος ὅταν καταλάβῃ, ὥστε αὐτὸν ὑπὸ πυρετῶν ληφθέντα λεπτυνθῆναι ἢ ποσίων, ἢ λαγνείης, ἢ ἄλλου του, ἡ σὰρξ κ. τ. λ. sine dubio vitiis laborat; nam primo οὗτος non potest esse nisi aeger ipse, itaque vitiosum est αὐτόν, — tum vero ὥστε ineptum et otiosum est, — denique ἢ ποσίων — ἢ ἄλλου του inepte cum superioribus cohaeret, quia supplere e superioribus debebis ληφθέντα ὑπὸ ποσίων, quod absurdum. Ut ab hoc ordiar, apparet e loci universi decursu et argumentatione scriptoris illud ἢ ποσίων, ἢ λ., ἢ ἄλλου του esse emblema alienum, nam hic non est sermo nisi de corporis extenuatione, quae sequela morbi sit, non de ea, quae ex erroribus in vitae regimine oriatur. Praeterea incongruus nexus horum verborum cum reliquis id item ostendit, licet nisi alterum illud argumentum gravius te retineret, facile ea cum vicinis coniunxeris ἢ ἐκ ποσίων, ἢ λαγνείης, ἢ ἄλλου του scribendo. Verum auctor h. l. ληφθέντα ὑπὸ πυρετῶν memorat tanquam symptoma externum, cuius ortus rationem et causam in seqq. exponit. Sed pergimus: ὥστε eiiciendum est et pro αὐτόν dandum est ἑωυτόν, quod num forte ortui istius ὥστε ansam praebuerit, nescio. Ita quidem sententia salva et locus ad sensum probabilem restitutus videtur. — In seqq.: ξηραίνεται E. J. P.′; — ἀπὸ τῶν πλησίων Marc., — ὅταν δὲ

τοῦ σώματος ἐκτήκεται τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἄνω ἐς τὴν ἄνω κοιλίην μάλιστα ξυρρεῖ καὶ γίγνεται πῦον πρὸς τῷ ἐνεόντι, τὸ δὲ [1] καὶ ἐς τὴν κάτω κοιλίην ῥεῖ καὶ ἐνίοτε ταράσσεται ἡ κοιλίη ὑπ' αὐτοῦ καὶ δι' οὖν ἔφθειρε τὸν ἄνθρωπον. Τὰ γὰρ ἐσιόντα τῶν σιτίων διαχωρέει ἄπεπτα καὶ τροφὴ ἀπ' αὐτῶν οὐ γίγνεται τῷ σώματι· καὶ ἡ τοῦ πτύσματος ἄνω κάθαρσις οὐχ ὁμαλῶς γίγνεται, ἅτε διατεθερμασμένης τῆς κοιλίης καὶ ἀγούσης πάντα κάτω ἐφ' [2] ἑωυτήν· καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ πτύσματος πνίγεταί [3] τε καὶ ῥέγχει οὐ καθαιρόμενος, ὑπὸ δὲ τῆς γαστρὸς ῥεούσης ἐξασθενέει καὶ ὡς τὰ πολλὰ διαφθείρεται. Μάλιστα δὲ ἐν τῇσι τοιαύτῃσι [4] τῶν νούσων τὸ ῥεῦμα τοῦτο ἡ κεφαλὴ παρέχει, ἅτε κοίλη τε ἐοῦσα καὶ ἄνω ὑπερκειμένη· ὁκόταν [5] γὰρ διαθερμανθῇ ὑπὸ τῆς κοιλίης, ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἐκ τοῦ σώματος τὸ λεπτότατον τοῦ φλέγματος· ὅταν δὲ ἁλισθῇ ἐν αὐτῇ, ἀποδιδοῖ πάλιν ἁλές τε καὶ παχύ, [6] καὶ ὥσπερ εἴρηται, τὸ μὲν αὐτοῦ ἐς τὴν ἄνω κοιλίην καταρρεῖ, τὸ δὲ ἐς τὴν κάτω· ὁκόταν οὖν ἄρξηται ἥ [7] τε κεφαλὴ ῥεῖν καὶ τὸ ἄλλο σῶμα τήκεσθαι, οὐκ ἔτι ὁμαλῶς οὐδὲ καυθέντες περιγίγνονται· κρατέει γὰρ πρὸς μὲν [8] τὸ πῦον τὰ ἐπιρρέοντα κακὰ καὶ τὰ ἀπορρέοντα, αἱ δὲ σάρκες τήκονται μᾶλλον ὑπὸ τῶν κακῶν, ἢ τρέφονται ὑπὸ τῶν ἐσιόντων.

vero ad inferiorem ventrem defluit, ab eoque interdum alvus turbatur et hominem perimit. Cibi enim ingesti crudi per alvum secedunt nullumque corpori ab his alimentum accedit, neque sputum aequabiliter per superiora expurgatur, cum nimirum incalescens alvus deorsum omnia ad se deducat, et a sputo quidem suffocatur et non repurgatus stertit, ab alvo autem fluente debilis evadit et plerumque perit. In huiusmodi autem morbis maxime caput hanc fluxionem excitat, nimirum cum cavum exsistat et superiore parte locatum. Cum enim a ventre concalefactum fuerit, tenuissimam pituitam a corpore ad se trahit, quam in se coacervatam rursus confertam et crassam reddit et, velut dictum est, partim in superiorem ventrem, partim vero in inferiorem defluit. Ubi igitur caput fluere corpusque reliquum colliquescere coepit, non amplius ut olim ne ustione quidem superstites evadunt. Supra quam pus enim superiora evadunt mala adfluentia et defluentia, carnes vero magis a malis colliquescunt, quam ab ingestis cibis nutriantur.

ιϛ'. Οὗτοι ὁκόσοι τοιουτότροπα νοσήματα

16. Qui morbis huiusmodi detinentur, ex his

[1] καί om. — [2] ἑαυτήν. — [3] τέ om. — [4] τῶν νούσων om. — [5] δέ. — [6] καί om. — [7] τε om. — [8] τοῦ πύος.

ἀειρύσῃ θ. —: ultro patet ortum esse e dittographia εἰρύσῃ ἀρύσῃ. Iam vero ἕλκειν et εἰρύειν saepius leguntur in hoc libro, ita ut nihil mutem, quamquam saepius suspicatus sum tum h. l. tum aliis ἀρύειν in εἰρύειν latere, quum ει et α in libris saepe confundantur. — Porro ἰσχυρήν cod. θ. pro ἰσχυροτέρην, idem καὶ ὑποπέλιον καὶ ὕφαιμον. Vulgo τοῦτο πύος (alii libri et Marc. πᾶν) γίνεται, sed cod. θ. Mack., Littr. τοῦτο πᾶν ἕλκος γίνεται. Tum καὶ δδ. παρέχει ἰσχυρήν cod. θ. pro ὀξεῖαν. — Vulgo διαθερμαίνεται ὑπ' αὐτοῦ. sed ὑπ' om. Littr. cum θ., mihi servandum videtur. Sed in μάλιστα ἐκτήκεται τὸ ὑγρόν vulgatae lubens sequor θ. et Littréum μάλιστα omittentes, quod e vicinis hic otiose invectum. — Deinceps τὸ δὲ ἐς τὴν κάτω κοιλίην ῥεῖ aliquot libri sine καί. — Tandem cod. θ. solus διουν ἔφθειρε; cett. διέφθειρε.

τὰ γὰρ ἐσιόντα — διαφθείρεται.] διαχωρέει ἄσηπτα cod. θ.; — οὐκ ὁμαλῶς γίνεται idem, οὐκ ὁμαλὴ γ. vulgo; — ῥέγκει cod. θ.: — τὰ πολλά plures Parr. et Marc.

μάλιστα δὲ — ἐσιόντων.] δ' ἐν θ.; τῶν νούσων omm. quinque libri Littréi, ut Voss. — Marc.: ἅτε κοίλη τε καὶ ἄνω ἐοῦσα ἐπικειμένη, etiam Littr. τε καί et ἐπικειμένη e codd. suis adnotat, equidem τε recepi; — ordo verborum in vulg. bene habet; — et ὑπερκειμ. et ἐπικ. ferri potest, nec tamen hoc prae altero praefero. — Dein τῆς ἄνω κοιλίης sine praemisso ὑπό cod. θ. — ἁλές τε καὶ παχύ cum E. H. θ. Marc., Mack. scripsi, cett. τε omm. — Porro καὶ παχύ, ὥσπερ εἴρηται καὶ αὐτοῦ τὸ μὲν ἐς τὴν ἄνω κοιλίην καταρρεῖ vulg., sed cum Littr. cod. θ. sequor; — τὸ δ' ἐς τὴν κάτω θ. Idem ὅτ' ἂν sine οὖν et ex eodem τε ante κεφαλή receptum est a Littréo. Pro ὁμαλῶς θ. ὁμοίως. Vulg. πρὸς μὲν τοῦ πύους, sed θ. Littr. τὸ πῦον in hisce; — ἢ τὰ ἀπορρ. vulg., καὶ τὰ ἀπορρ. Voss., duo codd. apud Littr., ἢ καὶ τὰ ἀπορρ. duo alii, ἢ τά om. Ald., ἢ ante τρεφ. om. θ. Iam vero in postremis de meo pro ceterorum τηκόμεναι et τρεφόμεναι scripsi tertiam personam pluralis.

16. οὗτοι ὁκόσοι — πάσχουσι.] δι' ὀλίγου pro vulg. δι'

ἴσχουσι καὶ ἀπὸ τούτων, ἔνιοι μὲν δι' ὀλίγου ἀπόλλυνται, ἔνιοι δὲ πουλὺν χρόνον ἕλκουσι· διαφέρει γὰρ καὶ σῶμα σώματος καὶ ἡλικίη ἡλικίης, καὶ πάθημα παθήματος· [1] καὶ οἱ μὲν ταλαιπωρότεροί εἰσι ἐν τῇσι νούσοισι, οἱ δὲ παντάπασι ταλαιπωρέειν ἀδύνατοι. Οὔκουν ἔστι τὸ [2] ἀκριβὲς εἰδέναι καὶ τυχεῖν ἐς πάντα τοῦ χρόνου ἐν ᾧ ἀπόλλυνται, οὔτε εἰ πολλὸς, οὔτ' εἰ ὀλίγος· [3] οὐδὲ γὰρ οὗτος ὁ χρόνος ἀκριβὴς, ὃν ἔνιοι λέγουσι [4] ὡς τὰ πολλὰ, οὐδ' ἐν αὐτῷ τούτῳ [5] ἐκπυέει· διαφέρει γὰρ καὶ ἔτος ἔτεος καὶ ὥρη ὥρης, [6] ἐν ᾗ ἂν νοσέωσι· ἀλλ' ἤν τις θέλῃ περὶ αὐτῶν ὀρθῶς γιγνώσκειν καὶ λέγειν, [7] γνώσεται ὧδε, πᾶσαν ὥρην καὶ ἀπολλυμένους καὶ [8] περιγιγνομένους καὶ πάσχοντας ἅπερ ἂν πάσχωσι.

quidem intra breve tempus pereunt, quidam etiam diutius trahunt; differt enim corpus a corpore et aetas ab aetate et affectio ab affectione. Quidam etiam morbos facilius tolerant, quidam vero omnino tolerare nequeunt. Itaque fieri nequit ut accurate scias et definias ab omni parte tempus quando periturus sit, sive id longum sit, sive breve. Neque enim hoc tempus, quod nonnulli fere dicunt, accurate definitum est, neque in eo ipso suppuratus fit. Differt enim et annus ab anno et tempus anni ab anni tempore, quo aegrotent; verum qui volet recte de his decernere ac praedicare, sic iudicabit, quovis anni tempore et perire et superesse et quae patiuntur evenire.

ιζ'. Τὴν δὲ κάτω κοιλίην ἔμπυοι γίγνονται μάλιστα μὲν, ὅταν φλέγμα ἢ χολὴ ξυστῇ ἁλὲς [9] μεσηγὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ δέρματος· γίγνονται δὲ καὶ ἀπὸ σπασμάτων, καὶ ὅταν φλέβιον σπασθὲν ῥαγῇ, τὸ αἷμα ἐκχυθὲν σήπεται τε καὶ [10] ἐκπυέει· ἢν δὲ [11] ἡ σὰρξ σπασθῇ ἢ [12] φλασθῇ, ἕλκει ἐκ τῶν [13] παρ' ἑωυτῇ φλεβίων αἷμα καὶ τοῦτο σήπεται τε καὶ [14] ἐκπυέει. Τούτοισι ἢν μὲν ἔξω ἀποσημήνῃ καὶ [15] τὸ πῦον ἐξέλθῃ, ὑγιέες γίγνονται· ἢν δὲ ἐκραγῇ αὐτόματον ἔσω, ἀπόλλυνται.

17. At vero inferiore ventre suppurati evadunt, praecipue quidem cum pituita et bilis inter carnem et cutim affatim collecta fuerit; sicut etiam ex vulsis, cumque vena divulsa rupta fuerit, sanguis effusus putrescit et in pus vertitur. Quodsi caro divulsa aut contusa fuerit, sanguinem ex venis, quae sunt in eius ambitu, attrahit, isque putrescit et pus evadit. His si quidem de se foras significationem praebuerit, et pus exierit, sani evadunt; sin sponte intus erumpat, pereunt. Effusum autem pus

[1] καὶ ὥρη ὥρης ἐν ᾗ ἂν νοσέωσι καὶ οἱ μὲν κ. τ. λ. — [2] ἀκριβὲς τοῦ χρόνου ἐν ᾧ omissis intermediis. — [3] οὔτε. — [4] ὡς τὰ πολλά om. — [5] ἐκπύει. [6] ἐν ᾗ ἂν νοσ. om., cf. adnn. — [7] καὶ γνώσεται. — [8] περιγενομένους. — [9] μέση γὰρ τῆς σ. — [10] ἐμπύει. — [11] ἡ om. — [12] θλασθῇ. — [13] παρά. [14] ἐμπύει. — [15] πύος sine articulo.

ὀλίγον plures codd. Littréi, qui recepit, et Marc.; — διαφέρει γὰρ καὶ σῶμα σ. H. θ. Marc., cett. h. l. καί omm., καὶ ἡλ. om. θ. — Quae post παθήματος in vulg. leguntur e V. adnotavi; omisit haec h. l. Littr. et postremam eorum partem infra intulit post ὥρη ὥρης, ubi in vulg. ea abesse solere adnotavi. Locum recte a Littr. ita descriptum esse opinor. Dein vulgo: οὔκουν ἐστὶ τὸ ἀκριβὲς τοῦ χρόνου ἐν ᾧ ἀπόλλυνται, οὔτε εἰ πολλὸν, οὔτ' εἰ ὀλίγον. Sed θ. fert: οὐκ οὖν ἔστι τὸ ἀκριβὲς εἰδέναι καὶ τυχεῖν εἰ πάντα τοῦ χρόνου ἐν ὁπόσῳ ἀπόλλυται κ. τ. λ., quam lect. ita recepit Littr., ut ex εἰ πάντα efficeret εἰπάντα: „le participe, εἰπάντα, inquit, est particulierement Ionien." Sit licet, at non latet in εἰ πάντα, sed hoc ortum est ex εἰς πάντα, quare ἐς πάντα dedi. — Porro οὔτ' εἰ πολλόν E. H. θ.; sed de meo dedi πολλός et ὀλίγος, quia non video unde pendere possit accusativus; iam accipio οὔτε εἰ πολλὸς ἔσται, οὔτε εἰ ὀλίγος. — οὐδὲ γάρ Littr. e θ., οὔτε γάρ vulg.; — ὡς τὰ πολλά, ut V., omm. plures Parr. — Vulgata: οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἐκπύει, — cod. θ.: οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἐκποιέει, quod recepit Littr.; sed ἐκποιέει prorsus incongruum h. l. ortum est ex ἐκπυέει, unde facilis fit correctio οὐδ' ἐν αὐτῷ τούτῳ ἐκπυέει; — nunc demum quid sibi velit αὐτὸ τοῦτο intelligis. — Cod. θ. ἤν τις ἐθέλῃ; — καὶ γνώσεται, ut V., aliquot Parr.; — περιγινομένου θ. Marc., vulgatum e V. notavi; — ἃ ἂν πάσχωσι E. H. θ., Marc.

17. τὴν δὲ κάτω κοιλίην — καὶ ἐκπυέει.] συνστῆι αλης ἐν τῷ μέσῳ τῆς τε cod. θ. — Lectionem V. pro μεσηγύ e cod. G. adn. Littr. — De meo pro codd. et edd. omnium lectione σπασμῶν reposui σπασμάτων; sermo hic est de vulsis, non de convulsionibus. Iam vero § 22. vulgata quidem fert σπασμοί τε γίγνονται ἰσχυροὶ καὶ ῥήγματα, sed ibi item σπάσματα γίγνονται ἰσχυρά reponendum est: scilicet σπασμόν pro *convulsione* reperis supra § 4. et τὰ σπάσματα i. e. *vulsa* bis leges infra § 20., itaque h. l. et § 22. librarii lectionem pravam intulerunt. Ald. ὅταν καί. — Cod. θ. σήπεται τε, cett. τε omm.; — ἐκπύει H. al. m. rest. vulg., Marc.; Littr. ἐκπύει tum h. l., tum paulo post pro vulg. ἐμπύει, sed θ. ἐκποιέει. unde ἐκπυέει reposui, ἐκπύειν forma proba non est. Ut V., θλασθῇ quatuor Parr.; — ἕλκει τε ἐκ vulg., sed θ., Littr. omm. τε; — παρά, ut V., cod. I. — τε καί H. J. K. θ., vulgo τε abest.

τούτοισι — ἀπόλλυνται.] τὸ πῦον θ. Mack.; — ἢν δ' ἐκραγῇ E. H.; — δὲ κρατῇ ἔσω αὐτόματον θ.

Κεχυμένον δὲ [1] πῦον ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ, ὥσπερ ἐν τῇ ἄνω εἴρηται ἐγγίγνεσθαι, οὐκ ἂν δύναιτο ἐγγενέσθαι, ἀλλ' ὥσπερ μοι εἴρηται, ἐν χιτῶνί τε καὶ ἐν φύμασι ἐγγίγνεται· καὶ ἢν μὲν ἔνδον ἀποσημήνῃ, δυσπετὲς γνῶναι· οὐδὲ γὰρ διασείσαντα ἔστι εἰδέναι· γιγνώσκεται δὲ μάλιστα τῇ ὀδύνῃ ἔνθα [2] ἂν ἔῃ, καὶ ἢν καταπλάσῃς γῇ κεραμίτιδι, ἢ ἄλλῳ τῳ τοιούτῳ, [3] ἀποξηραίνεται δι' ὀλίγου.

ιη'. Ἐρυσίπελας [4] δ' ἐν τῷ πνεύμονι γίγνεται, ὅταν ὑπερξηρανθῇ ὁ πνεύμων· ὑπερξηραίνεται δὲ καὶ ὑπὸ καύματος καὶ ὑπὸ πυρετῶν, καὶ ὑπὸ ταλαιπωρίης καὶ ἀκρασίης· καὶ ὁκόταν ὑπερξηρανθῇ, ἕλκει [5] τὸ αἷμα ἐφ' ἑωυτὸν, μάλιστα μὲν καὶ πλεῖστον ἐκ τῶν μεγάλων φλεβῶν· αὗται γὰρ αὐτῷ [6] ἐγγυτάτω εἰσὶ, καὶ ἐπικεῖνται ἐπ' αὐτῷ· ἕλκει δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν [7] πλησίον· ἕλκει δὲ τὸ λεπτότατον καὶ ἀσθενέστατον. Ὁκόταν [8] δ' εἰρύσῃ, πυρετὸς ἀπ' αὐτοῦ γίγνεται ὀξὺς καὶ βὴξ ξηρὴ, καὶ πληθώρη ἐν τοῖσι στήθεσι καὶ ὀδύνη ὀξεῖα ἐν τοῖσι ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ῥάχιν, ἅτε τῶν φλεβῶν τῶν μεγάλων διαθερμαινομένων· καὶ ἐμέουσι ἄλλοτε μὲν ὕφαιμον, ἄλλοτε δὲ πελιδνόν· ἐμέουσι δὲ καὶ φλέγμα καὶ χολήν· καὶ [9] ἐκψυχοῦσι πυκινά· ἐκψυχοῦσι δὲ διὰ τοῦ αἵματος τὴν μετάστασιν ἐξαπίνης γενομένην· καὶ μάλιστα διασημαίνει τοῦτο, ὅταν ἐπὶ τοῦ πνεύμονος ἐπιγένηται ἐρυσίπελας, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἔῃ ξυνεχὴς λῆψις. Τούτῳ ἢν μὲν δύο ἢ τριῶν ἢ τεσσέρων τὸ πλεῖστον ἡμερέων διαχυθῇ καὶ μεταστῇ [10] τὸ ἔνδον ἐς τὸ ἔξω, ὑγιὴς

inferiore ventre generari haudquaquam poterit, velut in superiore ventre fieri dictum est, sed in tunica et tuberculis innascitur, velut a me dictum est. Et si quidem internas de se notas praebuerit, non facile deprehenditur, cum nec concutiendo cognoscere liceat. Ex dolore tamen praecipue ubi fuerit, dignoscitur, et si argillam, aut aliud quid eiuscemodi illeveris, brevi resiccatur.

18. At vero erysipelas in pulmone gignitur, cum supra modum is resiccatus fuerit, quod vel ab ardore, vel febribus, vel nimio labore vel intemperie accidit. Qui cum maxime resiccatus fuerit, sanguinem in sese trahit, eumque praecipue ex magnis venis, quae ei maxime vicinae sunt ipsique superincumbunt. Trahit autem etiam ex aliis vicinis, attrahit autem tenuem maxime et debilem. Cum autem traxerit, febris acuta oritur et tussis sicca, plenitudo in pectore, dolor vehemens in anterioribus et posterioribus partibus, praecipue vero ad spinam, cum nimirum magnae venae incalescant, et interdum quidem subcruentum, interdum vero lividum vomunt, pituitam vero et bilem etiam vomunt, crebroque animo linquuntur, quod ob repentinam sanguinis transmutationem accidit. Idque praecipue obortum esse in pulmone erysipelas indicat, sique febris assidua prehenderit. Huic si quidem duobus, aut tribus, aut quatuor ad summum diebus diffusum fuerit, et quod intus est foras transierit, plerumque sanus evadit. Sin neque diffusum, neque transmutatum fuerit, intus putrescit et suppuratus evadit ac brevi perit, cum nimirum totus

[1] πύος. — [2] ἂν om. — [3] ἀποξηραίνει δι' ὀλίγους. — [4] δέ. — [5] τοῦ αἵματος πλεῖστον ἐφ' ἑ. — [6] ἐγγύταται. — [7] πλησίων. — [8] δ' ἐρύσῃ. — [9] ἐκψυχοῦσι. — [10] τὸ ἔνδον — καὶ μεταστῇ om.

κεχυμένου δὲ — δι' ὀλίγου.] *πῦον* θ.; — *ὥσπερ εἴρηται* sine *μοι* idem; — *ἔσω ἀποσημ.* idem; — *οὐδὲ γάρ* L., θ., Mack., Littr., *οὔτε γάρ* vulg. — *γνῶναι* pro *εἰδέναι* cod. θ. —; *τῇ τε ὀδ.* idem; *ἔνθα ἂν* θ. Littr., vulgo *ἂν* om.; — *γῇ κεραμ.* monente Foësio in Oecon., quem Mack. etiam sequitur, dedi pro vulg. *τῇ κερ.* — De meo *ἀποξηραίνεται* dedi pro librorum lect. *ἀποξηραίνει.* — Subiectum esse videtur medicamentum illitum; licet sentiam codicum defensores vitium hic non agnituros esse, activa tamen et passiva vel maxime confunduntur in his libris medicorum in verbis, qualia *ψύχειν*, *θερμαίνειν*, *ξηραίνειν.*

18. *ἐρυσίπελας — καὶ ἀσθενέστατον.*] *δ' ἐν* E. θ. *ὅτ' ἂν ὑπερξ.* cod. θ.; — *ἕλκει τὸ αἷμα* idem et Littr., vulg. e V. notavi; — *τῶν πλησίων* θ. Marc.

ὁκόταν δ' εἰρύσῃ — ἐξαπίνης γενομένην.] Vulgo *δὲ ῥύσῃ*, i. e. *δ' ἐρύσῃ*; sed Littr. ex E. *δ' εἰρύσῃ*, cod. θ. *ὅτ' ἂν δειρύνῃ*. Idem hic *τε καὶ ὄπισθεν*, cett. *τε* omm.; — *ἄλλοτε — ἄλλοτε* sine additis *μέν — δέ* cod. θ.; — *πυκινά* E. H. θ. Marc., *πυκνά* vulg.; *γενομένην* H. Littr.; vulgo *γιν.*

καὶ μάλιστα — λῆψις.] Pro *ἔῃ συνεχὴς λ.* cod. θ. *ἡ σ. λ.*

τούτῳ — διέφθειρε.] *ἢν μέν* E. H. θ., *εἰ μέν* vulg.; — *τεσσάρων* E. H. θ. Marc. *τεσσέρων* θ. *τεττάρων* vulg.; *ἐς*

γίγνεται ὡς τὰ πολλά· ἢν δὲ μὴ διαχυθῇ καὶ μεταστῇ, ἐνσήπεταί τε καὶ ἔμπυος γίγνεται καὶ ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ δι' ὀλίγου, ἅτε τοῦ πνεύμονος διαπύου ἐόντος ὅλου καὶ σαπροῦ· ἢν δὲ ἔξω κατακεχυμένον ἔσω τράπηται καὶ [1] λάβῃ τοῦ πνεύμονος, [2] τοῦτον οὐδεμία ἐλπὶς περιγενέσθαι· ὅταν γὰρ [3] προαπεξηρασμένος ὁ πνεύμων εἰρύσῃ ἐς ἑωυτὸν, οὐκ ἂν ἔτι μετασταίη, ἀλλὰ παραχρῆμα ὑπὸ τοῦ καύματος καὶ τῆς ξηρασίης οὐκ ἔτι δέχεται οὐδὲν, οὔτε ἄνω ἀναδιδοῖ οὐδὲν, ἀλλὰ δι' οὖν ἔφθειρε.

pulmo purulentus ac putridus exsistat. Quodsi extra diffusum intro vertatur, pulmonemque prehendat, hunc superesse posse nulla spes est. Cum enim antea resiccatus pulmo ad sese traxerit, non amplius transmittit, sed confestim prae ardore ac siccitate neque quidquam amplius suscipit aut sursum distribuit, sed corrumpit.

ιθ'. Φῦμα δὲ γίγνεται ἐν τῷ πνεύμονι ὧδε· ὁκόταν φλέγμα ἢ χολὴ ξυστραφῇ, σήπεται καὶ, ἕως μὲν ἂν ἔτι ὠμότερον ἔῃ, ὀδύνην τε παρέχει λεπτὴν καὶ βῆχα [4] ξηρήν· ὁκόταν δὲ πεπαίνηται, ὀδύνη τ' ἐγγίγνεται καὶ πρόσθεν καὶ ὄπισθεν ὀξέα καὶ θέρμαι λαμβάνουσι καὶ βὴξ ἰσχυρή· καὶ ἢν μὲν ὅτι τάχιστα πεπανθῇ καὶ ῥαγῇ τε καὶ ἄνω τράπηται τὸ πῦον καὶ ἀναπτυσθῇ πᾶν καὶ [5] ἡ κοιλίη, ἐν ᾗ [6] τὸ πῦον ἔνι, προσπέσῃ τε καὶ ἀποξηρανθῇ, ὑγιὴς γίγνεται παντελῶς· ἢν δὲ ῥαγῇ μὲν ὅτι τάχιστα καὶ [7] πεπανθῇ καὶ ἀνακαθαίρηται, ἀποξηρανθῆναι δὲ παντάπασι μὴ δύνηται, ἀλλ' αὐτὸ ἀφ' ἑωυτοῦ τὸ φῦμα [8] ἀναδιδῷ τὸ πῦον, ὀλέθριον τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τε καὶ τοῦ ἄλλου σώματος φλέγμα καταρρέον ἐς τὸ φῦμα σήπεταί τε καὶ πῦον γίγνεται καὶ πτύεται καὶ δι' οὖν ἐφθάρη. Διαφθείρεται δὲ ὑπὸ γαστρὸς ῥυείσης, ἢ ἀφ' ὧν περ καὶ ἐπὶ τῶν πρόσθεν εἴρηται·

19. Pulmonis vero tuberculum ad hunc modum oritur. Cum pituita aut bilis collecta fuerit, putrescit et quamdiu quidem etiam crudum fuerit, tum dolorem tenuem, tum tussim siccam exhibet. Ubi vero maturuerit anteriore et posteriore parte gravis dolor oritur, calores invadunt, et tussis vehemens. Et si quidem pus quam citissime maturuerit, eruperit, sursum vergat, et totum exspuatur et cavum in quo pus erat considat et resiccetur, prorsus sanus evadit. Si vero quam citissime ruptum fuerit, maturuerit, ac repurgatum fuerit, neque tamen penitus resiccari possit, sed ipsum tuberculum ex se pus effundat, perniciosum id est et ex capite reliquoque corpore pituita ad tuberculum defluens putrescit, in pus vertitur ac exspuitur; itaque corruptus perit. Perit autem ex ventris profluvio vel ex his, quae antea dicta sunt, ipsoque confabulante et omnia aeque ut prius intelligente resiccatur et refrigeratur, omnesque

[1] λάβηται. — [2] τούτῳ οὐδεμίη θ. — [3] προαπεξηραμένος. — [4] ξηρόν. — [5] ἡ om. — [6] τὸ πῦον προσπέσῃ. — [7] πεπανθῆναι δὲ παντάπασι omissis intermediis. — [8] ἀναδιδοῖ.

τό sine ἔξω θ.; — διαπύου θ. Littr. ἐμπ. vulg.; ἢν δ' ἔξω E. H. θ.; — ἔσω H. I. K. θ. Littr. εἴσω vulg.; — λάβῃ θ. Littr., καταλάβηται E.', P.', Q.', vulg. e V. notavi: — τοῦτον E. H. θ. Mack., Littr., τούτου vulg.; — προαπεξηρασμένος E. H. θ. Littr., Marc., vulgatam e V. notavi; — οὔτε pro οὐκέτι cod. θ.; idemque rursus δι' ουν ἔφθειρε, ubi vulg. διέφθειρε.

19. Φῦμα — δι' οὖν ἐφθάρη.] ὅτ' ἂν φλέγμα cod. θ.; — ἢ idem; — ὀδύνη τε γιν. E. H. Marc., cett. τε omm.; sed τ' ἐνγίνεται cod. θ., quem sequor; — ὀξέη θ., ὀξείη vulg.; — ῥαγῇ vulg., ῥάγηται θ., in quo latet quod dedi; — ἡ κοιλίη H. θ. Mack., Littr., Marc.; vulgo articulus abest. Cod. θ. ἔνη, unde Littr. ἔνι, quod cett. omm.; — προσπέσῃ τε pro vulg. προσπέσηται Lind., Mack., item Littr. e libris pluribus, mihi etiam Marc. praebet. De meo collatis aliis locis in hoc capitulo ἀποξηρανθῇ scripsi pro vulg. ἀναξ. — Ante hoc verbum τὸ πῦον interponitur in G. I. J. K. Cod. θ. ante τάχιστα om. ὅτι; idem καθαίρηται et ἀναδίδω, ubi vulg. e V. notavi; — idem om. ante πῦον articulum. Illud ὀλέθριον τοῦτο in pluribus codd., inter quos θ., abesse scribit Littr., apud Ald. item abest. Porro ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τε καί E. H. θ. Mack., Littr.; in his δὲ καί vulg. Denique πτύηται διοῦν ἐφθάρη cod. θ., ubi vulg. δι' οὗ; Marc.: πτύεται, δι' οὖν ἐφθάρη; de meo καί praemisi.

διαφθείρεται δὲ — προσεπιγιγνομένων.] ἢ ἀφ' ὧνπερ e θ. scripsi, cett. omm. ἤ. — Pro καὶ ἐπὶ τῶν πρ. cod. θ. solum τὸ πρόσθεν. Idem δὲ αὐτεῦ, τε αὐτοῦ cett.; — idem ἀφρονέοντος et ὧ καί pro ὡς καί, plures vero Parr. omm,

λεσχηνευομένου δὲ αὐτοῦ καὶ φρονέοντος πάντα χρήματα ὁμαλῶς ὡς καὶ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ, ἀποξηραίνεταί τε καὶ ἀποψύχεται καὶ ξυμμύει τὰ φλέβια τὰ ἐν τῷ σώματι πάντα, ἅτε τοῦ αἵματος ἐξ αὐτῶν ἐκκεκαυμένου ὑπὸ πυρετοῦ, ἐνιότε δὲ ὑπὸ χρόνου τε πλήθεος καὶ μεγέθεος τῆς νούσου καὶ τῶν ἐνεόντων κακῶν, καὶ τῶν προσεπιγιγνομένων. Ἢν δὲ μὴ δύνηται πολλοῦ χρόνου ῥαγῆναι, μήτε ἀπὸ ταυτομάτου, μήτε ὑπὸ φαρμάκων, τήκεται ὁ ἀσθενέων ὑπὸ [1]τε ὀδυνέων ἰσχυρέων καὶ ἀσιτίης καὶ βηχὸς καὶ πυρετῶν καὶ ὡς τὰ πολλὰ διαφθείρεται. Ἢν δὲ ἤδη ἐκλελεπτυσμένῳ καὶ κλινοπετέϊ ἐόντι ῥαγῇ τὸ πῦον, οὐδ' οὕτω μάλα ἀναφέρουσι, ἀλλὰ διαφθείρονται τρόπῳ [2]τῷ αὐτῷ. Ἢν δὲ ῥαγῇ [3]μὲν ὅτι τάχιστα καὶ πεπανθῇ, πεπανθὲν δὲ ἐκχυθῇ ἐπὶ τὰς φρένας τὸ πολλὸν αὐτοῦ, τὸ παραυτίκα μὲν δοκέει [4]ῥάων εἶναι· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἢν μὲν ἀναπτύσῃ πᾶν, καὶ ἡ κοιλίη, ἐν ᾗ τὸ [5]πῦον ἔνι, προσπέσῃ τε καὶ ἀποξηρανθῇ, ὑγιὴς γίγνεται· ἢν δὲ ὅ τε χρόνος πλείων γένηται καὶ αὐτὸς ἀσθενέστερος καὶ ἀναπτύσαι μὴ δύνηται, ἀλλὰ καυθῇ ἢ τμηθῇ καὶ τὸ [6]πῦον ἐξέλθῃ, παραυτίκα μὲν καὶ οὕτω δοκέει δή τι [7]ῥάων γεγονέναι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου [8]διαφθείρεται ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ὑφ' ὧν περ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ εἴρηται.

corporis venae contrahuntur, cum nimirum ipsarum sanguis a febre exustus sit, interdum vero tum ex temporis longitudine et morbi magnitudine, tum etiam ex instantibus et supervenientibus malis. Quodsi neque sponte, neque a medicamentis multo tempore rumpi possit, dolorum vehementia, inedia, tussi ac febribus qui laborat consumitur ac plerumque perit. Si vero extenuato et lecto decumbenti pus eruperit, neque sic admodum sustinent, sed eodem modo perimuntur. Quodsi quam citissime ruptum quidem et maturatum fuerit, magnaque sui parte ad septum transversum effundatur, confestim quidem levius habere videtur, progressu tamen temporis, si quidem totum per sputum reiiciat, et cavum in quo pus fuerat, considat ac resiccetur, sanus evadit. Verum si tum tempus longius, tum ipse debilior fuerit, neque exspuere possit, sed per ustionem aut sectionem pus exeat, confestim quidem hoc sane etiam modo levius habere videtur, progressu tamen temporis ab iisdem, quae in priore dicta sunt, perimitur.

κ'. Ἐν δὲ τῷ πλευρῷ γίγνεται μὲν φύματα καὶ ἀπὸ φλέγματος καὶ ἀπὸ χολῆς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῖσι ἐν τῷ πνεύμονι· γίγνεται δὲ καὶ ἀπὸ [9]πόνων, ὁκόταν τι τῶν φλεβίων σπασθὲν ῥαγῇ, ἢ σπασθῇ μὲν, ῥαγῇ δὲ μὴ παντελῶς, ἀλλὰ σπάδων ἐν αὐτῷ γένηται· ἢν μὲν οὖν ῥαγῇ, παραυτίκα τὸ

20. In latere autem tubercula quidem oriuntur tum a pituita, tum a bile, non aliter quam in pulmone. Ex laboribus quoque oriuntur cum vena aliqua vulsa rupta fuerit, aut vulsa quidem, sed non surrupta penitus, sed ita ut vulsum in ea factum fuerit. Si quidem igitur rupta fuerit, confestim sanguis ex vena effusus

[1] δέ. — [2] τοιῷδε. — [3] μέν om. — [4] ῥᾷον — [5] πύος sine ἔνι. — [6] πύος. — [7] ῥᾷον — [8] διαφθείρηται. — [9] τῶν πόνων.

ὡς. Ante ξυμμύει omm. καί libri 5. Littréi, Ald., Lind. — ἅτε τοῦ σώματος ἐκκεκαυμένου ὑπὸ πυρετῶν θ.; — idem om. χρόνου — πολλοῦ in seq. periodo.

ἢν δὲ μὴ δύνηται — διαφθείρεται] ἐκ ταυτομ. Marc., ἐκ τοῦ αὐτομ. E. H. θ.. ἀπὸ ταυτομ. vulgo; — ὑπό τε ὀδ. θ.. cett. τε omm.; — ἰσχυρέων quatuor Parr. Marc., — ἰσχυρῶν vulg.

ἢν δὲ ἤδη — τῷ αὐτῷ.] ἐκλελεπτυσμένῳ E. H. J. θ. Mack. λελεπτυσμένῳ Marc.; — οὕτως E. G. H. J. Marc.; — τῷ αὐτῷ cod. θ. Littréus, τοιούτῳ E. Marc.; vulgatam e V. notavi.

ἢν δὲ ῥαγῇ — εἴρηται.] μὲν δοκέει E. A. θ. Littr., δοκ. μέν vulg.; ῥᾷον quatuor libri Littréi; et Marc. ἀποξηρανθῇ e Marc. scripsi, ἀναξ. cett.; — μὴ δύνηται Mack., Littr. e θ., hic etiam ex E. H., praebet etiam Marc. pro vulg δύναται; — δοκέει δή τι cod. θ. δή τι δοκ. cett.; — ῥᾴων εἶναι H. θ. Marc.

20. ἐν δὲ τῷ πλευρῷ — πῦον γίγνεται.] ἀπὸ πόνων H.

αἷμα τὸ ἐκχυθὲν ἐκ τοῦ φλεβίου σήπεταί τε καὶ [1]ἐκπυέει· ἢν δὲ σπάδων ἐν τῷ φλεβίῳ γένηται, [2]τοῦτο κατ' ἀρχὰς μὲν ὀδύνην [3]τε παρέχει καὶ σφύζει, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου διαδιδοῖ ἡ φλὲψ τοῦ αἵματος ἐς τὴν σάρκα, καὶ τοῦτο σηπόμενον ἐν τῇ σαρκὶ [4]πῦον γίγνεται. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ ἡ σὰρξ, ἢν μὲν μᾶλλον πονέσῃ, πλέον τε τοῦ αἵματος ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἐκ τῶν ἐγγυτάτω φλεβίων καὶ παραχρῆμα [5]ἐκπυέει· ἢν δὲ ἧσσον πονέσῃ, σχολαίτερον [6]καὶ ἕλκει καὶ [7]ἐκπυέει. Ἐνίοισι δὲ ὁκόταν ἀσθενέα γένηται τὰ σπάσματα ἐν τῇσι σαρξὶ, ἢ ἐν τῇσι φλεψὶ, οὐκ ἐκπυΐσκεται, ἀλλὰ γίγνεται ἀλγήματα πολυχρόνια, ἃ καλέουσι ῥήγματα. Καὶ ὁκόσα μὲν ἐν τῇ σαρκὶ γίγνεται, ὧδε γίγνεται· ὁκόταν ἡ σὰρξ πονέσῃ τι, ἢ σπασθεῖσα, ἢ πληγεῖσα, ἢ ἄλλο τι παθοῦσα, γίγνεται, ὥσπερ εἴρηται, [8]πελιδνὴ, πελιδνὴ δὲ οὐκ εἰλικρινέϊ αἵματι, ἀλλὰ λεπτῷ τε καὶ ὑδαρέϊ, καὶ τούτῳ ὀλίγῳ, ὅταν δὲ ὑπερξηρανθῇ μᾶλλον τοῦ εἰωθότος, διαθερμαίνεταί τε καὶ ὀδύνην παρέχει καὶ ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἀπὸ τῶν φλεβίων καὶ σαρκῶν τῶν πλησίον τὸ ὑγρόν· καὶ ὁκόταν ὑπερυγρανθῇ καὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ ὑγρὸν διαθερμανθῇ ὑπ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς, σκίδναται ἀνὰ τὸ σῶμα πᾶν, οἷόν περ [9]εἰρυσθῇ καὶ μᾶλλον δή τι σκίδναται ἐς τὰς φλέβας, ἢ ἐς τὰς σάρκας· ἕλκουσι γὰρ αἱ φλέβες μᾶλλον τῶν σαρκῶν, ἕλκουσι δὲ καὶ αἱ σάρκες. Ὁκόταν δὲ ἐς πολλὸν ὑγρὸν, τὸ ἐν τῷ σώματι, ὀλίγον τὸ

putrescit et in pus vertitur. Quodsi vulsio in vena facta sit, haec quidem per exordia dolorem excitat et pulsat, progressu vero temporis sanguinem ad carnem transmittit, qui in carne putrescens in pus vertitur. Ad eandem vero rationem etiam caro, si quidem plus laborarit, plurimum ad se sanguinem ex maxime vicinis venis attrahit et confestim in pus vertit; si vero minus laborarit, tardius et trahit et pus efficit. Quibusdam autem cum imbecilla in carnibus ac venis vulsa facta fuerint, non suppurant, sed diuturni fiunt dolores, quos ruptiones vocant. Et quae quidem in carne fiunt, ad hunc modum fiunt, cum caro aut vulsa aut ex plaga aut alio quodam modo affecta dolorem aliquem habuerit, livida, velut dictum est, exsistit non sincero sanguine, sed tenui et aquoso eoque exiguo. Ubi vero plus solito resiccata fuerit, tum incalescit, tum dolorem exhibet et ad se ex venis et carnibus propinquis humorem trahit, ac ubi supra modum humectata fuerit eaque humiditas a carne incaluerit, per totum corpus, qualis attracta est, dispergitur et magis sane in venas quam in carnes spargitur, cum hae magis quam carnes trahant, quamquam etiam carnes trahunt. Cum vero ad copiosam corporis humiditatem exigua a carne attracta fuerit, obscura et doloris expers evadit et pro morbosa temporis tractu sanescit. Quodsi caro tum magis incaluerit, tum copiosam humiditatem traxerit, dolorem exhibet et ad quamcumque corporis partem ab ipsa cum impetu de-

[1] ἐκπύει. — [2] τοῦτο om. — [3] τε om. — [4] πύος. — [5] ἐκπύει. — [6] τε καί. — [7] ἐκπύει. — [8] πελιδνὴ οὐκ ἐν εἰλικρινεῖ αἵμ. — [9] εἰρύσθαι.

θ. Marc., Littr., vulg. e V. notavi; — ῥαγῇ ἢ σπασθῇ μὲν ῥαγῇ δὲ μή — θ. Littr., — ῥαγῇ μὴ ῥαγῇ δέ vulg.; ἐκπυέει ei θ. Littr.; — τοῦτο δὲ κατ' ἀρχάς E. H. θ. Marc., τοῦτο, ut V., omn. quinque Parr.; — ὀδύνας παρέχει θ.; — πῦον idem.

κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον — ἐκπυέει.] πλέον τε τοῦ αἵμ. vulg., τε omm. L. θ. Littr.; φλεβίων θ., φλεβῶν vulg.; — ἐκπυέει bis θ. Littr.; — ἢν δησσον cod. θ.; — σχολαίτερον τε καὶ ἕλκει vulg.. τε omm. E. H. θ. Marc., Littr.

ἐνίοισι δὲ — ῥήγματα.] ἐνίοισι δ' ὅταν γένωνται τὰ σπ. ἢ ἐν τῇ σ. cod. θ.; — ἃ καὶ καλέουσι ῥ. cod. θ., Littr., vulgo ἃ abest, equidem relativum recipio, sed καί omitto, quum prorsus otiosum videatur.

καὶ ὁκόσα — καὶ αἱ σάρκες.] ὅτ' ἂν δὲ ἡ σὰρξ cod. θ.: — πονήσῃ idem; — ὥσπερ εἴρηται E. H. θ. Marc., ὥσπερ προεῖπον cett.; — πελιδνὴ δέ cod. θ., vulg. om.; — δ' ὑπερξηρ. E. H.; — ἀπὸ τῶν πλησίων καὶ φλεβῶν καὶ σαρκῶν θ., Littr.; ego vulg. praefero. Cod. θ. ὅταν ὑπερυγρ.: — idem διαθερμ. recte, ubi ceteri omnes ὑπερθερμ.. in quo praepositio e superiore composito descripta est errore foedo librariorum. Verba σκίδναται — δή τι om. cod. θ.; — εἰρύσθαι, ut V., duo Littréi codd.

ὁκόταν δὲ ἐς πολλὸν — διὰ τῶν φλεβίων.] ὅτ' ἂν cod. θ.; δ' E. H. θ.; — ἔλθῃ cod. θ. Littr., vulg. e V. notavi; — ἄδηλόν τε cod. θ., cett. τε omm.; — ὀδύνην ὀξέην θ., ὀξείην vulg.; — ἑωυτοῖσι τὸ ῥ. cod. θ., quae lectio mihi cum totius loci colore melius quadrare videtur quam vulg. αὐτοῖσι τὸ ῥ.; — μεθιστάναι vulg., sed μεθεστάναι H. I. K. θ. Littr., Marc.. Iam vero post μεθεστάναι sequitur apud Littréum τὸ δέ οὐκ ἀνυστόν· ἕλκος γὰρ μεταστῆναι οὐκ ἀνυστόν·

ἀπὸ τῆς σαρκὸς [1] ἔλθῃ, ἄδηλόν τε γίγνεται καὶ ἀνώδυνον καὶ ἀντὶ νενοσηκότος γίγνεται ὑγιὲς τῷ χρόνῳ· ἢν δὲ διαθερμανθῇ τε μᾶλλον ἡ σὰρξ καὶ εἰρύσῃ πλέον τὸ ὑγρὸν, ὀδύνην παρέχει καὶ ὅπῃ ἂν τοῦ σώματος ἀπ' αὐτῆς ὁρμήσῃ καὶ καταστηρίξῃ, ὀδύνην παρέχει ὀξέαν καὶ δοκέουσι ἔνιοι ἑωυτοῖσι τὸ ῥῆγμα μεθεστάναι. Ὅταν δὲ διαθερμανθῇ τε καὶ παχυνθῇ καὶ γένηται πλέον, [2] ὀδύνην παρέχει, ἔστ' ἂν ὁμοῖον γένηται τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ κατὰ λεπτότητα καὶ ψυχρότητα. Ὁκόσα δὲ ἐν τοῖσι φλεβίοισι [3] γίγνεται, αὐτὸ μὲν τὸ φλέβιον, ὅκοσον ἔσπασται, κατὰ χώρην μένει, — σπᾶται [4] δὲ ὑπὸ τόνου καὶ βίης, καὶ γίγνεται οἷον κιρσός, — καὶ διαθερμαίνεταί τε καὶ ἕλκει [5] ἐς ἑωυτὸ νοτίδα τινὰ ὑγρήν· ἡ δὲ νοτίς ἐστι ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. Καὶ ὁκόταν μιχθῇ τό τε αἷμα καὶ τὸ ὑγρὸν τὸ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, παχύνεταί τε τὸ αἷμα πολλαπλασίως αὐτὸ ἑωυτοῦ ταύτῃ, ᾗ ἂν ἡ φλὲψ [6] τυγχάνῃ ἐσπασμένη, καὶ νοσωδέστερον γίγνεται καὶ στασιμώτερόν τε [7] καὶ ἐπιπλέον· καὶ ὁκόταν πλέον γένηται, μετ' οὖν ἔστη τὸ πλήρωμα, ᾗ ἂν τύχῃ καὶ ὀδύνην παρέχει ὀξέαν, ὥστε ἐνίοισι δοκέειν τὸ ῥῆγμα ἑωυτοῖσι [8] μεθεστάναι· καὶ ἢν τύχῃ ὥστε ἐς [9] τὸν ὦμον μεταστῆναι, βάρος τε τῇ χειρὶ παρέχει καὶ νάρκην καὶ νωθρίην· καὶ ἢν μὲν ἐς [10] τὴν φλέβα σκιμ-

lata fuerit ac incubuerit, dolorem gravem excitat et sunt quibus videatur locum mutasse ruptum. Cum vero incaluerit et crassior copiosiorque evaserit, dolorem exhibet, donec reliquo humori tenuitate et frigiditate similis exstiterit. Quod autem ad ea attinet quae in venis fiunt, ipsa quidem venula quantum convellitur loco manet, — vellitur autem contentione et vi, similisque fit varici, — et incalescit et ad se vaporem quemdam humidum attrahit, qui ex bile et pituita provenit. Cumque sanguis et humiditas de carne permixta fuerint, multum incrassescit sanguis et qua parte vena convellitur morbosior evadit et stabilior et sensim copiosior. Cumque copiosior exstiterit, plenitudo in alium locum transfertur quemlibet, et dolorem ibi gravem adfert, ita ut quibusdam ruptum locum mutasse videatur. Quodsi forte ad humerum transierit, gravitatem in manu et stuporem ac torporem inducit et quum in venam incubuerit, quae ad humerum et dorsum tendit, confestim plerumque dolor sedatur. Fiunt etiam vulsa ex laboribus, ex casibus, ex plaga et si quis onus iusto maius tollat et ex cursibus ac lucta et id genus omnibus.

[1] ἑλκυσθῇ. — [2] καὶ ὀδ. — [3] γίνηται. — [4] δέ om. — [5] εἰς ἑωυτόν. — [6] τυγχάνει. — [7] ἐπιπλέον. — [8] μεθιστάναι. — [9] τὸν νῶμον μεθιστάναι. — [10] τὴν om., tum φλέβα σκιφθῇ.

ἐγγυτάτω δὲ ἕλκεός ἐστιν ὁκόσα τοιαῦτα· ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὑγρὸν ἀΐσσει διὰ τῶν φλεβίων. Littréus pleniorem horum verborum lect. e cod. θ. dedit, nam in vulg. ἕλκος γὰρ μ. οὐκ ἄνυστόν omittitur. — Equidem hic agnovi adnotationem recentiorem, postquam similem et ab eodem, ut puto, adnotatore profectam eieceram e § 4ª libri II. de morbis principio, ubi vid. adnn. — In illa adn. porro cod. θ. ἐγγ. δ' ἕλκεός ἐστιν ὅσα τοιαῦτα· ἀλλὰ τό, unde vulgatam emendavit Littr., tum φλεβῶν in fine idem liber. Certum autem est haec recentiori manui deberi et e textu expellenda esse. — Ad verba, quorsum haec adnotatio spectabat, cf. Aph. VI. 22. cum comm. Galeni et videbis confirmatam aphorismi lectionem, neque ibi ἀλγήματα legi oportere videbis.

Ὅταν δὲ διαθερμανθῇ — καὶ φλέγματος.] ὅτ' ἂν cod. θ., qui dein τε om.; vulgatum καί ante ὀδύνης cum θ. om. Littr.; — ὁμ. γεν. E. H. θ. Marc., γεν. ὁμ. cett.; — Ὅσα δ' ἂν cod. θ.; — ἐν τοῖσι φλεβίοισι ὁκόταν σπασθῇ γιν., Ald. E. H., ἐν τ. φλ. καὶ ὅτ' ἂν σπ. γιν. cod. θ.; paulo post idem illud ὁκόταν σπασθῇ in edd. et mss. abundat. Nempe post μένει meo marte delevi ὅταν δὲ σπασθῇ, — porro καὶ γίγνεται οἷον κιρσός de meo scripsi, ceteris καί ibi non habentibus. Feci autem quum pro vulgato διαθερμαίνεται δὲ καὶ ἕλκει in Marc. et E. διαθερμαίνεταί τε καὶ ἕλκει scribatur, in quo reliquias agnosco antiquae lectionis, quam eo modo, quem dixi, restituisse mihi videor. Cod. θ. τινά om.

καὶ ὁκόταν — ὡς τὰ πολλά.] ὅτ' ἂν cod. θ., τε τὸ αἷμα idem; — καὶ τὸ ἀπὸ τῆς σ. ὑγρὸν idem; — παχύνεταί τε dedi cum E. H. I. K. θ. Marc., cett. τε omm. — Vulgo καὶ πολλαπλ., cod. θ. Littr. καί omm. — Dein στασιμώτερόν τε ἐπιπλέον vulgata, sed στασιμ. τε καὶ ἐπιπλέον Marc., quem sequor στ. τε καὶ πλέον θ. Littr., quod autem nonnulli libri τι pro τε hic ferunt, nauci non est. Mihi γίγνεται — ἐπιπλέον i. e. *sensim augetur* veram lect. referre videtur. Cod. θ. ὅτ' ἄν. — Vulgo μετανέστη, sed vera lect. est in codice θ. μετουν ἐστι et Marciani μετουνέστη, quemadmodum eam descripsi. Ὀξέην θ. Littr. ὀξείην vulg.;

φθῇ, ἢ ἐς τὸν ὦμόν τε καὶ τὸν [1]νῶτον τείνει, παύεται ἡ ὀδύνη παραχρῆμα ὡς τὰ πολλά. Γίγνεται δὲ [2]τὰ σπάσματα καὶ ἀπὸ πόνων καὶ πτωμάτων καὶ ἀπὸ πληγῆς καὶ ἤν τις ἄχθος μέζον αἴρηται καὶ ἀπὸ δρόμων καὶ πάλης καὶ τῶν τοιούτων πάντων.

κα'. Ὁκόσοι δὲ ἀπὸ τρωμάτων ἔμπυοι γίγνονται, [3]ἢν ὑπὸ δόρατος, ἢ ἐγχειριδίου, ἢ τοξεύματος [4]ἐσωτέρω τρωθῶσι, [5]ἕως μὲν ἂν ἔχῃ τὸ ἕλκος ἔξω ἀναπνοὴν ἀνὰ τὸ ἀρχαῖον τρῶμα, ταύτῃ τε τὸ ψυχρὸν [6]ἐπάγεται ἐφ' ἑωυτὸ, καὶ τὸ θερμὸν ἀφ' ἑωυτοῦ [7]ἀφίησι καὶ ἀποκαθαίρεται εὐκόλως τὸ [8]πῦον καὶ ἤν δή τι ἄλλο. Καὶ ἢν μὲν ὑγιασθῇ τὸ [9]τε ἔσω καὶ τὸ ἔξω ὁμοῦ, ὑγιὴς γίγνεται παντελῶς· ἢν δὲ τὸ μὲν ἔξω ὑγιασθῇ, τὸ δὲ ἔσω μὴ ὑγιασθῇ, ἔμπυος γίγνεται· καὶ ἢν ὑγιασθῇ μὲν ὁμοῦ καὶ τὸ ἔσω καὶ τὸ ἔξω, ἡ δὲ οὐλὴ ἔσω ἀσθενής τε γένηται καὶ τρηχεῖα καὶ πελιδνὴ, ἀνελκοῦται ἐνίοτε καὶ ὧδε ἔμπυος γίγνεται· ἀνελκοῦται δὲ καὶ ἤν τι πονήσῃ πλέον καὶ ἢν λεπτυνθῇ καὶ ἢν φλέγμα ἢ χολὴ πρὸς τῇ οὐλῇ προσπαγῇ [10]καὶ ἢν νούσῳ ἑτέρῃ ληφθεὶς λεπτυνθῇ. Ὅταν δὲ γένηται ἕλκος, ἤν τε οὕτως, ἤν τε προξυμφυῇ τὸ ἔξω [11]τοῦ ἔσω, ὀδύνην τε παρέχει ὀξέαν καὶ βῆχα καὶ πυρετόν· καὶ τήν τε ψύξιν [12]ἐπάγεται αὐτὸ ἑωυτῷ τὸ ἕλκος διὰ τὸ πλέον τε καὶ θερμότερον εἶναι· καὶ αὐτὸ ἀφ' ἑωυτοῦ ἀποπνεῖ τὸ θερμὸν καὶ τὸ πῦον ἀποκαθαίρεται καὶ προσιητρεύεταί τε

est aspera, naribus et ore calidum exspirat. Ubi vero dies quintus fuerit, praecordia dura sunt, dolentia, et color qualis in ictero detento apparet, urinamque crassam ac biliosam excernit. Hunc si quidem septimo die rigor et vehemens febris prehenderit ac exsudarit, bene habet, sin minus, septimo aut nono die moritur. Corripit autem maxime morbus, si anni tempus squalidum fuerit. Cum sic habuerit, quotidie calida lavato, aquam mulsam aquosam, copiosam propinato et succum ptisanae frigidum bis die sorbendum dato et post sorbitionem vinum aquosum, album, modicum bibendum. Quodsi alvus minime subeat, per infusum subluito aut glandem apponito. Cibum, quoad febris remiserit, ne exhibeto, ubi vero cessaverit, medicamentum deorsum purgans bibendum dato. Quandoque enim revertitur, si impurgatus permanserit. Hic morbus prehendit, si corpus bile redundet.

42. Febris tertiana. Si tertiana febris detineat, si quidem post tres accessiones quarta prehendat, medicamentum deorsum purgans propinato. Quodsi medicamento minime indigere tibi videatur, pentaphylli radices acetabuli quantitate in aqua tritas bibendas dato. Si vero ne sic quidem sedetur, ubi multa calida laverit, trifolium et laseris succum cum vino pari aqua admixta propinato reclinatumque multis vestimentis donec exsudet contegito. Post sudorem si sitiat, polentam ex aqua bibendam

[1] ἐπὶ δὲ τῷ ῥυφήματι πίνειν διδόναι. — [2] ἐπάν. — [3] ἢν γὰρ ἀκαθ. — [4] πάλιν λαμβ. — [5] αἷμα. — [6] π. τρ. om. — [7] πίνειν δοῦναι. — [8] μηδ' ἐν τούτῳ μὴ π. — [9] καί om.

στ. Parr. quinque et Marc., διά vulgo h. l. om.; — ἔνεστι sex Parr. et Marc., Mack., Littr., ἐστί vulg.; — καί ante χολ. om. θ., θολῶδες in cod. Serv. Foësii otiosa coniectura est.

τοῦτον — γένηται.] εἰ δὲ μή E. H. Marc.; — ἐνατ. G. Marc., ἐννατ. cett. — omnes ἢν μὴ τὸ ἔτος αὐχμ., sed mirum sane, si negationem hic posuisset auctor, itaque μή in μέν mutavi de meo. Item de meo omisi αὕτη ἡ νοῦσος post γένηται.

ὅταν οὕτως — διαφέρηται.] ῥυμφ. Ald., Parr. sex, Marc., ῥοφ. vulg.; — ῥυφήματι Ald., Parr. sex, Marc., ῥοφ. vulg.; δ' ἡ E. H., δὲ ἡ cett.; ἔστ' ἂν E. H. Marc., ἕως ἂν vulg.; — ἐπήν E. H. Q.' θ. Marc., Lind., Mack., Littr., ἐπάν vulg.

ἡ νοῦσος — τὸ σῶμα.] Ad hunc locum in nonnullis libris inscr. ἕτερος, aut ἕτερος πυρετός, aut ἄλλος πυρετός. — Vulgo ἡ ν. αὕτη πάλιν λαμβάνει, sed αὕτη omm. H., ubi rest. al. m., θ. Marc., πάλιν omm. E. H., ubi rest. al. m., Marc., Lind., Mack., Littr. — Hic e θ. dedit σῶμα, ceteri αἷμα; vix scio quid praestet.

42. π. τρ. — πιεῖν.] Vulgo inscr. deëst, ἕτερος πυρετός cod. θ. Mack., ἄλλος π. Lind., de meo π. τριτ. scripsi. Vulgo ἢν μὲν οὖν, sed οὖν omm. E., in quo rest. al. m., H. θ. Marc.; — μή omm. E. H.

ἢν δὲ — χρήσθω.] μηδὲ ἐν τούτῳ vulg., sed ἐν omm. H. θ. Marc.: — ὁποῦ K.; — ἰσοκρατέει vulg., pro quo ἰσοκρατέϊ Littr., adnotans Schneiderum ἰσοκρατέϊ coniecisse. Quemadmodum saepius apud Hipp. ἀκρατής pro ἄκρητος scriptum est, ita h. l. ἰσοκρατής pro ἰσόκρατος s. ἰσόκρητος scriptum fuit. — Littr. πολλά revocavit ex Aldo, E.

ἑσπέρην δὲ κέγχρον ἑψήσας λεπτὸν, ῥυφησάτω καὶ οἶνον ἐπιπιέτω· ἕως δ' ἂν διαλίπῃ, [1] σιτίοισι ὡς μαλθακωτάτοισι χρήσθω.

μγ'. [2] Πυρετὸς τεταρταῖος. Τεταρταῖος πυρετὸς ὅταν ἔχῃ, [3] ἢν μὲν ἐξ ἄλλης νούσου λάβῃ ἀκάθαρτον, φάρμακον πῖσαι κάτω· ἔπειτα τὴν κεφαλὴν καθῆραι, ἔπειτα φάρμακον πῖσαι κάτω· ἢν δὲ μὴ ταῦτα ποιήσαντι παύηται, διαλιπὼν δύο λήψιας μετὰ τὴν κάτω κάθαρσιν, λούσας αὐτὸν πολλῷ θερμῷ, πῖσον τοῦ καρποῦ τοῦ ὑοσκυάμου ὅσον κέγχρον καὶ μανδραγόρου ἴσον καὶ ὀποῦ τρεῖς κυάμους καὶ τριφύλλου ἴσον ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ πιέειν. Ἢν δ' ἐρρωμένος καὶ ὑγιαίνειν δοκέων ἐκ κόπου ἢ ἐξ ὁδοιπορίης πυρετήνας καταστῇ αὐτῷ ἐς τεταρταῖον, πυριήσας αὐτὸν, σκόροδα διδόναι ἐς μέλι βάπτων· ἔπειτα ἐπιπινέτω φάκιον, μέλι καὶ ὄξος μίξας· ἐπὴν [4] δ' ἐμπλησθῇ, ἐμεσάτω· ἔπειτα λουσάμενος [5] θερμῷ, ἐπὴν ψυχθῇ, πιέτω κυκεῶνα ἐφ' ὕδατι· ἐς ἑσπέρην δὲ σιτίοισι μαλθακοῖσι καὶ μὴ πολλοῖσι διαχρήσθω· τῇ δ' ἑτέρῃ λήψι λούσας θερμῷ καὶ πολλῷ, ἱμάτια ἐπιβαλὼν ἕως ἂν ἐξιδρώσῃ, πῖσαι παραχρῆμα λευκοῦ ἐλλεβόρου τῶν ῥιζέων ὅσον τριῶν δακτύλων μῆκος καὶ τοῦ τριφύλλου ὅσον δραχμὴν μέγεθος καὶ ὀποῦ δύο κυάμους ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ· καὶ ἢν ἐμεσίαι μιν ἔχωσι, ἐμεσάτω· ἢν δὲ μὴ, ὁμοίως, μετὰ [6] δὲ τὸ τὴν κεφαλὴν καθῆραι· σιτίοισι δὲ χρήσθω ὡς [7] μαλθακωτάτοισι· ὅταν δὲ ἡ λῆψις μιν ἔχῃ, μὴ νῆστις ἐὼν τὸ φάρμακον πινέτω.

dato, vesperi vero milium tenue, coctum sorbeat, vinumque superbibat. Cibis vero quam mollissimis utatur, donec dimittat.

43. Febris quartana. Cum febris quartana detinet, si quidem ex alio morbo non purgatum corripiat, medicamentum deorsum purgans propinato, deinde caput purgato, postea medicamentum deorsum purgans dato. Quodsi nec his factis cessat, interpositis duabus post purgationem per inferiora accessionibus, post multae calidae balneum, semen hyoscyami milii magnitudine, mandragoram pari portione, laseris succum trium fabarum quantitate, et trifolii parem modum ex vino meraco bibendum exhibeto. Si vero robustus esse et bene sibi valere videatur, et ex lassitudine atque itinere febris in eo contracta ad quartanam perducta sit, post fomenta adhibita allium melle maceratum ipsi exhibeto, deinde lentis cremorem melle et aceto admixto superbibat. Ubi vero cibo expletus fuerit, vomat et post calidae balneum, postquam refrixerit, cyceonem ex aqua bibat, vespere vero cibis mollibus, neque multis utatur. Secunda autem accessione calida multa loto et vestimentis contecto, quoad exsudet, confestim veratri albi radicum trium digitorum longitudinem, trifolii drachmae quantitatem, succi laseris duarum fabarum pondus ex vino meraco propinato. Quod si vomituritio eum detineat, vomat, sin minus, eodem modo, sed post capitis purgationem. Cibis vero quam mollissimis utatur. Cum autem ipsum accessio invaserit, ne ieiunus medicamentum bibat.

[1] καὶ σιτ. — [2] περὶ τεταρταίου. — [3] ἢν εἰ μέν. — [4] δὲ πλησθῇ. — [5] θερμῷ καὶ πολλῷ ἱμάτια omissis intermediis. — [6] δέ om. — [7] μαλθακωτάτοισι καὶ δριμυτάτοισι.

H. θ., etiam Mack. e θ. dederat et mihi praebet Marc.; — ἕως ἂν ἱδρ. cod. Serv., Foës., Lind., ms. Voss., cett. ἂν omm.; — δ' ἐξιδρ. E. H. J., δέ plene cett.; — ἢν διψῇ om. θ.; — ἐς ante ἑσπέρην omm. Ald., Parr. 5.; — δὲ καὶ κεγχρ. vulg., sed καί omm. Parr. 4., θ., Marc., Lind., Mack., Littr.; — ῥυφησάτω Ald. Parr. 5. Marc., ῥυμφησάτω E., ῥοφ. vulg.; — ἐπιπιέτω H. θ. Marc. ἐπιπινέτω vulg.; — καὶ σιτίοις vulg., sed καί omm. E. H. θ. Marc., Mack., Littr., σιτίοισι E. I. J. K. θ. Marc., Mack., Littr.; — διαλείπῃ cett.

43. πυρετὸς τετ. — πιέειν.] H. θ. omm. inscriptionem, περὶ τεταρταίου πυρετοῦ E., eadem atque in V. inscr. in J.; — ἔπειτα — κάτω om. E., sed rest. al. m., ita ut καθῆραι scribatur; — διαλιπών e Marc. dedi, διαλείπων cett.; — λοῦσαι Ald. et duo Parr.; — τοῦ ante ὑοσκ. om. H.

ἢν δ' — πινέτω.] δ' E. H. δέ cett.; — σκόροδα διδόναι E. H. P.' Q.' Marc.. Mack., Lind., σ. δίδου vulg., σ. δοῦναι cod. θ.; δ' ἐμπλησθῇ E. H. θ. Marc., Mack., Littr., δὲ πλησθῇ cett.; — ἐν ὕδατι J.; — ἐς ἑσπέρην E. H. Q.' θ. Marc., Mack., ἑσπέρης cett.; δ' ἑτέρῃ E. H. δὲ ἑ. vulg. — Vulgo θερμῷ πολλῷ, sed πολλῷ om. H., ubi al. m. rest. καὶ πολλῷ, quod ipsum ferunt Ald. G. I. K., πολλῷ καὶ θερμῷ J., — Marc. θερμῷ καὶ ἱμάτια, itaque πολλῷ in eo periit, sed καί tamen scriptum fuit, quod repono; ἂν post ἕως de meo; — ὅσον τριῶν — τριφύλλου om. E., sed rest. al. m., δραχμῆς E. K. P.' Q.' θ. Lind.; Mack.; — μετὰ δέ E. H. θ. Marc., δέ om vulg.; — τὸ καθ. τὴν κεφ. vulg.,

μδʹ. Πλευρῖτις ὅταν λάβῃ, πυρετὸς καὶ ῥῖγος ἔχει, καὶ ὀδύνη διὰ τῆς ῥάχιος ἐς τὸ στῆθος, καὶ ὀρθόπνοια, καὶ βὴξ, καὶ τὸ σίαλον [1] λεπτὸν καὶ ὑπόχολον, καὶ ἀποβήσσεται οὐ ῥηϊδίως, καὶ διὰ τῶν βουβώνων ὀδύνη καὶ οὐρέει αἱματῶδες. Ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἢν μὲν τὸ πῦρ ἀνῇ [2] ἑβδομαίῳ ἐόντι, ὑγιὴς γίγνεται· ἢν δὲ μὴ ἀνῇ, ἀφικνέεται ἡ νοῦσος ἐς τὰς ἕνδεκα ἡμέρας ἢ τεσσαρεσκαίδεκα· οἱ μὲν οὖν πολλοὶ ἐν ταύτῃσι ἀπόλλυνται· ἢν δὲ ὑπερβάλῃ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἐκφυγγάνει. Ὅταν οὕτως [3] ἡ ὀδύνη ἔχῃ, χλιάσματα προστιθέναι, πινέτω [4] δὲ μέλι ἀναζέσας, ἐπιχέας ὄξος ἴσον τῷ μέλιτι, ἔπειτα ὁπόσον ἂν γένηται μέτρον τοῦ ἑφθοῦ μέλιτος καὶ τοῦ ὄξους, ἐπιχέας ὕδατος ἑνὸς [5] δέοντα εἴκοσι, τοῦτο διδόναι πίνειν κατ' ὀλίγον πυκινὰ, καὶ μεταπίνειν ὕδωρ, ὄξος [6] ὀλίγον παραχέων· ῥυφεέτω δὲ καὶ κέγχρου χυλὸν, μέλι ὀλίγον παραστάζων, ψυχρὸν, ὅσον τεταρτημόριον κοτύλης ἐφ' ἑκατέρῳ σιτίῳ καὶ πινέτω οἶνον λευκὸν, οἰνώδεα, ὑδαρέα, ὀλίγον· ὁ δὲ οἶνος ἔστω ὡς μαλθακώτατος ὀδμὴν μὴ ἔχων. Ὅταν δὲ ὁ πυρετὸς ἀφῇ, ἡμέρας μὲν δύο τὸν κέγχρον ῥυφεέτω δὶς τῆς ἡμέρης καὶ [7] σεῦτλα ἡδύτατα ἐσθιέτω· ἔπειτα σκύλακα ἢ ὀρνίθιον κάθεφθον ποιήσας, τοῦ ζωμοῦ ῥυφεέτω καὶ τῶν κρεῶν φαγέτω ὀλίγα· τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον μάλιστα ὅσον ὑπὸ τῆς νούσου εἴχετο ἀριστιζέσθω μὲν τὸν κέγχρον, ἐς ἑσπέρην δὲ σιτίοισι ὡς ἐλαχίστοισι χρήσθω [8] καὶ μαλθακωτάτοισι.

44. Lateris morbus. Lateris morbus ubi prehendit, febris et rigor detinet, dolor per spinam ad pectus pervadit, erectae cervicis spiratio et tussis vexat, sputum tenue aliquantum biliosum non facile tussi reiicit, et per inguina dolor pervadit, et urinam cruentam reddit. Cum sic habuerit, si quidem febris septimo die remiserit, convalescit. Quodsi non remiserit, morbus ad undecimum aut decimum quartum diem pervenit; plerique igitur his diebus intereunt. Si vero decimumquartum diem superet, evadit. Cum hoc modo dolor detinet, fomenta calida admoveto. Mel autem decoctum pari affusa aceti mensura, deinde ad mellis cocti et aceti mensuram aquae undeviginti affusis sensim et crebro bibendum dato, posteaque pauco affuso aceto aquam bibito. Milii succum pauco melle instillato frigido, quantum heminae quadrantem, post singulos cibos sorbeat et vinum album generosum, aquosum bibat. Vinum autem sit quam mitissimum et minime odoratum. Cum vero febris dimiserit, duobus quidem diebus milium bis die sorbeat, et betas suavissime apparatas comedat. Postea catuli aut aviculae decoctae ius sorbeat et paucas carnes edat. Denique vero, fere quamdiu morbo tentabitur, milium in prandio assumat, vesperi autem cibariis quam paucissimis et mollissimis utatur.

[1] λευκόν. — [2] ἑβδομ. — ἀνῇ om. — [3] ἔχῃ ἡ ὀδ. — [4] δὲ καὶ μ. ἀναζ. αὐτὸ καὶ ἐπιχ. — [5] δέοντα τῶν εἴκοσι. — [6] παραχ. ὀλ. — [7] τεῦτλα. — [8] καί om.

dedi verba eo ordine, quo in E. H. leguntur et in θ. Marc., nisi quod in his τό om.; σιτίοισι δὴ χρ. E. Mack. — Vulgatum καὶ δριμυτ., quod e V. notavi, om. Ald. F. G. Littr.; — ἐών om. θ., Mack.

44. πλευρῖτις — αἱματῶδες.] In alio lib. inscr. om., in alio πλευρῖτις νοῦσος, in aliis περὶ πλευρίτιδος scribitur; — καὶ βὴξ καὶ ὀρθοπν.. J.; λεπτόν Littréus de suo pro ceterorum λευκόν, puto eum verum vidisse; — οὐρέει etiam Marc.

ὅταν οὕτως — ἐκφυγγάνει.] ἑβδομαίῳ ἐόντι de meo pro ἑβδομαῖον ἐόντα s. ὄντα, ut vulg. fert, Ionismus enim in solo H. habetur; ἢ τὰς τεσσαρ. vulgo, sed τάς ibi omm. E. Marc.; ἢν δὲ ὑπερβάλῃ etiam Marc. V., Littr. aor. dedit ex I. K., vulg. ὑπερβάλλῃ.

ὅταν — ἔχων.] ἔχῃ ἡ ὀδ. etiam J.; vulg.: πινέτω δὲ καὶ μέλι ἀναζέσας αὐτὸ καὶ ἐπιχέας ὄξος ἴσον τῷ μέτρῳ τοῦ μέλιτος; — in his δὲ μέλι H., in quo καί rest., et Marc.; μέλι μέτρωι ἀναζ. Marc., αὐτὸ καί omm. H. Marc., μέτρῳ τοῦ omisi cum H., in quo al. m. rest., et Marc. — Vulgo ἑνὸς δέοντος τῶν εἴκοσι, sed δέοντα E. L. Marc., Lind., τῶν vero omm. H., ubi al. m. rest., Marc. —; πυκινά Marc. πυκνά cett.; — μεταπίνειν de meo scripsi pro μεταμίσγειν, quod h. l. incongruum, vide varr. lectt. ad § 46., ubi fluctuatio inter utrumque verbum omnino apparet; — πινέτω δὲ οἶνον θ. Mack.; ὀδύνην pro ὀδμήν Lind., nec tamen constat unde, nec quare.

ὅταν — μαλθακ.] σεῦτλα de meo pro τεῦτλα cett. Vulgo ἔπειτα μετὰ ταῦτα, sed μ. τ, omm. K. Lind., mihi aut solum ἔπειτα, aut καὶ μ. τ., aut μ. τ. δέ legendum videtur, vulgatam ex dittographia ortam esse puto. — Littr. ὀρνίθιον ex L. θ., item Lind., Mack., ὄρνιθα vulg.; —

με'. Ἑτέρη πλευρῖτις. Πυρετὸς ἔχει καὶ βὴξ καὶ ῥῖγος, καὶ ὀδύνη ἐς τὸ πλευρὸν καὶ ἐς τὴν κληῖδα ἐνίοτε, καὶ τὸ σίαλον πτύει ὑπόχολον καὶ ὕφαιμον, ὅταν τύχῃ ῥηγματίας ὤν. Τούτῳ ᾗ ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ μάλιστα, προστιθέναι χλιάσματα καὶ λούειν θερμῷ ἢν μὴ ὁ πυρετὸς [1] πουλὺς ἔχῃ· ἢν δὲ μὴ, [2] μή· πίνειν δὲ διδόναι κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων, ἄρτι ὑπόγλυκυ ποιέων καὶ μεταπίνειν ὕδωρ, ῥυμφάνειν δὲ τὸν χυλὸν τοῦ κέγχρου δὶς τῆς ἡμέρης καὶ ἐπιπινέτω οἶνον λευκὸν ὑδαρέα καὶ ἢν ὑπερφύγῃ τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, ὑγιὴς γίγνεται.

μϛ'. Ἄλλη πλευρῖτις. Πυρετὸς ἴσχει καὶ βρυγμὸς καὶ βὴξ ξηρὴ, καὶ ἐκβήσσεται χλωρὰ, ἔστι δ' ὅτε πελιδνὰ, καὶ τὸ πλευρὸν ὀδύνη λαμβάνει καὶ τὸ μετάφρενον ὑπέρυθρον γίγνεται, χλιαίνεται δὲ [3] τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ στήθεα, ποτὲ δὲ τὴν κοιλίην καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλεα, καὶ ἀνακαθήμενος μᾶλλον βήσσει καὶ ἡ γαστὴρ ταράσσεται καὶ τὸ ἀποπάτημα χλωρὸν καὶ κάκοδμον. Οὗτος ἐν εἴκοσι ἡμέρῃσι ἀποθνήσκει· ἢν δὲ ταύτας ἐκφύγῃ, ὑγιὴς γίγνεται. [4] Τούτῳ ἔστ' ἂν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσι, διδόναι πίνειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου καὶ μεταπίνειν οἶνον λευκὸν, [5] οἰνώδεα, ὑδαρέα· ῥυφέειν δὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ψυχρὸν δὶς τῆς ἡμέρης· ἀντὶ δὲ τοῦ μέλιτος ὑπὸ τὸν χυλὸν ὑπομίσγειν ῥοιῆς χυλὸν οἰνώδεος, ὅταν ἤδη ὁ χυλὸς ἑφθὸς ᾖ, καὶ λούειν μὴ πολλῷ·

45. Alius lateralis morbus. Febris et tussis detinet et rigor et lateris dolor, quandoque etiam ad iugulum, sputum exspuit aliquantum biliosum et subcruentum, si intus ruptio acciderit. Huic qua parte maxime dolor detinet, fomenta calida admoveto et nisi multa febris vexet, calida lavato; sin minus, minime. In potu vero aquam favi recentis maceratione subdulcem redditam exhibeto, et postea aquam bibat. Milii autem succum bis die sorbeat et vinum album aquosum superbibat; quodsi quatuordecim dies superaverit, sanus evadit.

46. Alius morbus lateralis. Febris detinet, dentium stridor et tussis sicca vexat, cum virore pallida, quandoque livida tussi reiiciuntur, dolor lateris prehendit et dorsum subrubrum evadit, caput et pectus calet, interdumque etiam venter, pedes et crura. Erectus sedens tussi magis vexatur, alvus turbatur et alvi egestio ex virore pallida est et graveolens. Hic intra dies viginti perit, quos si effugerit, convalescit. Huic donec quatuordecim dies praeterierint, farinae hordeaceae crassioris maceratae aquam bibendam dato et superbibendum vinum album, generosum, aquosum; ptisanae succum frigidum bis die sorbendum dato. Cumque iam succus decoctus fuerit, mellis loco mali punici vinosi succum ei admisceto; neque calida multa lavato. Ubi vero dies quatuordecim praeterierint, postea milium in prandio assumat, vesperi autem avi-

[1] αὐτὸν πολύς. — [2] μή om. — [3] καὶ τὰ στήθ. καὶ τὴν κεφ. — [4] τοῦτον. — [5] οἰνώδεα om.

καθεπτόν Ald., Parr. 5., Marc., ῥυφεέτω Ald., Parr. 5. Marc., ῥυμφ. E. P.', ῥοφ. vulg.; εἴχετο vulg. ἔχοιτο E. Q.' Mack., Littr., ἔχηται cod. θ.; — ἀρισταζέσθω vulg., ἀρισταζέτω E. P'. Q'. ἀρισταέτω Lind., ἀριστιζέσθω θ. Mack., Littr.; μέν om. K., κέγχρον, ἑσπέρῃ δέ J.; καί. ut V., omm. Parr. 5.

45. ἑτέρη πλ. — γίγνεται.] σίελον J., Littr.; ᾗ ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ scripsi de meo, ceteri ᾗ ἂν ὀδύνη ἔχῃ; — ἢν μὴ πυρετὸς αὐτὸν πολὺς ἔχῃ vulg., sed ὁ πυρ. G. J. θ. Marc., Mack., Littr.: — αὐτόν omm. H., ubi rest. al. m., θ., Mack., Littr.; πουλύς E. θ. Lind., Mack., Littr. ἔχοι H.; μεταπίνειν de meo dedi, μεταμίσγειν cett. cf. adnn. ad § 44. et varr. lectt. ad § 46.; — ῥυμφ. Ald., Parr. sex Marc., ῥοφ. vulgo; — τάς ante τεσσαρεσκαιδ. omm. H., in quo rest. al. m., et θ.

46. ἄλλη πλ. — γίγνεται.] ἑτέρα K.; καὶ πελιδνά vulg., sed καί omm. H., in quo rest. al. m., θ. Marc. τότε δέ H. P.' θ. Marc., τοτὲ δέ E.; πάνυ χλωρόν vulg., sed πάνυ omisi cum H., in quo rest. al. m., θ. Marc.; ἡμέρῃσι etiam Marc.

τούτῳ — ἐκφυγγάνουσι.] τοῦτον vulg., τούτῳ Ald. θ. Lind., Mack., Littr.; pro μεταπίνειν H. θ. Marc. μεταμίσγειν, quod antequam videram, iam conieceram supra § 44. 45. μεταπίνειν pro μεταμίσγειν esse legendum; sed haec lectionis varietus in praestantibus licet codd. me impulit, ut supra confidenter μεταπίνειν inferrem; — ῥυφέειν Ald., Parr. 4., Marc., ῥοφ. vulg., ῥυμφ. E., ῥυμφαίνειν J.; — ὑπομίσγειν ex θ. recepi, ceteri simplex μίσγειν. Vulg. χυλὸν οἰνώδεα, sed χ. οἰνώδεος H. K. θ. Marc., Littr.; — ἀριστιζέτω Lind., qui τοῖσι κρέασι om. ὀρνιθείοισι dedi pro ὀρνιθίοισι vulgatae de meo.; — ὀλίγοισι post ὀρνιθ. I. J. K., uti V.; καὶ τοῖσι σιτ. vulg., sed τοῖσι omm. θ., Littr.; — sequens ὀλίγοισι, ut V., omm. F. G. I. K., — τὴν δὲ τοιαύτην ν. vulg., sed τοιαύτην omisi cum H., in quo al. m. rest., θ. Marc.

ἐπὴν δὲ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσι, ἔπειτα ἀριστιζέσθω τὸν κέγχρον, ἐς ἑσπέρην δὲ τοῖσι κρέασι τοῖσι [1]ὀρνιθείοισι καὶ τῷ ζωμῷ καὶ [2]σιτίοισι ὀλίγοισι χρήσθω. Τὴν δὲ νοῦσον ὀλίγοι ἐκφυγγάνουσι.

μζ'. Περιπνευμονίη. Πυρετὸς ἴσχει ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα τὸ ἐλάχιστον· τὸ δὲ μακρότατον δύο δεούσας εἴκοσι καὶ βήσσει ταύτας τὰς ἡμέρας ἰσχυρῶς καὶ ἀποχρέμπτεται τὸ μὲν πρῶτον σίαλον παχὺ καὶ καθαρὸν ἑβδόμῃ [3]καὶ ὀγδόῃ, ἐπὴν ὁ πυρετὸς λάβῃ, ἐνάτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ ὑπόγλυκυ καὶ πυῶδες, ἔστ' ἂν αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσι· καὶ ἢν μὲν [4]τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρῃ ξηρανθῇ ὁ πνεύμων καὶ ἐκβήξῃ, ὑγιάζεται· ἢν δὲ μή, δύο δεούσαις εἴκοσι προσέχειν· καὶ ἢν μὲν ἐν ταύτῃσι παύσηται τοῦ βήγματος, ἐκφεύγει· ἢν δὲ μὴ παύηται, εἴρεσθαι, εἰ γλυκύτερον [5]τὸ σίαλον, καὶ ἢν φῇ, ἡ νοῦσος ἐνιαυσίη γίγνεται· ὁ γὰρ πνεύμων ἔμπυος γίγνεται. Τούτῳ χρὴ τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας οἶνον διδόναι γλυκύν, λευκόν, ὑδαρέα, κατ' ὀλίγον πίνειν πυκινά· ῥυμφάνειν δὲ τῆς πτισάνης τὸν χυλὸν διδόναι, μέλι παραμίσγων τρὶς τῆς ἡμέρης, ἔστ' ἂν αἱ ὀκτωκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσι καὶ ὁ πυρετὸς παύσηται. [6]Κινδυνεύει δὲ μάλιστα ἐν τῇσι ἑπτὰ [7]ἢ ἐν τῇσι τεσσαρεσκαίδεκα· [8]ἐπὴν δὲ τὰς ὀκτωκαίδεκα ἡμέρας ὑπερβάλῃ, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει, ἀλλὰ πτύει πῦον καὶ τὰ στήθεα πονέει καὶ βήσσει. Ὅταν οὕτως ἔχῃ, πιπίσκειν νῆστιν τὸ ξὺν τῷ ἐλελισφάκῳ καὶ ῥυμφάνειν ἔτνος, στέαρ ξυμμίσγων πλέον,

culárum carnibus cum iure et paucis cibis utatur. Ex hoc autem morbo pauci evadunt.

47. Pulmonis inflammatio. Febris minimum quatuordecim dies detinet, summum autem duodeviginti, quibus diebus vehementer tussit et reiicitur primum quidem crassum sputum et purum septimo et octavo die, postquam febris prehenderit; nono vero et decimo subdulce et purulentum, donec quatuordecim dies praeterierint. Quodsi decimo quidem quinto die pulmo resiccatus fuerit, et tussiendo quae inerant reiecerit, convalescit. Sin minus, ad duodeviginti mentem adverte; quibus quidem si tussis et sputorum reiectio cessaverit, evadit. At si non cesset, roga, num sputum sit dulcius; quod si affirmaverit, morbus annuus evadit, cum pulmo pus intro colligat. Huic primis quidem diebus vinum dulce, album, aquosum paulatim crebro bibendum exhibeto. Ptisanae vero succum melle admixto ter die sorbendum, quoad dies decem et octo praeterierint et febris cessaverit. Periculum autem praecipue intra dies septem aut quatuordecim incurrit; cum vero octodecim dies superaverit, non amplius moritur, sed pus exspuit, pectus dolet et per tussim reiicit. Cum sic habuerit, remedium cum salvia paratum ieiuno propinato et sorbeat (lentis) fresum multo adipe admixto, si aestus non fuerit; qui si sit, ne sorbeat, sed cibis utatur salsis ac pinguibus et marinis potius quam carnibus. Quodsi tibi

[1] ὀρνιθίοισι ὀλίγοισι. — [2] τοῖσι σιτίοισι sine ὀλίγοισι. — [3] καὶ ὀγδόῃ om. — [4] ἐν τῇ πέντε καὶ δεκάτῃ ἡμέρῃ. — [5] αὐτῷ δοκέει τὸ σ. — [6] κινδυνεύει. — [7] καί. — [8] ἐπὴν δὲ τὰς ὀκτωκ. om.

47. περιπν. — γίγνεται.] περὶ περιπνευμονίης (περιπλ. H.) G. H. I. K., Voss. περὶ πνευμονίης; — ἐπὴν δὲ ὁ π. vulgo, ἐπὴν δ' ὁ π. E. H., Littréus: „il faut, inquit, ou supprimer δέ, ou le prendre pour δή;" equidem transposui δέ post ἐνάτῃ, quorsum referendum est; — ἐνάτῃ H. K. Marc., ἐνν. cett.; ἐν τῇ πεντεκαιδ. ἡμ. vulgo, de meo ἐν omisi, abundat, — πνεύμων E. G. H. J. K., πλ. vulg. Advertit βῆγμα fere pro βήξ positum, quod congruit cum πνίγμα, de quo monui p. CXIX. prolegg. vol. I., Galeni glossa βρῆγμα adfertur a Foës. in Oecon. in βῆγμα una cum βρήσσει, sed ἐκβράσσεται habetur § 1. de int. aff. idemque apud Herod. occurrit; mihi Galeni vocabula nauci non esse videntur. Vulgo εἴρεσθαι αὐτόν. sed pron. omm. H., in quo rest. al. m., θ. Marc.; αὐτόν h. l. pariter est emblema alienum atque αὐτῷ δοκέει (vid. lectt. V.) quod vulgata fert et in iisdem libris om. et a Littréo reiectum est; — ἐνιαυσιαίη E. P.' Q.'.; — πνεύμων E. G. J. K.

τούτῳ — παύσηται.] πυκνά E. Lind.; — ῥυμφ. Ald. Parr. 6., Marc., ῥοφ. vulg.

κινδυνεύει — βήσσει.] ὑπερβάλῃ Littr. e Parr. 5., idem fert Marc., ὑπερβάλλῃ vulg.

ὅταν — χοιρείων.] νῆστιν post ἐλελισφ. H. Marc.; — Lind. πιπίσκειν νῆστιν οἶνον ξὺν τῷ ἐλείῳ φάκῳ, partim e Corn., qui „ieiunus cum salvia vini illam potionem bibat." — partim e Foës., qui in notula: „τὸ σὺν τῷ φακῷ, inquit, legendum existimo." Foës. se quid Cornarii Latina sibi velint vix perspicere dicit, sed mihi non satis liquet eius τὸ

ἢν μὴ θάλπος ᾖ· ἢν δ' ᾖ, μὴ [1] ῥυμφανέτω, ἀλλὰ σιτίοισι χρήσθω ἁλυκοῖσι καὶ λιπαροῖσι καὶ τοῖσι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι· καὶ ἢν [2] μή σοι δοκέῃ καθαίρεσθαι κατὰ λόγον, ἐγχεῖν καὶ πυριᾶν· [3] ἢν μὲν παχὺ ᾖ τὸ πῦον, πυριᾶν· ἢν δὲ λεπτὸν, ἐγχεῖν· καὶ τῶν σιτίων ἔχεσθαι ὡς μάλιστα καὶ τῶν δριμέων ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν [4] βοείων καὶ οἰείων καὶ χοιρείων. [5] Ὅταν ἐκ περιπνευμονίης ἔμπυος γένηται, πυρετὸς ἴσχει καὶ βὴξ ξηρὴ καὶ δύσπνοια, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. Τοῦτον, ἐπὴν δεκαταῖος γένηται, ἀφ' ἧς ἂν ἄρξηται ἔμπυος γίγνεσθαι, λούσας πολλῷ θερμῷ τρίψας ἄρου ῥίζαν, ὅσον ἀστράγαλον μέγεθος καὶ ἁλὸς χόνδρον καὶ μέλι καὶ ὕδωρ, καὶ ἄλειφα ὀλίγον, ἐξειρύσας τὴν γλῶσσαν ἐγχέαι χλιαρόν· ἔπειτα κινῆσαι τὸν ὦμον, καὶ ἢν μέν σοι ὑπὸ τούτου τὸ πῦον ῥαγῇ· — εἰ δὲ μὴ, [6] σίδια δριμέα ἐκχυμώσας καὶ κυκλάμινον ὅσον ὀξύβαφον τῶν σμικρῶν [7] ἑκατέρου ἔστω, ἔπειτα ὀπὸν σιλφίου τρίψας ὅσον κύαμον, διεῖναι καὶ ξυμμῖξαι γάλακτος ὅσον ὀξύβαφον αἴγειον [8] ἢ ὄνειον, τοῦτο χλιαρὸν ἐγχεῖν· ἢν δ' ὑπὸ τούτου μὴ ῥαγῇ, ῥαφάνου φλοιὸν [9] καὶ ἄνθος χαλκοῦ ὅσον τρεῖς κυάμους τρίψας λεῖον, διπλάσιον δ' ἔστω τῆς ῥαφάνου, ἐλαίῳ διεῖναι, ὅσον τεταρτημορίῳ κοτύλης· τοῦτο ἐγχεῖν χλιαρὸν, καὶ ἢν ῥαγῇ τὸ πῦον, σιτίοισι ὡς ἁλμυρωτάτοισι καὶ λιπαρωτάτοισι χρήσθω, καὶ ἢν μὴ ἴῃ τὸ πῦον,

non rite purgari videatur, infuso, ac fomento utitor; si quidem pus crassius fuerit, foveto, sin tenue, infundito. Et cibis quam maxime adhaereat, verum acribus, carnibus bubulis, ovillis et suillis abstineat. Cum ex pulmonis inflammatione purulentus factus sit, febris vexat, tussis sicca, spirandi difficultas, pedes intumescunt et manuum ac pedum ungues contrahuntur. Huic decimo die, ex quo purulentus fieri coeptus est, multa calida loto, ari radicem astragali magnitudine, salis granum et mel ex aqua et pauco oleo, extracta lingua tepidum infundito, deinde humerum concutito. Quodsi ex eo quidem pus erumpat, sat est; — sin minus, malorum punicorum acrium et cyclaminis succum expressum, utriusque acetabulum parvum sumito, deinde laseris succum tritum fabae magnitudine, lactis caprini aut asinini acetabulo dilutum et commixtum tepidum infundito. Si vero ob id non erumpat, raphani corticem et aeris florem trium fabarum magnitudine laeviter tritum, olei heminae mensura subactum, tepidum infundito; sit autem copia raphani duplex. Quodsi pus erumpat, cibis quam salsissimis et maxime pinguibus utatur; sin pus minime prodierit, paulatim ad os suffitum adhibeto ex sii succo, vino Andrio, lacte bubulo, aut caprino, pari cuiusque admixta mensura, ita ut trium heminarum modum faciant; deinde furni testas ignitas immittito, et hoc per fistulam trahat ea cautione adhibita,

[1] ῥοφανέτω om. — [2] μή om. — [3] ἢν — πυριᾶν om. — [4] βοείων καί om. — [5] Inscr. ἄλλη περιπνευμονία. — [6] σιτία. — [7] μικρῶν μερῶν ἑκατέρου ἔστω. — [8] καί. — [9] καί om.

σὺν τῷ φακῷ admitti posse. Cum Littréo, qui de eadem re monet, mihi nihil innovandum videtur; vide infra πινέτω δὲ νῆστις — ἐλελίσφακον, πήγανον, θύμβραν, ὀρίγανον, ἴσον ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ, unde Cornarii Latina intelligis et patet nihil tentandum esse. — Iidem ῥυμφ., qui supra, ῥοφ. vulg.; — ῥυμφανέτω Ald. E. H. Marc., ῥυφ. Parr. 4. et cod. Serv. ῥοφ. vulg.; — καὶ ἢν μή σοι δοκέῃ Mack., Littr. e θ., μή om. vulg.; — ἢν — πυριᾶν, ut V., omm. Parr. 5.; — τῶν ante σιτίων om. J. Pro οἰείων H., ubi οἰ al. m., J. K. Marc. ὑείων.

ὅταν ἐκ — ποδῶν.] Cod. Serv. eandem h. l. inscriptionem habet ac V., E. ἔμπυος ἀπὸ περιπνευμονίης. In ipso textu ἐκ περιπν. E. G. K. ἐκ περιπλ. vulgo.

τοῦτον — κατακαίηται.] Vulgo: τοῦτον ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἐπὴν κ. τ. λ., sed ὅτ. οὕτ. ἔ. omm. H., in quo al. m. rest., Marc. Videntur omnino librarii solitam formulam nescio quo errore invexisse, ita ut libros illos sequar. Ἐφ' ἧς cod. θ., ἀφῆσ. Marc. — Lind. [καὶ] ante τρίψας, nam quod τρέψας apud eum legitur, error typ. esse videtur. Vulgo μέλι ὀλίγον, sed ὀλ. om. Littr. cum libris sex, om. etiam Marc.; — ἄλειφαρ E. θ. Lind.; — γλῶσσαν etiam Marc. — Pro vulg. καὶ ἢν μὲν ὑπὸ Ald. Parr. aliquot, Marc. ἢν μέντοι sine καί, unde elicio καὶ ἢν μέν σοι; Voss. κἢν μὲν ὑ. Quemadmodum h. l. μέν σοι in μέν τοι abiit, ita aliis locis σοι ταῦτα in τοιαῦτα abiisse iam supra vidimus. Ceteri εἰ δε μὴ. ἕτερον ποιῆσαι, σ. κ. τ. λ., sed illud ἕτερον ποιῆσαι tuto pro emblemate alieno repudiare licet. Pro vulg. σιτία Mack., Littr. σίδια ex θ.; — ὅσον om. E. — Ionice σμικρῶν Mack., Littr. e θ., — Vossiani lect., quam e cod. Serv. notat Foës., recepit Lind.; — ἑκατέρων vulg. ἑκατέρου Ald., Parr. multi, θ., Marc., Mack., Littr.; — ἢν δ' ὑπό E. H. δὲ ὑ. cett.; — τούτω., al. m. ου, H., τούτω etiam Marc., τούτων cod. θ.,

κατ' ὀλίγον πυριᾶν κατὰ τὸ στόμα σίου χυλῷ, οἴνῳ ἀνδρίῳ, γάλακτι βοείῳ ἢ αἰγείῳ, ἴσον ἑκάστου ξυμμίξας· ἔστω δὲ ὅσον τρεῖς κοτύλαι· ἔπειτα ἐμβάλλειν ἰπνοῦ ὄστρακα διαφήνας· τοῦτο ἑλκέτω διὰ τοῦ αὐλοῦ φυλασσόμενος ὅκως μὴ κατακαίηται. Ἐπὴν δὲ καθαρώτερον πτύῃ, ἐγχεῖν αὐτῷ κνίδης σπέρμα, λιβανωτὸν, ὀρίγανον, ἐν οἴνῳ λευκῷ καὶ μέλιτι καὶ ἐλαίῳ ὀλίγῳ, ἐγχεῖν δὲ διὰ [1] τρίτης ἡμέρης· μετὰ δὲ βούτυρον, ῥητίνην ἐν μέλιτι διατήκων· καὶ σιτίοισι μηκέτι χρήσθω ἁλμυροῖσι μηδὲ λιπαροῖσι· πινέτω δὲ νῆστις τὰς ἐν μέσῳ ἡμέρας τῶν ἐγχύτων ἐλελίσφακον, πήγανον, θύμβραν, ὀρίγανον ἴσον ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ, ὅσον ὀξύβαφον ξυμπάντων ἐπιπάσσων. Ἢν δὲ μὴ ῥαγῇ ὑπὸ τῶν ἐγχύτων, — πολλάκις γὰρ ἐκρήγνυται ἐς τὴν κοιλίην καὶ [2] αὐτίκα δοκέει ῥάων εἶναι, ὅσον ἐκ στενοῦ ἐς εὐρυχωρίην ἔλθῃ. [3] Ὀκόταν ὁ χρόνος πλείων γένηται, [4] ὅ τε πυρετὸς ἰσχυρότερος καὶ ἡ βὴξ ἐπιλαμβάνει καὶ τὸ πλευρὸν ὀδυνᾶται καὶ ἐπὶ μὲν τὸ ὑγιὲς οὐκ ἀνέχεται κατακείμενος, ἐπὶ δὲ τὸ [5] ἀλγέον, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι καὶ τὰ [6] κύλα τῶν ὀμμάτων. Τοῦτον, ὅταν ἡμέρη πέμπτη καὶ δεκάτη γένηται ἀπὸ τῆς ἐκρήξιος, λούσας πολλῷ θερμῷ, καθίσας ἐπὶ ἐφέδρου, ὅ τι μὴ ὑποκινήσει, ἕτερος μὲν τὰς χεῖρας ἐχέτω, σὺ δὲ τῶν ὤμων σείων, ἀκροάζεσθαι [7] ἐς

ut ne aduratur. Ubi vero purius sputum fuerit, urticae semen, thus, origanum, ex vino albo, melle et pauco oleo tertio quoque die infundito, postea vero butyrum, resinam in melle liquefactam, neque amplius cibis salsis et pinguibus utatur. Diebus autem inter infusa intermediis ieiunus bibat salviam, rutam, satureiam, origanum pari portione ex vino meraco, acetabuli omnium mensura adspersa. Quodsi ab infusis non prorumpat, nil mirandum, saepe enim in ventrem erumpit, confestimque melius habere videtur, cum ex angusto in ampliorem locum venerit. Cum longius tempus progressum fuerit, febris vehemens et tussis prehendit, latus dolet, neque in sanam partem decubitum ferre potest, sed in dolentem, pedes et oculi partes infra palpebras tument. Post decimum quintum ab eruptione diem huic multa calida loto et in sella stabili collocato alter manus detineat, tu vero prehensis humeris eum agita et auscultato quo in latere strepat; quo loco ipso secare oportet, sed optandum ut in sinistro sectionem facere debeas, ibi enim minus letale. At si prae crassitudine et copia nullum tibi strepitum edat, quod interdum accidit, secare oportet latus, quod prae altero tumeat et doleat, quam infima parte pone ipsum tumorem potius quam ante, ut facilior puri exitus sit. Primum autem inter costas cutem

[1] τῆς τρίτης. — [2] αὐτίκα om. — [3] Inscr. rubris literis ἄλλη νοῦσος, porro nigris ὅταν ἐκ στενοῦ ἐς εὐρυχωρίην, tum demum ὁπόταν ὁ χρ. — [4] ὅ τε — καὶ τό om. — [5] ἀλγέον μέρος. — [6] κοῖλα. — [7] ἕως ὁπότερον ἂν τῶν πλευρέων τὸ πάθος ψοφέῃ.

quod in illa lect. latet. Porro δ' ἔστω E. H. δὲ ἔ. cett.; — ὅσον τεταρτημορίῳ vulgo, θ. vero ὅσον τεταρτήμορον, unde Littr. ὅσον τεταρτημόριον, sed vulg. recte habet. Codd. F. G. omm. καὶ λιπ.; — χρῆσθαι vulg., χρήσθω Parr. 4. cod. Serv. θ. Voss. — Omnes οἴνῳ τορνίῳ, de quo dubitat Littr. num bene habeat et pro quo οἴνῳ ἀνδρίῳ ex Erot. legi posse monet; mihi omnino ita scribendum est visum, Erot. id citat ex Hipp., nec tamen hodie apud eum legitur, τορνίῳ vero nihil est et potuit saltem ex ἀνδρίῳ oriri. Cod. θ.; ἴσον δὲ ἑκάστου, item E. H., nisi quod δ' habent. Ad διαφήνας cf. Oecon. Foësii in διαφανής. — Littr. ὅκως ex E. J. K., ὅπως vulg.

ἐπὴν δὲ — ἐπιπάσσων.] κνίκης vulg., κνίμης Voss. Sed κνίδης cod. Serv. Foës., hic ipse in adn., cod. θ., Mack, Littr.; — ὀλίγῳ om. θ.; — μηκέτι χρῆσθαι cett., de meo χρήσθω scripsi propter seq. πινέτω; — νῆστις om. Lind.; — τῷ ἐγχύτῳ cod. θ.; — μετὰ πάντων ἐπιπάσσων vulg., μετά om. H., sed rest. al. m., cod. θ. σύν pro μετά, Marcianus una voce συμπάντων; quod veram lect. referre docet locus e § 64. ὅσον σκαφίδα σμικρὴν ξυμπάντων, ubi vide.

ἢν δὲ μὴ ῥαγῇ — ἔλθῃ.] Post ἐγχύτων Mack., Littr., e cod. θ. inserunt οὐδὲν θαυμαστόν, Lind. οὐ θαῦμα, fortasse de suo. Falluntur, frequens est apud hunc scriptorem ellipsis, qua εὖ s. καλῶς ἔχει reticetur, quidni hic potuit subintelligere, quod in θ. recte quidem expletum, sed non ab auctore datum est? Cf. Bos. ellips. ling. Gr. p. 400. 402. Ed. LB. 1750. — Uti V., αὐτίκα omm. F. G. J. K.; — ῥᾷον H. Voss.

ὀκόταν — ὀμμάτων] Titulum vulg., quem e V. adnotavi, omm. H. θ. Littr.; — ὅταν cod. θ., ὁπόταν E. I. J. K.; — ἰσχυρότερος cod. θ., Littr., ἰσχυρός vulg.; — ἀνακειμ. cod. θ.; — μέρος, quod vulg. fert post ἀλγέον, cf. lect. V., omm. H., in quo rest. al. m., θ. Marc., Littr.; — ἀλγέουσι pro οἰδέουσι duo Parr.; — κύλα scripsi de meo pro ceterorum κοῖλα, cf. prol. ad vol. I. p. CXIX.; — ὀφθαλμῶν E. H. θ. Marc.

Τοῦτον — θανατῶδες.] τὸν ὦμον σείων vulg., sed τῶν ὤμων E. H. J. Voss., Marc., Littr.; ἕως ὁπότερον Lind. cum

ὁκότερον ἂν τῶν πλευρῶν ψοφέει· κατ' αὐτὸν οὖν τὸν τόπον, — βούλεσθαι δ' ἐς τὸ ἀριστερὸν ταμέειν, — ἧσσον γὰρ θανατῶδες. Ἢν δέ σοι ὑπὸ τοῦ πάχεος καὶ τοῦ πλήθεος μὴ [1] ψοφέῃ, — ποιέει γὰρ τοῦτο ἐνίοτε, — ὁκότερον ἂν ἀποιδέῃ τῶν πλευρῶν καὶ ὀδυνᾶται μᾶλλον, τοῦτο τάμνειν ὡς κατωτάτω ὄπισθεν τοῦ οἰδήματος μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν, ὅκως σοι ἡ ἔξοδος τῷ πύῳ εὔροος ᾖ· τάμνειν δὲ μεταξὺ τῶν πλευρέων στηθοειδέϊ μαχαιρίδι πρῶτον τὸ δέρμα, ἔπειτα ὀξυβελέϊ, ἀποδήσας ῥάκεϊ, τὸ ἄκρον τῆς μαχαιρίδος λιπὼν ὅσον τὸν ὄνυχα τοῦ δακτύλου τοῦ μεγάλου καθεῖναι ἔσω· ἔπειτα ἀφεὶς τὸ πῦον ὅσον ἂν σοι δοκέῃ, μοτοῦν ὠμολίνῳ μοτῷ, λίνον ἐκδήσας· ἀφεῖναι δὲ τὸ πῦον [2] ἅπαξ τῆς ἡμέρης· ἐπὴν δὲ γένηται δεκαταῖος, ἀφεὶς ἅπαν τὸ πῦον ὀθονίῳ μοτοῦν· ἔπειτα ἐγχεῖν οἶνον καὶ ἔλαιον χλιαίνων αὐλίσκῳ, ὡς μήτε ὁ πνεύμων ἐξαπίνης [3] ἐωθὼς βρέχεσθαι τῷ πύῳ ἀποξηρανθῇ· ἐξιέναι δὲ τὸ ἔγχυμα τὸ μὲν ἑωθινὸν ἐς ἑσπέρην, τὸ [4] δ' ἑσπερινὸν ἕωθεν· ἐπὴν δὲ τὸ πῦον λεπτὸν οἷον ὕδωρ ᾖ, καὶ γλίσχρον τῷ δακτύλῳ ψαυόμενον καὶ ὀλίγον, ἐντιθέναι μοτὸν κασσιτέρινον κοῖλον· ἐπὴν δὲ παντάπασι ξηρανθῇ ἡ κοιλίη, ἀποτάμνων τοῦ μοτοῦ κατὰ μικρὸν [5] ξυμφύειν τὸ ἕλκος, ἔστ' ἂν ἐξέλῃς τὸν μοτόν. Σημήϊον δὲ ἢν μέλλῃ ἐκφεύξεσθαι, — ἢν μὲν τὸ πῦον ᾖ λευκὸν καὶ καθαρὸν καὶ ἶνες αἵματος ἐνέωσι, ὡς τὰ πολλὰ ὑγιὴς γίγνεται· ἢν δὲ οἷον λεκιθοειδὲς ἀπορρυῇ τῇ πρώτῃ ἢ τῇ

specillo lato excisorio secato, deinde specillo acuto panniculo deligato, cuius extremam partem unguis pollicis magnitudine relictam intro adigito. Postea, ubi quantum puris videbitur emiseris, vulnus penicillo ex lino crudo, cui filum alligaris, obducito, quotidie pus semel emittito. Post decimum vero diem, ubi totum pus emiseris, penicillum ex linteo indito, deinde vinum et oleum tepida per fistulam infundito, ne pulmo pure madescere consuetus derepente resiccetur. Infusum autem matutinum sub vesperam, at vespertinum mane educito. Ubi vero pus tenue velut aqua aut ad digiti contactum glutinosum et paucum fuerit, stanneum penicillum cavum indito. Cum vero prorsus cavum resiccatum fuerit, paulatim resecato penicillo, donec ipsum eximas, vulnus ut coalescat cura. Indicio autem est evasurum aegrum: — si quidem pus album et purum fuerit, fibraeque sanguinis insint, ut plurimum convalescit; at si primo die ovi luteo simile, aut postero die crassum defluat, aliquantum ex virore pallidum et graveolens, ubi pus effluxerit, moriuntur.

[1] ψοφέῃ ὥστε καταμαθεῖν αὐτό. — [2] ἅπαξ — πῦον om. — [3] εἰωθώς. — [4] δὲ ἑσπέρην. — [5] συμφύει.

cod. Serv., Foës. et Voss.; — τῶν πλευρῶν dedi pro vulg. τῶν πλευρέων, quod facere nolens Littr. τῶν πλ. om.; — τὸ πάθος, quod vulg. fert, vid. lectt. V., omm. E., ubi rest. al. m., H. Marc., Littr.; — ψοφέει J., ψοφέει Marc., ψοφέῃ vulg., solus indic. h. l. congruit, me iudice; — δ' ἐς H. Marc., δὲ ἐς cett. Illud κατ' αὐτὸν οὖν τὸν τόπον, quod in vulg. post ἀριστερόν legitur, omm. H., ubi rest. al. m., θ., Marc., quos sequitur Littr.; mihi ista verba de sede sua aberravisse visa sunt. Voluit noster: κατ' αὐτὸν οὖν τὸν τόπον, ἵνα ψοφέει, τμητέον, βούλεσθαι δὲ μᾶλλον ἐς τὸ ἀριστερὸν ταμέειν, ἧσσον γὰρ θανατῶδες. Putat minus periculosam esse sectionem lateris sinistri, quum in dextro hepar sit.

ἢν δέ σοι — τὸν μοτόν.] ἢν δέ τοι Lind. — Illud ὥστε καταμαθεῖν αὐτά vulgatae, quod e V. notavi, omm. H., ubi al. m. rest., θ. Marc., Littr. — Lind.: καὶ μὴ ψοφέῃ, ὥστε καταμαθεῖν αὐτὸ [χρὴ εἰδέναι, μή τι ἔχῃ οἴδημα ἐν ἑτέρῳ τῷ πλευρῷ] ποιέει κ. τ. λ. — Vulg. ἀποιδέῃ τῶν πλευρέων, de meo πλευρῶν scripsi, Littr. τῶν πλ. eiecit minus caute sane; — τοῦτο τάμειν (sic) F. G. J.; — ὅπως Ald., Parr. multi, θ. Marc.; — τῷ πύῳ H., ubi al. m. vulgatum τοῦ πύου, θ. Marc.; — τάμειν rursus Parr. 4.; — τὸ πρῶτον δέρμα cett., ego transposui articulum; — ὀξυβελέϊ Marc. quoque. Vulgo ἑκάστης ἡμέρης ἅπαξ, sed ἅπαξ τῆς ἡμέρης E. H. θ. Marc., quam lect. altera antiquiorem esse puto; — ὡς μήτε ὁ πνεύμων Parr. sex, πλεύμων cett.; — εἰωθώς vulg. ἐωθός H., ἐωθῶς cod. θ. Mack., ἐωθώς Littr. Ceteri τὸ μὲν ἕωθεν, sed de meo ἑωθινὸν scripsi, nam vulgo etiam τὸ δὲ ἐς ἑσπέρην, pro quo τὸ δ' ἑσπερινὸν E. H. θ. Marc., Littr. —; — ἀποτάμνειν τοῦ μοτοῦ H.

σημήϊον δὲ — τὸ πῦον.] εἰ δὲ οἷον E.; — ἀπορρυεῖ παχύ Ald.

ὑστεραίῃ ἀπορρυῇ παχὺ, ὑπόχλωρον, ὄζον, ἀποθνήσκουσι, ἐπειδὰν ἐκρυῇ τὸ πῦον.

μη'. Ἄλλη νοῦσος. Ὅταν πνευμᾷ, [1] τὸ σίαλον παχὺ, ὑπόχλωρον, γλυκὺ βήσσεται, καὶ βρυγμὸς, καὶ ὀδύνη ἐς τὸ στέρνον καὶ ἐς τὸ μετάφρενον καὶ συρίζει ἐν τῇ φάρυγγι λεπτὸν καὶ ἡ φάρυγξ ξηρὴ γίγνεται καὶ οἱ κύκλοι ἐρυθροὶ καὶ [2] ἡ φωνὴ βαρέα καὶ οἱ πόδες οἰδίσκονται καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται καὶ καταλεπτύνονται τὰ ἄνω καὶ μινύθει καὶ μυσάσσεται τὸ σίαλον, ἐπὴν ἀποχρεμψάμενος ἔχῃ ἐν τῷ στόματι, καὶ βήσσει τοὺς ὄρθρους καὶ μεσονύκτιον μάλιστα· βήσσει δὲ [3] καὶ τὸν ἄλλον χρόνον· καὶ λαμβάνει μᾶλλον γυναῖκα νεωτέρην ἢ πρεσβυτέρην. Τούτῳ ἢν μὲν αἱ τρίχες ἤδη ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι καὶ ψιλῶται ἤδη ἡ κεφαλὴ ὡς ἐκ νούσου καὶ πτύοντι ἐπ' ἄνθρακας βαρὺ ὄζῃ τὸ σίαλον, φάναι αὐτὸν ἀποθανεῖσθαι ἐντὸς ὀλίγου χρόνου, τὸ δὲ κτεῖνον ἔσεσθαι διάρροιαν· ἐπὴν γὰρ ἤδη τὸ πῦον τὸ περὶ τὴν καρδίην σήπηται, τοῦτο ὄζει κνίσης ἐπὶ τοῖσι ἄνθραξι καὶ ξυνθερμαινόμενος ὁ ἐγκέφαλος ῥεῖ ἅλμην, ἣ κινεῖ τὴν κοιλίην· σημήϊον δὲ τούτου, ῥέουσι ἐκ τῆς κεφαλῆς αἱ τρίχες. Τοῦτον μὴ ἰᾶσθαι ὅταν οὕτως ἔχῃ· ἢν δὲ καταρχὰς ἐπιτύχῃς τῇ νούσῳ, φάκιον δὸς πιεῖν· εἶτα διαλιπὼν μίαν ἡμέρην ἐλλέβορον δοῦναι κεκρημένον ὅκως τὴν κάτω κοιλίην μὴ κινήσει καὶ ἐπὴν ἐς τὸ στόμα τῆς νυκτὸς [4] αὐτῷ φοιτᾷ ἅλμη, πρὸς τὰς ῥῖνας αὐτῷ προστίθει φάρμακα πυκνότερα· ἢν δὲ μὴ [5] ῥέῃ, προστίθει μὲν, διὰ πλέονος δὲ χρόνου καὶ τοῦ μηνὸς ἅπαξ προπιπίσκων ἐλλέβορον, ὅσον τοῖσι [6] δύο δακτύλοισι ἆραι, ἐν οἴνῳ γλυκέϊ

48. Alius morbus. Cum quis ex pulmonis vitio tabescat, sputum crassum aliquantulum ex virore pallescens et dulce per tussim reiicitur, dentium stridor est, dolor pectus et dorsum occupat, tenuis sibilus in faucibus editur, eaeque siccescunt, genae rubent, vox gravis est, pedes intumescunt, ungues recurvantur, partes superiores extenuantur et imminuuntur, sputum ore contentum exscreaturus detestatur, matutino tempore et media nocte maxime tussis vexat, itemque alio tempore, hicque morbus iuvenculam mulierem potius quam vetulam prehendit. Si quidem iam capilli ex capite huic defluant, caputque velut ex morbo nudetur, et supra prunas exspuenti sputum graviter oleat, hunc intra breve tempus periturum asserito et alvi profluvio interemtum iri. Ubi enim iam pus circa cor computruit, id prunis impositum nidorem exhalat et una incalescens cerebrum salsuginem emittit, quae alvum ciet, cuius rei iudicium est, quod capilli ex capite defluunt. Hunc cum ita habeat ne curato. At si per initia morbus tibi obtigerit, lenticulae cremorem propinato, deinde intermisso uno die veratrum ita temperatum, ut ne inferiorem alvum cieat, exhibeto. Cumque noctu ad os salsugo deveniat, crebriora ei medicamenta ad nares admoveto. Sed si non fluat, apponito quidem, sed ex maiore intervallo et semel in mense, veratro, quantum duobus digitis tolli potest, ex vino dulci temperato ante epoto; lenticulae vero decoctum confestim inde bibendum dato. Medicamenta autem purgan-

[1] τούτου τὸ σ. — [2] βαρέη ἡ φ. — [3] καί om. — [4] φ. αὐτῷ ἅλμη. — [5] ῥαγῇ. — [6] δύο.

48. ἄλλη ν. — πρεσβυτέρην.] ἑτέρα sine νοῦσος vulg., ἄλλη ν. E. Littr.; — in V. inscr. deëst. Vulgo πλευμᾷ, L. θ. Mack. πλευμοῖ, quod habetur in gl. Gal., τὸ πνευμῶδες Aret., itaque quemadmodum πνεύμων, ita πνευμᾷ scribo. — Vulg. τούτου τὸ σ., sed τούτου omm. H., ubi al. m. rest., θ. Marc., Littr.; — γλυκύ omm. F. G. J.; — ἡ φ. σκληρὴ γ. cod. θ.; — τὰ κύλα ἐρυθρά cod. θ. Foës. not., Lind., Mack., Littr., κοῖλα vulg.; de meo οἱ κύκλοι ἐρυθροί scripsi, cf. § 50., κύλα et κύκλοι saepius confunduntur; — ἡ φ. βαρέη E. H., vulg. e V. notavi; — μυσάσσεται etiam Marc.; — ἐπὴν καὶ ἀποχρ. P.'; — μεσονύκτιον K. Littr., μεσονυκτίου vulg.

τούτῳ — αἱ τρίχες.] ὄζον Ald. F. G. J.; — ἣ κινεῖ I. atque id voluit Foës., dederunt Lind., Mack., Littr., ἢ κ. vulg.; — De meo dedi αἱ τρίχες, cett. αἱ omm.

τοῦτον — κατωτερικόν.] τῇ νούσῳ etiam Marc.; — κινήσῃ cett. omnes, de meo κινήσει scripsi; — ἐς τὸ σῶμα E., ubi al. m. στόμα, F. G. I. K. Ald.; — φ. αὐτῷ, ut V., E. I. J. K.; — ἢν δὲ μὴ ῥέῃ etiam Marc., ῥαγῇ, ut V., cod. Serv., Foës.; — προπιπίσκων de meo dedi pro προσπιπίσκοντα; nexus verborum et rerum illud sibi poscit; — δυσί Littr. e θ., Parr. 5. et Marc., Voss. δύο δακτ., vulgo δακτ. δύο; — κεκρημένῳ Ald., Parr. 5.; — δ' αὐτίκα cod.

κεκρημένον· Φάκιον δ' αὐτίκα [1] δοῦναι ἐπιπίνειν· Φάρμακα δὲ ὡς ἐλάχιστα πινέτω, ἢν [2] μὴ οἱ πυρετοὶ ὀξύτεροι ἐπιλαμβάνωσι, — τὴν ῥίζαν τὴν λευκὴν καὶ τοῦ ἐλλεβόρου λείχειν ἐν μέλιτι [3] δίδου· οὕτω γὰρ ἥκιστα τὴν κοιλίην κινήσει· ἢν δὲ στρόφος ἐγγένηται ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ, πρῶτον μὲν κλύσαι [4] κείνῳ ἐς ὃ ὁ κόκκος ξυμμίσγεται· ἢν δὲ μηδ' οὕτω παύηται, γάλακτι ὀνείῳ ἑφθῷ κάθηρον· Φάρμακον δὲ μὴ δίδου κατωτερικόν. Ἢν δὲ πρὸ τοῦ Φακίου προπίνων τὸν ἐλλέβορον χολὴν ἐμέῃ, αὐτῷ τῷ Φακίῳ ἐμεέτω. Σιτίοισι δὲ χρήσθω, ἢν [5] μὴ οἱ πυρετοὶ ὀξέες ἔχωσι, κρέασι μηλείοισι ἑφθοῖσι καὶ ὀρνιθείοισι καὶ κολοκύνθῃ καὶ [6] σεύτλοισι· ζωμὸν δὲ μὴ ῥυφεέτω, μηδὲ βάπτεσθαι· ἰχθύσι δὲ χρήσθω σκορπίοισι καὶ σελάχεσι ἑφθοῖσι· θερμὸν δὲ [7] μηδὲν ἐσθιέτω· μηδὲ λουέσθω ἢν ὁ πυρετὸς ἔχῃ πολύς· μηδὲ λαχάνοισι δριμέσι χρήσθω, ὅτι μὴ θύμβρῃ ἢ ὀριγάνῳ· οἶνον δὲ λευκὸν πινέτω. Ἢν δ' ἄπυρος ᾖ, θέρμαι δὲ λαμβάνωσι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ἐσθιέτω ἰχθῦς ὡς ἀρίστους καὶ [8] πιοτάτους, καὶ λιπαρὰ καὶ γλυκέα καὶ ἁλμυρὰ ὡς μάλιστα, καὶ περιπάτοισι χρήσθω μήτε ἐν ἀνέμῳ, μήτε ἐν ἡλίῳ, καὶ ἐμεέτω ἀπὸ τῶν σιτίων, ὅταν σοι δοκέῃ καιρὸς εἶναι, καὶ λοῦσθαι χλιαρῷ πλὴν τῆς κεφαλῆς· σιτίων δὲ ἄρτος ἀμείνων, ὅσοι μὴ μαζοφάγοι εἰσί· τούτοισι δὲ ἀμφότερα ξυμμίσγειν.

tia, nisi eum febres acutiores prehendant, quam paucissima bibat: dracunculi radicem et veratrum ex melle delingendas dato, sic enim minime alvum movebit. Quodsi tormina in alvo inferiore suboriantur, eam primum quidem ex infuso, in quod coccus cnidius commiscetur, subluito. Quodsi neque sic sedentur, lacte asinino cocto purgato, medicamentum autem deorsum purgans ne exhibeto. Si vero ante lenticulam epoto veratro bilem vomat, ipso lentis decocto sumpto vomat. Cibis autem utatur, nisi quidem febres acutae detinent, carnibus ovillis coctis et volucrium, cucurbita et betis. Iusculum ne sorbeat, neque ad intinctus utatur. Piscibus autem utatur scorpiis et mollibus aut cartilageneis coctis, neque calidum quidquam comedat, neque lavet, si multa febris detineat, neque oleribus acribus utatur, excepta satureia, aut origano; vinum album bibat. At si febris sit expers, calores autem subinde corripiant, pisces quam optimos et pinguissimos edat, et pinguia et dulcia et quam maxime salsa. Deambulationibus utatur, neque in vento, neque in sole, et post cibos cum tempestivum tibi videbitur, vomat, tepidaque lavet, capite excepto. Ex cibariis panis melior iis, qui maza non victitant, his vero utraque commisceto.

μθ'. [9] Ἑτέρη νοῦσος, ἥ τις καλέεται Φθόη. Βὴξ ἔχει καὶ τὸ πτύσμα πολλὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ ἐνίοτε ῥηϊδίως ἀναβήσσεται, καὶ τὸ πῦον

49. Alius morbus, qui tabes vocatur. Tussis vexat et sputum copiosum est et liquidum, interdumque facile educitur pusque grandini est

[1] διδοὺς θ. — [2] μὴ αὐτῷ οἱ π. — [3] δὲ οὔ. — [4] ἐκεῖν (sic). — [5] μέν. — [6] τευτλ. — [7] μὴ δὲ ἐσθ. — [8] πιωτάτους. — [9] ἄλλη νοῦσος φθόης.

θ., δὲ ἀ. cett.; — Littr. dein ἢν μὲν οἱ πυρετοὶ κ. τ. λ. de suo negationem in affirmationem mutans; ego nihil tango: § 50. τὴν δὲ κάτω κοιλίην μὴ κινέειν, ἢν μὴ οἱ πυρετοὶ λαμβάνωσι ἰσχυροί· ἢν δὲ μὴ λαμβάνωσι, γάλακτι ὄνου ὑποκαθαίρειν. Vidi quidem Littréum h. l. cum uno cod. μή ante λαμβάνωσι eiicere, sed id si fiat, loci sensus pessundatur; est autem monitum in morbo non absimili cum hoc loco nostro congruens, itaque nihil muto; etiam § 40. in febribus a bile purgans adversus febrem ipsam commendari constat. — αὐτῷ vulgatae, cf. lect. V., omm. E θ. Marc., Littr.; — δίδου est lect. cod. θ. a Littr. recepta pro vulg. δὲ οὔ; — ἐγγίνηται E.; — κείνῳ Ald., Parr. 5., Marc., Littr., ἐκείνῳ vulg.

ἢν δὲ — ἐμεέτω.] Pro vulg. Φαρμακίου cod. θ., Mack. Φακίου, quod admitti non posse monet Littr., equidem Φακίου solum h. l. congruere opinor, eadem nomina permutata vide § 55. ubi ἐμεέτω τοῖσι Φακίοισι, sed Φαρμακίοισι G. K. cod. Serv. et Vaticani Foësii.

σιτίοισι δὲ — πινέτω.] ἢν μὴ οἱ π. cod. θ. Corn., Mack., Littr., μέν pro μή vulg.; — ὀρνιθείοισι E. J.; — κολοκύντῃ Ald. E. I. J. K. Marc.; — σεῦτλα de meo, vulg. e V. notavi; — ῥυφεέτω Ald., Parr. 4., Marc., Voss., ῥοφ. vulg., ῥυμφεέτω B.

ἢν δ' — ξυμμίσγειν.] ἢν δ' ἄπ. E., δέ plene vulg.; — πιοτάτους etiam Marc.; — ὅταν οἱ δοκέῃ vulg., de meo σοι scripsi, ut ad medicum referatur.

49. ἑτέρη νοῦσος — ἀσθενής.] ἄλλη Φθόη cod. θ.; — alii libri eandem quam V. ferunt inscriptionem, nisi quod Φθόη, non Φθόης habent, licet genit. etiam habeat cod. Serv.,

οἷον χάλαζα καὶ διατριβόμενον τοῖσι δακτύλοισι σκληρὸν καὶ κάκοδμον γίγνεται· ἡ δὲ φωνὴ καθαρὴ καὶ ἀνώδυνος καὶ οἱ πυρετοὶ οὐ λαμβάνουσι, θέρμη δ' ἐνίοτε, ἄλλως τε καὶ ἀσθενής. Τοῦτον χρὴ ἐλλέβορον πιπίσκειν καὶ φάκιον καὶ εὐωχέειν ὡς μάλιστα, ἀπεχόμενον τῶν δριμέων καὶ κρεῶν βοείων καὶ χοιρείων καὶ οἰείων, καὶ γυμνάζεσθαι ὀλίγα καὶ περιπατέειν, καὶ ἀπὸ σιτίων ἐμέτοισι χρῆσθαι, καὶ λαγνείης ἀπέχεσθαι. Αὕτη ἡ νοῦσος γίγνεται ἑπτὰ ἔτεα ἢ ἐννέα· οὗτος ἢν ἐξ ἀρχῆς θεραπευθῇ, ὑγιὴς γίγνεται.

ν'. Ἄλλη νοῦσος. Ἢν ἀφθήσῃ ἡ σύριγξ τοῦ πνεύμονος, πυρετὸς ἴσχει βληχρὸς καὶ ὀδύνη μέσον τὸ στῆθος καὶ τοῦ σώματος κνησμὸς καὶ ἡ φωνὴ βραγχώδης καὶ τὸ σίαλον ὑγρὸν καὶ λεπτὸν πτύει, ἐνίοτε δὲ παχὺ καὶ οἷον πτισάνης χυλόν· καὶ ἐν τῷ στόματι ὀδμή οἱ ἐγγίγνεται βαρέα, οἷον ἀπὸ ἰχθύων ὠμῶν· καὶ ἄλλοτε [1]καὶ ἄλλοτε ἐν τῷ σιάλῳ ἐμφαίνεται σκληρά, οἷον μύκης ἀφ' ἕλκεος καὶ τὰ ἄνω λεπτύνεται, μάλιστα δὲ ἅπας· καὶ οἱ κύκλοι τοῦ προσώπου ἐρυθριῶσι καὶ οἱ ὄνυχες τῷ χρόνῳ ἕλκονται καὶ ξηροὶ καὶ χλωροὶ γίγνονται. Τελευτᾷ δὲ αὐτίκα, ἢν μὴ θεραπευθῇ, [2]αἷμα πτύων καὶ πῦον· ἔπειτα καὶ πυρετοὶ ἰσχυροὶ ἐπιγενόμενοι κατ' οὖν ἔκτειναν· ἢν δὲ θεραπευθῇ, ἐκφυγγάνει ἐκ ταύτης τῆς φθίσιος. Θεραπεύειν δὲ χρή, φάκια πιπίσκοντα ἐμέειν· ἢν δέ σοι καιρὸς δοκέῃ εἶναι, ἐλλέβορον πίνειν, ἢν μὲν δυνατὸς ἔῃ [3]ὥνθρωπος αὐτόθεν· ἢν δὲ μή, παραμίσγειν τῷ φακίῳ ἥμισυ πόσιος, διαλείπων πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ πόσι· τὴν δὲ κάτω κοιλίην μὴ κινέειν φαρμάκῳ, ἢν μὴ οἱ πυρετοὶ λαμβάνωσι ἰσχυροί· ἢν [4]δὲ μὴ λαμ-

simile et digitis tritum durum et graveolens exsistit. Vox clara et sine dolore emittitur, neque febres corripiunt, sed quandoque calor, isque inprimis debilis. Huic veratrum et lentis decoctum propinato et quam plurimis cibis satiato, dum ab acribus, carnibus bubulis, suillis et ovillis abstineat. Exercitationibus paucis et deambulationibus utatur, post illas vomitiones adhibeat, venere abstineat. Morbus hic septem aut novem annis durat, quodsi huic per initia curationem adhibeas, sanus evadit.

50. Alius morbus. Si pulmonis fistula aphtha laborarit, febris lenis detinet, medio pectore dolor vexat et totius corporis pruritus, vox raucescit, sputum liquidum ac tenue exspuit, interdum etiam crassum ac velut ptisanae succum. In eius ore gravis odor, qualis ex piscibus crudis, suboritur, subindeque in sputo dura quaedam velut fungi frustula ex ulcere apparent, superiora atque adeo totus homo extenuatur, malae rubent, ungues temporis successu contrahuntur, aridi et ex virore pallescentes fiunt. Confestim autem perit sanguinem et pus per sputum reiiciendo, nisi cavetur; postea etiam vehementer supervenientes febres ipsum interficiunt. At si curatus fuerit, ex hac tabe evadit. Curare autem oportet ut epoto lenticulae decocto vomat. Quodsi tempestivum tibi videatur, veratrum per se, si quidem per hominis vires liceat, propinato; sin minus, dimidium potionis ad lenticulae decoctum admisceto, ita ut quinta aut sexta potione desinas. Ventrem autem inferiorem, nisi febres vehementer prehenderint, medicamento purgante ne agitato; quodsi non prehenderint, lacte asinino per in-

[1] Alterum καὶ ἄλλοτε om. — [2] αἷμα — ἔκτειναν om. — [3] ὁ ἄνθρ. — [4] δὲ μὴ λ.

Foësii. Vulgo ἀναβήσσεται καὶ τὸ πῦον οἷον χάλαζα; ἀναβήσσεται οἷον χάλαζα τὸ πῦον est lect. codd. E. Marc.; — καὶ σκληρόν J.; — δ' ἐνίοτε E., δὲ ἐν. vulg.

τοῦτον χρὴ — ἀπέχεσθαι.] καὶ ἀπεχομ. P.' θ.; — τῶν ante δριμ. om. Marc.; — pro οἰείων K. Marc. ὑείων et cod. θ. ὑιων.

50. ἄλλη νοῦσος. ἢν — γίγνονται.] ἄλλη ν. adscripsi ex E. Q.' θ. Mack, vulgo om.; — πνεύμονος G. J. K., πλ. vulg.; — ἰσχυρός pro βληχρός cod. θ.; — βαρέη E. Marc., βαρείη vulg.; — ἐφ' ἕλκεος E., non male; — καὶ χλ. καὶ ξηροί J.

τελευτᾷ — φθίσιος.] Eadem, quae in V., h. l. omm. in Parr. 5.; — αὐτὸν ἔκτειναν vulg., κατ' οὖν ἔκτ. E., in quo alia m. αὐτόν rest., et Marc. sine αὐτόν, quam lect. recepit Littr.; — πλεῖστοι ἐκφυγγάνουσι pro ἐκφυγγάνει solo E. Q.' θ. Marc.

θεραπεύειν — ὑποκαθαίρειν.] δοκ. καιρός K.; — ἔῃ pro ἔῃ E. H. θ. Marc.; — ὥνθρ. iidem et Littr. pro vulg. ὁ ἄ.; —

βάνωσι γάλακτι ὄνου ὑποκαθαίρειν. Ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ ἢ ὥστε πίνειν, ὑποκλύσαι· ἧσσον δὲ κεφαλήν· καὶ ἢν μὲν τὸ σίαλον ἐς τὸ στόμα ἴῃ πολλὸν καὶ ἁλμυρὸν, πρὸς τὰς ῥῖνας προσθεῖναι ὅ τι [1]χολὴν μὴ ἄξει· ἢν δὲ μὴ ἴῃ τὸ ῥεῦμα ἐς τὸ στόμα, μὴ προστιθέναι πρὸς τὴν κεφαλήν· ἐπὴν δὲ τὸ σίαλον δυσῶδες ᾖ, τὰς μεταξὺ τῶν Φακίων ἐγχεῖν ἐς τὸν πνεύμονα Φάρμακον· μίαν δὲ διαλιπὼν ἐπὴν ἔχῃς ἡμέρην, θυμιᾶν. Σιτίοισι δὲ χρῆσθαι κρέασι μηλείοισι καὶ ὀρνιθείοισι καὶ ἰχθύσι σελάχεσι καὶ σκορπίοισι ἑΦθοῖσι· διὰ τετάρτης ἡμέρης τάριχον ἐσθιέτω ὡς ἄριστον καὶ πιότατον καὶ ἀριστάτω μὲν μᾶζαν, δειπνείτω δὲ ξυμμίσγων καὶ ἄρτον· καὶ μήτε ῥυμΦανέτω μηδὲν, μήτε κυκεῶνα πινέτω, ἢν ἐσθίειν δυνατὸς ᾖ· τὰ δ' ὀψὰ ἡδύνειν [2]σησάμῳ ἀντὶ τοῦ τυροῦ καὶ κοριάνῳ καὶ ἀνήθῳ· σιλΦίῳ δὲ μὴ χρῆσθαι μηδὲ λαχάνῳ δριμέϊ, ὅ τι μὴ ὀριγάνῳ ἢ θύμῳ ἢ πηγάνῳ. Περιπάτοισι δὲ χρήσθω καὶ πρὸ τοῦ σιτίου καὶ μετὰ τὸ σιτίον, Φυλασσόμενος τὸν ἄνεμον καὶ τὸν ἥλιον· θωρηξίων ἀπεχέσθω καὶ ἀΦροδισίων· λούσθω δὲ χλιαρῷ, πλὴν τῆς κεφαλῆς, ταύτην δὲ ὡς διὰ πλείστου χρόνου.

να'. [3]Φθίσις νωτιάς. Ἡ νωτιὰς Φθίσις ἀπὸ τοῦ μυελοῦ γίγνεται· λαμβάνει δὲ μάλιστα νεογάμους καὶ ΦιλολάγνουςΦ· γίγνονται δὲ ἄπυροι καὶ ἐσθίειν ἀγαθοὶ καὶ τήκονται· καὶ ἢν ἐρωτᾷς αὐτὸν, Φήσει [4]οἱ ἄνωθεν ἀπὸ τῆς κεΦαλῆς κατὰ τὴν ῥάχιν κατέρχεσθαι δοκεῖν οἷον μύρμηκας καὶ ἐπὴν οὐρέῃ, [5]ἢ ἀποπατέῃ, προέρχεται οἱ θορὸς πουλὺς καὶ ὑγρὸς καὶ γενεὴ οὐκ ἐγγίγνεται, καὶ ὀνειρώσσει, κἂν

feriora purgato. Si vero adeo debilis est, ut bibere nequeat, per infusum subluito, caput autem ne agitato. Quodsi sputum quidem copiosum et salsum ad os defluat, naribus quod bilem minime ducat apponito. Si vero fluxio ad os non vergat, capiti nihil adhibeto. Cum autem sputum graveolens fuerit, intermediis inter lenticulae decoctum diebus medicamentum in pulmones per infusum immittito, intermisso vero uno die suffito. Cibis utatur, carnibus ovillis et volucrium, piscibus mollibus et cartilagineis et scorpiis coctis. Quarto quoque die salsamentum quam optimum et maxime pingue comedat; in prandio quidem maza utatur, in coena vero huic panem admisceat, neque quidquam sorbeat, neque cyceonem bibat, si comedere possit. Opsonia sesamo pro caseo condita et coriandro et anetho comedat. Lasere ne utatur, neque ullo olere acri praeterquam origano, aut thymo aut ruta. Deambulationibus autem ante et post cibum utatur, vitato vento et sole, a crapula et venere abstineat, tepida lavet capite excepto, quod quam rarissime quidem lavet.

51. Tabes dorsalis. Tabes dorsalis e medulla spinali oritur, praecipue vero recens sponsos et libidinosos corripit. Febris sunt expertes, bene comedunt et tabescunt. Quodsi ita affectum perconteris, asseret sibi videri e superioribus partibus a capite velut formicas iuxta spinam descendere, cumque urinam aut stercus reddit, semen genitale copiosum et liquidum ei prodit, neque generatio fit et inter dormiendum, cum

[1] χολὴν ἄξει. — [2] καὶ ἐσθίειν σησάμῳ ἀντὶ τ. — [3] νωτ. Φθ. — [4] οἱ om. sed αὐτῷ post ἄνωθεν. — [5] καί.

ἄνδρα — ἰδιώτην.] Articulum ante *ὑγιείη*, quae librorum est lectio, ex θ. adscripserunt Mack., Littr., quorum hic etiam in H. alia manu adpositum vidit; — *ὑπὸ τῶν ἰητρῶν* Littr. ex θ. et H., in quo al. m. *ὑπό* pro vulg., quam e V. notavi; — *ἐς ὅσον εἰκὸς ἰδ.* cod. θ. Littr., *ἐς* om. vulg., utraque lectio constare potest, itaque de vulgata non deflecto. Sed non nego in hac periodo mirum mihi sonare *καὶ διαγιγνώσκειν*, quod mihi lacunae suspicionem movet, ita ut fortasse scriptum fuisse opiner *κρίνειν τε καὶ διαγιγνώσκειν*. Videant alii quoque!

ταῦτ' οὖν — ὑπερψύχηται.] *ἐπίσταιτο* E. H. Mack., Kühn., Littr., vulgatam e V. notavi; — *ἠπίστατο* Lind., fortasse de suo. Articulum ante *νοσήματα* de meo adscripsi, vide infra *τὰ μὲν οὖν — ἀπὸ τούτων*, articulus abesse nequit; — *τὰ δὲ νοσήματα* cod. θ.; — *ἅπαντα γίνεται* E. H. θ.; — *ἀπὸ χολῆς* Lind., quem sequor, *ὑπὸ χολῆς* cett.

πάσχει — τούτων.] *ἀπό* ante *ποτῶν* et *τρωμ.* vulg., sed omm. praepositionem E. H. θ. Lind., Mack., Littr., contra ante *ὀσμῆς* vulg. om., sed addunt Mack., Littr. e cod. θ.; —

ἀπὸ τούτων. Δεῖ δὲ πρὸς ταῦτα τὸν ἰδιώτην ἐπίστασθαι, ὁκόσα εἰκος ἰδιώτην· ὅσα δὲ τοὺς χειροτέχνας εἰκὸς ἐπίστασθαι καὶ προσφέρειν καὶ διαχειρίζειν, περὶ τούτων καὶ τῶν λεγομένων καὶ [1]τῶν ποιευμένων οἷόν τε εἶναι γνώμῃ τινὶ ξυμβάλλεσθαι. Ἤδη οὖν ὁπόθεν ἕκαστα δεῖ ἐπίστασθαι, ἐγὼ φράσω.

est; ea vero quae artis peritos aequum est scire et admovere et tractare, de his iisque quae dicuntur et aguntur cum intelligentia quadam coniecturam facere posse debet. Iam igitur unde horum quodque nosse oporteat, dicam.

β'. [2]Ἢν ἐς τὴν κεφαλὴν ὀδύναι ἐμπέσωσι, τούτου τὴν κεφαλὴν ξυμφέρει διαθερμαίνειν λούοντα πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ πταρμὸν ποιέοντα φλέγμα καὶ μύξαν [3]ὑπεξάγειν· καὶ ἢν μὲν πρὸς ταῦτα ἀπαλλάσσηται τῆς ὀδύνης· — ἢν δὲ μὴ ἀπαλλάσσηται, καθῆραι τὴν κεφαλὴν φλέγμα, διαιτᾶν δὲ ῥυφήματι καὶ ποτῷ ὕδατι· οἶνον δὲ μὴ προσφέρειν, ἔστ' ἂν ἡ περιωδυνίη παύσηται· τὸν γὰρ οἶνον [4]ὅταν θερμὴ ἐοῦσα ἡ κεφαλὴ σπάσῃ, ἡ περιωδυνίη ἰσχυροτέρη γίγνεται· τὰ δὲ ἀλγήματα ἐσπίπτει ὑπὸ [5]τοῦ φλέγματος, ὅταν ἐν τῇ κεφαλῇ κινηθὲν ἀθροισθῇ. Ἢν δὲ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὀδύνη καὶ σκοτοδινίη ἐμπίπτῃ ἐς τὴν κεφαλήν, ὠφελέει μὲν καὶ ταὐτὰ προσφερόμενα· ὠφελέει δὲ καὶ ἢν αἷμα ἀφαιρεθῇ ἀπὸ τῶν μυκτήρων, ἢ ἀπὸ τῆς φλεβὸς τῆς ἐν τῷ μετώπῳ· ἢν δὲ πουλυχρόνιον καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ἐν τῇ κεφαλῇ γένηται καὶ μὴ ἀπαλλάσσηται καθαρθείσης τῆς κεφαλῆς, ἢ σχάσαι δεῖ τούτου τὴν κεφαλήν, ἢ τὰς φλέβας κύκλῳ ἀποκαῦσαι· τῶν γὰρ λοιπῶν [6]ἀπὸ τούτων μοῦνον ἐλπὶς ὑγιέα γενέσθαι.

2. Cum capitis dolores acciderint, caput multae calidae lotione calefacere confert, et sternutamento excitato pituitam et mucum educere. Ex quibus si dolor solvatur, haec satis sunt. Sin minus, caput pituita repurgandum et sorbitione in victus ratione utendum et in potu aqua. Vinum autem minime offerendum, quoad dolor sedetur. Vehementior enim dolor evadit, ubi caput calidum vinum attraxerit. Dolores autem ex pituita ingruunt, ubi mota et in capite coacervata fuerit. Quodsi subinde dolor et tenebricosa vertigo in caput incidat, eadem quidem admota prosunt. Iuvat etiam sanguis ex naribus aut ex vena frontis detractus. At si diuturnus et vehemens capitis morbus evaserit, neque capite purgato tollatur, caput pertundere, aut venas circum adurere convenit. Haec enim unica sanitatis spes relicta est.

[1] τῶν om. — [2] h. l. inscriptio θεραπεία τῆς κεφαλῆς γενομένης ἐν αὐτῇ ὀδύνης. — [3] ὑπάγειν· ἢν μὲν κ. τ. λ. — [4] ὁκόταν. — [5] τοῦ om. — [6] ὑπὸ τούτων μούνων.

τοῦ θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ E. H. θ., Mack., Littr., τοῦ θερμοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ ψ. vulg. — Ego vero singulis locis ὑπό scripsi, ubi edi solet ἀπό: — unus liber tamen ὑπό relictum fert uno loco, vid. lectt. Voss.

δεῖ δὲ — ξυμβάλλεσθαι.] γινώσκειν om H., vulgo nempe εἰκὸς γινώσκειν ἰδιώτην; — mihi illud γινώσκειν emblema alienum esse videtur, licet in H. al. m. restituatur: initio huius capituli similis dictio obvia. Unus G. διαχειρίζεσθαι; — περὶ δὲ τούτων vulgo, ego otiosum δέ sustuli, a librariis enim invectum videtur; — καί ante τῶν λεγομένων Parr. 5., θ., Lind., Mack., Littr.; e vulgata abest. Ante γνώμῃ τινί vulgo τὸν ἰδιώτην, sed e superiore loco otiose repetitum nomen reiicio.

ἤδη — φράσω.] Vulgo τούτων ὁπόθεν, sed τούτων om. θ., contra idem liber τὸν ἰδιώτην fert ante ἐπίστασθαι, quod recepit Littr.; ego utrumque otiosum habeo.

2. ἢν ἐς τὴν κεφ. — γίγνεται.] ἂν ἐς τὴν κ. E.; — πολλῷ θερμῷ Littr. e K. solo; — ποιεῦντα cod. θ.; — καὶ μύξας cett., de meo sing. num. repono, vide Aph. 59. VI. 45. V.; — ὑπεξάγειν Littr. ex K., ubi alia manu id scribitur, et θ.; — ἢν μέν sine antecedente καί Parr. 7., uti V. Post τῆς ὀδύνης libri ἀρκεῖ ταῦτα, sed his scriptoribus familiaris est aposiopesis quam h. l. et paulo post § 4. recentior manus explevit. Equidem emblema alienum non ferendum puto; — σπάσῃ etiam V. pro vulg. σπάσει.

τὰ δὲ ἀλγήματα — γενέσθαι.] ἐσπίπτει ἀπό F.; — articulum ante φλέγματος omm. Parr. 5. θ., Lind., hic fortasse cum cod. V.; — ἐμπίπτῃ etiam Voss.; — ταὐτὰ προσφ. de meo scripsi, ταῦτα προσφ. vulg.; — κἢν αἷμα cod. θ.; — γένηται de meo dedi, γίνηται cett.; — τὸ γὰρ λοιπὸν [καὶ] ἀπὸ τ. Lind.; — μόνων E. H. θ., μούνων J., uti V.

γ'. Τοὺς δὲ νοσέοντας χρὴ σκοπεῖν [1] εὐθὺς ἀρχομένους ἐν τῇ καταστάσι τῶν νοσημάτων, ὅτου ἂν δέωνται, καὶ οἵους [2] τ' ἐόντας φαρμακεῦσαι καὶ ἄλλο ὅπερ ἄν τις ἐθέλῃ προσενέγκαι· ἢν δὲ, τὴν ἀρχὴν παρεὶς, τελευτώσης τῆς νούσου προσφέρῃς· ἀπειρηκότι ἤδη τῷ σώματι δεδιὼς ἔτι ἰσχύοντι προσενέγκαι, κίνδυνος ἁμαρτάνειν μᾶλλον ἢ ἐπιτυγχάνειν.

δ'. Ἢν ἐς τὰ ὦτα ὀδύνη ἐμπέσῃ, λούειν ξυμφέρει πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ [3] πυριᾶν τὰ ὦτα· καὶ ἢν μὲν [4] πρὸς ταῦτα περιΐστηται τὸ φλέγμα λεπτυνόμενον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ ἡ ὀδύνη ἀπολείπῃ· — ἢν δὲ μὴ, τῶν λοιπῶν ἄριστον φάρμακον [5] πῖσαι ἄνω, ὅ τι φλέγμα καθαίρει, ἢ τὴν κεφαλὴν καθῆραι φλέγμα· τὸ δὲ ἄλγημα [6] τοῦτο καὶ γίγνεται, ὅταν ἔσωθεν πρὸς τὴν ἀκοὴν φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς προσπέσῃ. Ἢν δὲ τὰ παρὰ τὴν φάρυγγα φλεγμήνῃ, ἀναγαργαρίζειν χρή· ἢν δὲ τὰ οὖλα ἤ τι τῶν ὑπὸ τῇ γλώσσῃ φλεγμαίνῃ, διαμασητοῖσι χρῆσθαι. Ἢν δὲ ἡ σταφυλὴ κατακρεμασθῇ καὶ πνίγῃ, — ἔνιοι δὲ τοῦτο καλέουσι γαργαρεῶνα, — παραχρῆμα μὲν τοῖσι ἀναγαργαλίκτοισι χρῆσθαι, σκευάζων ὡς γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι· ἢν δὲ πρὸς ταῦτα μὴ ἰσχνὴ γένηται, ὄπισθεν ξυρήσαντα τὴν κεφαλὴν, σικύας

3. Statim autem per initia in morborum constitutione respicere oportet, qua re indigeant aegrotantes, eosque dum ferre valent purgare, et quidvis aliud iis offerre. Sin praetermisso principio, sub morbi finem, praebeas, corpore iam confecto, cum veritus es adhuc viribus valenti offerre, periculum est ne potius frustreris quam aliquid assequaris.

4. Si dolor ad aures incidat, multa calida lavare et aures fovere confert; et si quidem ab his pituita extenuata a capite deducatur, dolorque desinat, haec satis sunt. Sin minus, prae ceteris optimum fuerit medicamentum, quod sursum pituitam purgat, propinare, aut ex capite pituitam expurgare. Hic vero dolor etiam suboritur, ubi intrinsecus ad meatum auditorium pituita ex capite illapsa fuerit. At si fauces inflammatione tententur, oris collutionibus utendum. Si vero gingivae aut pars quaedam sub lingua inflammatione detineatur, iis, quae manducantur, utendum. Si uva suspensa fuerit, et suffocationem faciat, — curculionem nonnulli vocant, — confestim quidem gargarismis apparatis, — velut in medicamentis scriptum est, utendum. Quodsi ex his gracilis non evadat, occipitio deraso cucurbitulae duae admovendae et sanguis plurimus detrahendus,

[1] εἰ εὐθὺς κ. τ. λ. — [2] τε ὄντας. — [3] πυριῆν, — [4] πρὸς ταῦτα om. — [5] πεῖσαις. — [6] καὶ τοῦτο.

3. τοὺς δὲ νοσέοντας — ἐπιτυγχάνειν.] Lind. [δὲ] χρή, — equidem de meo item δέ dedi, sed alio loco; — εἰ εὐθύς, ut V., Parr. 4., Ald.; — τ' ἐόντας effeci ex τε ὄντας ceterorum; — φαρμακευθῆναι vulgo, καὶ φαρμακευθῆναι cod. θ., de meo activum dedi; — ὅ τι ἄν τις H., ubi alia m. ὅ περ, et cod. θ.; — ἐθέλῃ H., θέλῃ vulg. — Sequentium lectio in libris haec est: ἢν δὲ τὴν ἀρχὴν παρεὶς (παρῇς E.) τελευτώσης τῆς νούσου προσφέρῃς (προσφ. om. E., sed al. m. προσφέρεις) ἐν ἀπειρηκότι ἤδη τῷ σώματι δεδιὼς (δέδιεν Ald., Parr. 6., δέδειεν H.) ἰσχυρόν H. (ἰσχύοντι E., sed al. m. vulg., F. G. H. I. J. K., Ald.) (σώματι δὲ διενισχύοντι cod. θ.)... — Littr. in his ἐν ἀπειρηκότι ἤδη τῷ σώματι εἰ δεῖ ἕν ἰσχυρόν τι προσενέγκαι, κινδ. κ. τ. λ., sed hoc ferri nequit; quum iam ante legatur ἢν δὲ προσφέρῃς, inepte iterum εἰ δεῖ ἕν ἰσχυρόν τι προσενέγκαι infertur. — Cod. Voss. habet: ἢν δὲ τὴν ἀρχὴν παρεὶς τελευτώσης τῆς νόσου προσφέρῃς ἐν ἀπειρηκότι ἤδη τῷ σώματι, κίνδυνος κ. τ. λ. — Equidem ἐν ante ἀπειρηκότι utpote otiosum reieci; illud δέδιεν mihi ortum esse visum est ex δεδιὼς ἔτι, tum veram lect. agnovi in ἰσχύοντι manuscriptorum et Aldi.

4. ἢν ἐς τὰ ὦτα — προσπέσῃ.] πολλῷ θερμῷ cum solo H. Littr.; — πυριᾶν cod. θ. sine καί, cett. καὶ πυριῆν; — plura mss. πρὸς ταῦτα omm.; — post ἀπολείπῃ vulgo ἀρκέει (cod. θ. ἀρκεῖ) ταῦτα, de quo emblemate alieno ad § 2. initium iam dixi; — εἰ δὲ μή, E. H. θ.; — φαρμάκων vulg., sed plures libri scripti et editi φάρμακον; — ὅτι ἄνω Lind.; — φλέγμα ἄγει cod. θ.; — καθῆραι ᾧ καθαίρεται τὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα vulg., sed cum cod. θ. omisi ᾧ καθαίρεται τὸ τῆς κεφαλῆς; — καὶ [διὰ] τοῦτο Lind.; — ἀπὸ τῆς κεφ. cod. θ.

ἢν δὲ — γίγνεται.] ἢν φλεγμήνει τὰ περὶ τὴν φ. E.; — φλεγμαίνῃ cod. θ.; — ἀναγαργαλίκτοισι aut ἀναγαργαρίστοισι χρῆσθαι E. H. θ.; — ἢ τῶν ὑπὸ τῇ γλώσσῃ τι E. H. θ., nisi quod θ. fert τὴν γλῶσσαν. Ceterum post χρή legi solet γίγνεται δὲ καὶ ταῦτα ἀπὸ φλέγματος et dein iterum post χρῆσθαι legitur vulgo: ἀπὸ φλέγματος δὲ καὶ ταῦτα γίγνεται. Ego utrumque emblema alienum reiicio.

ἢν δὲ πρὸς ταῦτα — καταρρυῇ.] ἰσχνὴ μὴ γίνεται cod. θ.; — ἢν δὲ μηδὲ τούτοισι Bas., Parr. 5., Littr., vulg. e V. notavi; — ἐξιέναι pro vulgato ἐξαγαγεῖν dedi ex E. H. Q.'

προσβάλλειν δύο καὶ τοῦ αἵματος ἀφαιρέειν ὡς πλεῖστον, καὶ ἀνασπάσαι ὀπίσω τὸ ῥεῦμα τοῦ φλέγματος· ἢν δὲ [1] μηδὲ τούτοισι καθίστηται, σχάσαντα μαχαιρίῳ τὸ ὕδωρ ἐξιέναι, σχάζειν δὲ, ὅταν τὸ ἄκρον ὑπέρυθρον [2] γένηται· ἢν δὲ μὴ τοιοῦτον γενόμενον τμηθῇ, φλεγμαίνειν ἐθέλει καὶ ἔστι [3] ὅτε ἐξαπίνης ἔπνιξε· γίγνεται δὲ καὶ τοῦτο ὑπὸ φλέγματος, ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς θαλφθείσης ἀθρόον καταρρυῇ. Ὅσα δὲ περὶ ὀδόντας γίγνεται ἀλγήματα, ἢν μὲν βεβρωμένος ᾖ καὶ κινέηται, ἐξαιρέειν· ἢν δὲ μὴ βέβρωται, μηδὲ κινέηται, ὀδύνην [4] δὲ παρέχῃ, καύσαντα ἀποξηρῆναι· ὠφελέει δὲ καὶ τὰ διαμασήματα· αἱ δὲ ὀδύναι γίγνονται, ὅταν φλέγμα ὑπέλθῃ ὑπὸ τὰς ῥίζας τῶν ὀδόντων· ἐσθίονται δὲ καὶ βιβρώσκονται οἱ μὲν [5] ὑπὸ φλέγματος, οἱ δὲ [6] ὑπὸ σιτίων, ἢν φύσι ἀσθενέες ἔωσι καὶ κοιλίην ἔχοντες καὶ πεπηγότες ἐν τοῖσι οὔλοισι κακῶς.

pituitaeque cursus in posteriora revellendus. Si vero neque his subsidat, scalpello ut aqua emittatur, pertundito. Quod faciendum ubi summa eius pars subrubra exstiterit. Ac nisi tunc secetur, inflammari consuevit, interdumque derepente suffocat. Hoc vero etiam ex pituita accidit, ubi calefacto capite ex eo confertim defluxerit. In dentium autem doloribus, si quidem dens erosus fuerit et mobilis, eximendus. Quodsi neque erosus fuerit, neque moveatur, sed dolorem inferat, ustione resiccandus. Prosunt etiam quae commanducantur. Dolores vero oriuntur, ubi pituita in dentium radices sese insinuarit. Exeduntur autem et eroduntur partim quidem a pituita, partim vero a cibis, si natura debiles fuerint, et cavum habeant et in gingivis male infixi sint.

ε'. Ἢν δὲ ἐν τῇ ῥινὶ [7] πώλυπος ἐγγένηται, οἷον πρῆσμα γίγνεταί τε καὶ ἀπογκέει ἐκ τοῦ μυκτῆρος ἐς τὸ πλάγιον· ἐξαιρέεται δὲ βρόχῳ διελκόμενος ἐς τὸ στόμα ἐκ τῆς ῥινός· οἱ δὲ καὶ φαρμάκοισι ἐκσήπονται· φύεται δὲ ὑπὸ φλέγματος.

5. Si polypus in nare innascatur, velut quoddam flatu distentum oritur et ex obliquo tumidum prominet ex nare. Eximitur autem laqueo ad os pertractus. Quidam etiam medicamentis tabefiunt. Ex pituita autem gignitur.

Ταῦτα μὲν ὅσα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς [8] γίγνεται νοσήματα, πλὴν ὀφθαλμῶν· ταῦτα δὲ χωρὶς γεγράψεται.

Atque hi quidem morbi a capite nascuntur praeter oculorum morbos, de quibus seorsim scribetur.

ϛ'. Περὶ δὲ τῶν κατὰ κοιλίην νοσημάτων ἐνθυμέεσθαι χρὴ τάδε· πλευρῖτις, περιπνευμονίη, καῦσος, φρενῖτις· αὗται καλέονται

6. At vero in ventris morbis haec in considerationem adhibenda. Morbus lateralis, pulmonum inflammatio, febris ardens et phrenitis,

[1] μή. — [2] γίνηται. — [3] ὅταν. — [4] δέ om. — [5] ἀπό. — [6] ἀπὸ σ. — [7] πολύπονος ἐγγένηται οἷον πρῆγμα πνέεταί τε καὶ ἀπογκέει εἰ ἐκ τοῦ. — [8] φύονται νουσήματα.

θ.; — δ' ὅταν cod. θ.; — ὑπέρυθρον γένηται ex E. H. θ.; Littréus, ὑπερ. γίν. vulg.; — τοιοῦτον sine γενόμενον H. θ.; — ἐθέλει Parr. 6. et θ., Littr., θέλει vulg.; — ἐξάπινον vulg., ἄπνοον H., sed adscribitur ἐξαίφνης, cod. θ. ἄπνουν, de meo ἐξαπίνης scripsi; — γίνεται δὲ τοῦτο cod. θ.; — ἀπὸ φλέγμ. Lind.

ὅσα δὲ — κακῶς.] ἢ μηδὲ κιν. G. I. K., ἢ μὴ κιν. E. H. θ.; — καὶ βιβρώσκονται omm. H. θ.; — ὑπὸ φλεγμ. et ὑπὸ σ. τ. E. H. Q.' θ., Littr., ἀπό locis singulis vulg.; — σίτων cod. θ.

5. ἢν δὲ — φλέγματος.] ἐν om. E.; — πώλυπος cod. θ', Lind., πόλυπος vulg.; γένηται ex θ. Littr.; — vulgo οἷον πρῆγμα πνέεταί τε καὶ ἀπογκέει, — Foësius coniicit Galenum h. l. πρῆσμα legisse, cf. Oecon. et Gl. Galeni; πνίγεται cod. θ. pro πνέεται, Foës. vero in notulis τείνεται coniicit, monens Calvum πήγνυται legisse sibi videri. Mihi quid Calvus legerit, non constat. Cum Foësio πρῆσμα hic legam e Gal., sed in vulgato πνέεται non τείνεται latere videtur, sed γίνεται. — Nunc, puto, τε constare potest, quod Littr. reiecit, opinatus e superiore ται repetitum esse; ceterum vulgatam servavit, sed Gallice haec reddidit, quasi omisso οἷον legisset: πρῆγμα ἀναπνέειν. In seqq. διὰ τῆς ῥινός cod. J.; — ἀπὸ φλέγματος Lind.

ταῦτα — γεγράψεται.] γίγνεται de meo dedi: φύεται H. θ. Littr., vulgo φύονται, ut V.; — sed hoc verbum e superiore φύεται originem traxit, auctor γίγνεται scripsit; — πλὴν ὀφθαλμίας K.; — χωρίς E. H. θ., ἰδίως vulg., illud dedi, quum noster alio loco eadem formula utatur.

6. περὶ δὲ τῶν — μάλιστα.] καλεῦνται cod. θ.; — καί ante γίνονται, quod codd. ferunt, om. K.; — μέν ut

ὀξεῖαι καὶ γίγνονται [1] μὲν μάλιστα καὶ ἰσχυρόταται τοῦ χειμῶνος, γίγνονται δὲ καὶ τοῦ θέρεος, ἧσσον δὲ καὶ μαλακώτεραι· ἢν δὲ παρατυγχάνῃς, ταῦτα ἂν καὶ ποιέων καὶ ξυμβουλεύων τυγχάνοις μάλιστα.

ζ'. Πλευρῖτις. Πυρετὸς ἴσχει καὶ τοῦ πλευροῦ ὀδύνη καὶ ὀρθόπνοια καὶ βὴξ· καὶ τὸ σίελον κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπόχολον πτύει, ἐπειδὰν δὲ πεμπταῖος [2] γένηται ἢ ἑκταῖος, καὶ ὑπόπυον. Τούτῳ τοῦ μὲν πλευροῦ τῆς ὀδύνης διδόναι, ὅ τι [3] ἀποστήσει ἀπὸ τοῦ πλευροῦ τό τε φλέγμα καὶ τὴν χολήν· ἡ γὰρ ὀδύνη οὕτως ἂν εἴη μαλακωτάτη· τὴν δὲ κοιλίην θεραπεύειν [4] ὑπάγοντα καὶ ψύχοντα κλύσματι, οὕτω γὰρ τῇ νούσῳ τῇ ξυμπάσῃ ξυμφορώτατον· προσφέρειν δὲ ποτόν τε καὶ ῥόφημα καὶ τὰ πόματα διδόναι ὀξύτερα, ὡς τὸ [5] σίαλον ἀνακαθαίρηται ἀπὸ τοῦ πλευροῦ· ὅταν δὲ καθαίρεσθαι ἄρξηται τὸ πῦον, θερμαίνοντα ξυμφέρει [6] τὸ πλευρὸν ἔξωθεν πεπαίνειν τὰ πρὸς τὸ πλευρόν· πρόσθεν δὲ οὐ ξυμφέρει· ξηραίνεται γάρ. Γίγνεται δὲ ἡ νοῦσος αὕτη μάλιστα μὲν ἐκ [7] ποσίων, ἢ ὅταν τις ὑγράζοντος τοῦ σώματος, ἢ μεθύων, ἢ νήφων ῥιγώσῃ· γίγνεται δὲ καὶ ἄλλως. Κρίνεται δὲ ἡ νοῦσος, ἡ μὲν βραχυτάτη ἑβδόμῃ, ἡ δὲ μακροτάτη τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ· καὶ ἢν [8] μὲν ταύτῃ πτυσθῇ καὶ καθαρθῇ τὸ πῦον ἀπὸ τοῦ πλευροῦ, [9] ὑγιὴς γίγνεται· ἢν δὲ μὴ πτυσθῇ, ἔμπυος γίγνεται καὶ ἡ νοῦσος μακρή.

η'. Κρίνεσθαι δ' ἔστι ἐν τῇσι νούσοισι, ὅταν αὔξωνται αἱ νοῦσοι, ἢ μαραίνωνται, ἢ μεταπίπτωσι ἐς ἕτερον νόσημα, ἢ τελευτῶσι.

θ'. Περιπνευμονίη. Πυρετὸς ἴσχει καὶ βὴξ,

acuti vocantur et maxime quidem et vehementissimi hieme accidunt. Oriuntur quoque aestate, sed minus et leviores. Quodsi forte his intersis, ubi haec feceris et in consilium adhibueris, praecipue voti compos fies.

7. Morbus lateralis est cum febris detinet, lateris dolor, spiratio difficilis, quae non nisi erecta cervice trahitur et tussis; sputum per initia quidem aliquantum biliosum exspuit, ubi vero quintum aut sextum diem attigerit, etiam aliquantum purulentum. Huic in lateris dolore quod pituitam et bilem a latere inhibeat, exhibeto, dolor enim sic levissimus erit. Ventrem vero ita curare oportet ut clystere subducas et refrigeres, hoc enim omni morbo convenientissimum exsistit. Exhibendus etiam potus et sorbitio et potiones acidiores propinandae, ut sputum de latere per superiora educatur. Ubi vero pus repurgari coeptum sit, quae latus calefaciunt conferunt et exteriore parte lateri admovenda quae maturent. Prius autem adhibere non confert, quod resiccetur. Oritur autem hic morbus ex potationibus praecipue, aut cum quis humecto corpore vel temulentus vel sobrius rigore correptus fuerit; fit et aliis ex causis. Iudicium autem subit hic morbus, cum brevissime quidem, septimo die, cum longissime vero, decimo quarto. Quo quidem si pus ex latere repurgatum et per sputum reiectum fuerit, sanus evadit. Sin minime exspuatur, purulentus fit et morbus longius protrahitur.

8. Iudicari autem morbi dicuntur, cum increscunt, aut exolescunt aut in alium transeunt, aut desinunt.

9. In pulmonis inflammatione febris detinet

[1] μέν om. — [2] ἐγγένηται καὶ ἑκταῖος. — [3] ἀποστήσει — χολήν· ἡ abest. — [4] ὑπάγοντα καὶ ψύχοντα κλύσματι. — [5] sic V. — [6] τό om. — [7] πόσιος. — [8] μὲν ἐς τ. — [9] ὑγιὴς γίνεται.

V. omni. Parr. 5.; — τάδ' ἂν E. H. θ., τυγχάνοις Littr. e Parr. 5. et θ., idemque habet V., τυγχάνῃς vulg.

7. πλευρῖτις — ὑπόπυον.] σίελον ex θ. Littr.; — καὶ ἑκταῖος Parr. 4., cf. lectt. Voss.

τούτῳ — γάρ.] κοιλίην ὑπάγειν θεραπεύοντα καὶ ψύχοντα κλύσματι cod. θ., equidem dedi lect. cod. Voss. et Parr. 4.; vulgo ὑπάγοντι καὶ ψύχοντι κλύσματι; — ξυμφορώτατα ceteri, de meo sing. numerum dedi; porro πώματα διδόναι δὲ ὀξύτερον cod. θ.; — σίελον rursus θ.; — τὰ πρὸς τῷ πλευρῷ E. H. θ.

γίγνεται — ἄλλως.] ποσίων E. H. Q.' θ., Mack., Littr., vulgatam e V. notavi; — ἢ ante ὅταν de meo adscripsi, ut sensus loci constet, ἢ aut καί h. l. interponendum est, praefero vero particulam disiunctivam. In vulgata scriptura non intelligo, quomodo quis ἐκ ποσίων νήφειν dicatur.

κρίνεται — μακρή.] κἢν μὲν ἐν ταύτῃ cod. θ.

8. κρίνεσθαι — τελευτῶσι.] δ' E. H., δέ vulg.

9. περιπνευμονίη — ὑπόπυον.] τῇ ἕκτῃ vulgo, articulum om. H., in quo rest. al. m., θ. Littr.

καὶ ἀποχρέμπτεται τὸ μὲν πρῶτον φλέγμα παχὺ καὶ καθαρόν, ἕκτῃ [1] δὲ καὶ ἑβδόμῃ ὑπόχολον καὶ ὑποπέλιον, ὀγδόῃ δὲ καὶ ἐνάτῃ ὑπόπυον. Τούτῳ ἢν μὲν ὀδύνη [2] ἐγγένηται ἢ τοῦ νώτου ἢ [3] τῶν πλευρέων, διδόναι ὅπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι τοῦ πλευροῦ τῆς ὀδύνης ἐν τῇ φαρμακίτιδι γέγραπται· ποτοῖσι δὲ καὶ ῥυφήμασι καὶ τῆς κοιλίης ἐς ὑποχώρησιν καὶ ψύξιν κατὰ ταὐτὰ θεραπεύειν τῇ πλευρίτιδι· ὅκως δὲ τὸ σίαλον ἐκ τοῦ πνεύμονος [4] ἀνακαθαρεῖται καὶ τὸ πύον, διδόναι φάρμακα ποτά, οἷσι ὁ πνεύμων ὑγραίνεται καὶ καθαίρεται τὸ πύον ἄνω. Ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίγνεται, ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς [5] φλέγμα ἀθρόον ῥυῇ ἐς τὸν πνεύμονα· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐκ πλευρίτιδος [6] μεθίσταται ἐς περιπνευμονίην καὶ καῦσον· κρίνεται δ' ἐν ἡμέρῃσι ἡ μὲν βραχυτάτη [7] ἐν τεσσερεσκαίδεκα, ἡ δὲ μακροτάτη ἐν δυοῖν [8] δεούσαις εἴκοσι· διαφεύγουσι δὲ ὀλίγοι· γίγνονται δὲ καὶ ἔμπυοι ἐκ ταύτης τῆς νούσου, ἢν μὴ ἐν τῇσι κυρίῃσι ὁ πνεύμων καθαρθῇ.

ι'. Φρενῖτις ὅταν λάβῃ, πυρετὸς ἴσχει βληχρὸς [9] τὸ πρῶτον καὶ ὀδύνη πρὸς τὰ ὑποχόνδρια, μᾶλλον δὲ πρὸς τὰ δεξιὰ ἐς τὸ ἧπαρ· ὅταν δὲ τεταρταῖος γένηται, καὶ πεμπταῖος, ὅ τε πυρετὸς ἰσχυρότερος γίγνεται καὶ αἱ ὀδύναι, καὶ τὸ χρῶμα ὑπόχολον γίγνεται καὶ τοῦ νοῦ παρακοπή. Τούτῳ τῆς μὲν ὀδύνης ἅπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι διδόναι, καὶ χλιαίνειν, ἵν' [10] ἡ ὀδύνη ἔχει, [11] τὴν κοιλίην δὲ θεραπεύειν καὶ τἄλλα ποιέειν τὰ αὐτά,

et tussis, et primum quidem pituitam crassam et puram exscreat, sexto vero ac septimo die aliquantulum biliosum et sublividum, octavo autem et nono pure permixtum. Huic si dorsi aut laterum dolor oboriatur, exhibeto quod in morbo laterali ad lateris dolorem facere in medicamentorum tractatione scriptum est. Potibus autem et sorbitionibus, alvi etiam subductione et refrigeratione, iisdem, quibus in morbo laterali curatio facienda est. Ut autem sputum et pus ex pulmonibus sursum educatur, exhibenda sunt in potu medicamenta, quibus pulmo humectatur et pus per superiora repurgatur. Hic autem morbus oritur cum pituita ex capite confertim ad pulmones defluxerit. Interdum vero ex morbo laterali in pulmonis inflammationem et febrem ardentem transitus fit. Iudicatur autem brevissime quidem decimo quarto die, longissime vero duodevigesimo. Pauci effugiunt; fiunt vero etiam suppurati ex hoc morbo, nisi pulmo intra iudicatorios dies repurgatus fuerit.

10. Ubi phrenitis occupat, primum levis febris detinet et dolor circa praecordia, magis autem dextera ad hepar. Cum autem quartum, aut quintum diem attigerit, tum febris vehementior, tum dolores maiores fiunt, colorque aliquantum biliosus redditur et mens offenditur. Huic ad dolorem eadem, quae in morbo laterali, exhibeto et qua parte dolor detinet tepefacientia admoveto. Alvus vero curanda eademque reliqua excepto potu facienda. Potu quovis

[1] δέ om. — [2] ἐγγίνηται. — [3] τοῦ. — [4] ἀνακαθᾶραι καὶ τὸ πῦον ἄνω omissis intermediis. — [5] πνεῦμα. — [6] μεθίσται. — [7] ἐς. — [8] δὲ οὔσαις. [9] τὸ πρῶτον ἧπαρ omissis intermediis. — [10] ἡ om. — [11] καὶ τήν.

τούτῳ — ἄνω.] ἐγγίνηται Parr. 6., Littr., ἐγγίνεται vulg., cum Mackio aor. dedi; — copula ante ῥυφήμασι in K. deest; — τὴν ὑποχώρησιν cett., malui omittere articulum; — ὑποχωρήσι καὶ ψύξι e θ excerpit Littr.; — καὶ ταῦτα E. P.', καὶ κατὰ ταὐτά Q.'; — ἀνακαθαίρηται cod. θ., vulg. e V. notavi, ἀνακαθαρεῖται Littr.; — ὑγιαίνεται ὁ πν. K., ὁ πλ. καθαίρεται καὶ ὑγρ. τὸ πῦον ἄνω cod. θ.

ἡ δὲ νοῦσος — καθαρθῇ.] μεθίσταται Littr. ex E. H. K. θ.. vulg. e V. notavi; — καὶ καῦσον vulg., καὶ ἐκ καύσου Littr. ex E. H. θ., cum quo quominus sequerer hos libros, prohibuit sophistae locus ex parte priore libri de morbis I. in extrema § 3., ubi vide. Scripsi δ' ἐν cum H., δὲ ἐν cett.; ἐν ante τεσσερεσκαιδ. om. Lind., τεσσερεσκαιδ. scripsi e θ., τεσσαρεσκαιδ. cett., nisi quod E. τέσσαρσι καὶ δέκα habet; — cod. θ. δεούσαιν, quod Littréus recepit, δεούσαις vulg.; — ταύτην ὀλίγοι vulg.; pronomen omisi cum Parr. 3. et Voss.; ἔμπυοι καί cod. θ.

10. Φρενῖτις — παρακοπή.] μᾶλλον δ' ἐς τὰ δεξιά E. H., δὲ ἐς Q.' Lind.; — πρὸς τὸ ἧπαρ E. Q.' θ. Lind.; — παρακόπτει cod. θ.

τούτῳ — γίγνεται.] ἣν ὀδ. E. H. θ.; — ἔχῃ vulg., ἔχει Littr.; — τοῖσιν αὐτοῖσιν pro τὰ αὐτά E., ubi ποιέειν post αὐτοῖσι, Q.' θ. Lind.; — ἐθέλῃ H., sed al. m. vulg. reponitur; — θελήσει cod. θ.; — πλὴν οἴνου infertur post χρῆσθαι in E. H. θ.; — ἢ ante ὄξος om. cod. θ.; — καὶ ὕδωρ om. K.; — διδόναι om. H., E. vero habet δίδου post ἐθέλῃς; — post διδόναι, uti V., ἢ ὕδωρ J, K. θ. Tum

πλὴν τοῦ ποτοῦ· ποτῷ δὲ χρῆσθαι τῶν ἄλλων ὅτῳ ἂν ἐθέλῃς, πλὴν οἴνου, ἢ ὄξος καὶ μέλι καὶ ὕδωρ [1]διδόναι· οἶνος δὲ οὐ ξυμφέρει τοῦ νοῦ παρακόπτοντος, [2]οὔτε ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ, οὔτε ἐν τῇσι ἄλλῃσι· λούειν δὲ πολλῷ καὶ θερμῷ [3]κατὰ τῆς κεφαλῆς ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ ξυμφέρει· μαλασσομένου γὰρ τοῦ σώματος καὶ ἱδρὼς μᾶλλον γίγνεται καὶ ἡ κοιλίη καὶ τὸ οὖρον διαχωρέει καὶ αὐτὸς [4]ἑωυτοῦ ἐγκρατέστερος γίγνεται. Ἡ δὲ νοῦσος γίγνεται [5]ὑπὸ χολῆς, ὅταν κινηθεῖσα πρὸς τὰ σπλάγχνα [6]καὶ τὰς φρένας προσίζῃ· κρίνεται δὲ ἡ μὲν βραχυτάτη ἑβδομαίη, ἡ δὲ μακροτάτη ἑνδεκαταίη· διαφεύγουσι δὲ καὶ ταύτην ὀλίγοι· μεθίσταται δὲ καὶ αὕτη ἐς περιπνευμονίην, καὶ ἢν μεταστῇ, ὀλίγοι διαφεύγουσι.

alio praeterquam vino utendum, aut acetum et mel et aqua exhibenda. Vinum autem mente offensa neque in hoc morbo, neque in quibusvis aliis confert. In hoc autem morbo caput multa calida lavare confert. Molliore enim reddito corpore, sudor magis oritur alvusque et urina excernitur, ipseque moderatior evadit. Hic morbus oritur ex bile commota, ubi ad viscera et septum transversum resederit. Iudicatur autem ut brevissime septimo, ut longissime vero undecimo. Hunc etiam morbum pauci effugiunt, et hic quoque in pulmonis inflammationem transit, ac, ubi transierit, pauci evadunt.

ια'. Καῦσος δὲ ὅταν ἔχῃ, πυρετὸς ἴσχει καὶ δίψα ἰσχυρή· καὶ ἡ γλῶσσα τρηχέα καὶ μέλαινα γίγνεται ὑπὸ θερμότητος τοῦ πνεύματος καὶ τὸ χρῶμα ὑπόχολον γίγνεται καὶ τὰ [7]ὑπιόντα χολώδεα, καὶ τὰ μὲν ἔξω ψυχρὸς γίγνεται, τὰ δ' ἔσω λίην θερμός. Τούτῳ ξυμφέρει ψύγματα προσφέρειν καὶ πρὸς τὴν κοιλίην καὶ ἔξωθεν πρὸς τὸ σῶμα, [8]φυλασσόμενον μὴ φρίξῃ· καὶ τά τε πόματα καὶ τὰ ῥυφήματα διδόναι πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον ὡς ψυχρότατα, τὴν δὲ κοιλίην θεραπεύειν, [9]κἢν μὲν μὴ ὑποχωρέῃ τὰ ἐνεόντα, κλύσαι· ψύχειν [10]δὲ κλύσμασι ὡς ψυχροτάτοισι ἢ ὁσήμεραι ἢ διὰ τρίτης. Ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίγνεται ὑπὸ χολῆς, ὅταν κινηθεῖσα ἐντὸς τοῦ σώματος καταστηρίξῃ· φιλέει δὲ καὶ ἐς

11. In febre ardente febris et sitis vehemens detinet, lingua aspera et nigra propter respirationem calidam, color aliquantum biliosus fit et biliosa alvi recrementa. In aegro partes exteriores frigidae sunt, interiores vero admodum calent. Huic refrigerantia et alvo et exteriore corporis parte admovere convenit, ea cautione adhibita ut ne inhorrescat. Potiones quoque et sorbitiones crebrae et paulatim quam frigidissimae exhibendae. Alvus vero curanda et si quidem contenta non subeant subluenda et per infusa quam frigidissima vel quotidie, vel tertio quoque die refrigeranda. Hic morbus oritur ex bile commota, ubi in aliquam interiorem corporis partem incubuerit. Consuevit etiam in pulmonis inflammationem transire. Iudicatur

[1] διδόναι ἢ ὕδωρ· οἶνον δὲ κ. τ. λ. — [2] οὔτε ἐν ταύτῃ τῶν πυρετῶν, οὔτε ἐν ἑτέρισι ἄλλῃσι. — [3] καὶ κατά. — [4] αὐτοῦ. — [5] ἀπό. — [6] καὶ τὰ ἑβδομαία omissis intermediis. — [7] πτύα. — [8] φυλασσόμενος. — [9] καὶ ἢν μὲν ὑποχ. — [10] τέ.

οἶνον Parr. 4.; — παρακοπέντος vulg., Littr. παρακόπτοντος ex H., sed al. m., et cod. θ.; — οὔτ' — οὔτ' idem; — ἐν αὐτῇ τῇ Parr. 3., Q.', Lind.; lectionem, quam e V. excerpsi, in quibusdam Parr. vidit Littr.; — καὶ κατὰ τὴν κεφ. vulg., καί om. Littr. cum E. H. Q.' θ., qui κατὰ τῆς κεφαλῆς, nisi quod θ. non legit τῆς; hos sequor. — Parr. 6. θ., uti V., αὐτοῦ, vulg. ἑαυτοῦ, de meo Ionice scripsi.

ἡ δὲ νοῦσος — διαφεύγουσι.] ἡ δὲ νοῦσος κρίνεται vulg., sed h. l. ἡ δὲ νοῦσος omm. H. θ. Littr., qui e θ. dedit κρίνεται δέ; — ταχυτάτη E.; — ἑβδόμη cod. θ.; ἑνδεκάτη E. θ.; δεκαταίη K.; — καὶ αὐτή cod. θ.; — διέφυγον idem.

11. καῦσος δὲ — θερμός.] δέ om. K.; τρηχέη I. J. K. θ., Littr., τρηχείη vulg.; — dein vulgo τοῦ πνεύματος ὑπό γε θερμότητος, sed E. H. K. Lind., Mack., legunt id, quod recepi; — ὑπιόντα E., in quo al. m. vulg. rest., θ. Lind., Mack., Littr., ὑπεόντα Q.'; — πτύαλα vulg., πτύα, ut V., F. I. J. Vulgo λίαν, alii libri λίην ante θερμός, sed λίαν om. Littr. cum H. θ., ut opinor.

τούτῳ — τρίτης.] φυλασσόμενον cod. θ. Littr., φυλασσόμενος vulg.; — τὰ πώματα cod. θ. sine τε; — copulam ante κατ' ὀλίγον om. θ.; — pro κἢν ferunt ἢν H. θ.; — δὲ κλύσμασι ex E. H. θ. Littréus, vulg. e V. notavi.

ἡ δὲ νοῦσος — πολλοί.] ἢ δεκάτῃ omm. θ., Mack., Littr.: — ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ e Parr. 4. etiam adnotat Littr., itaque fuit quoque lectio ἐν τεσσαρεσκαίδεκα, cuius

περιπνευμονίην μεθίστασθαι· κρίνεται δὲ ἡ μὲν βραχυτάτη ἐνάτῃ, ἢ δεκάτῃ, ἡ δὲ μακροτάτη [1]τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· καὶ ἢν μὲν μεταστῇ ἐς περιπνευμονίην, ὀλίγοι διαφεύγουσι· ἢν δὲ μὴ μεταστῇ, διαφεύγουσι πολλοί.

Αὗται μὲν οὖν ὀξεῖαι καλέονται καὶ δεῖ ταύτας οὕτω θεραπεύειν.

ιβ'. Ὁκόσοι δὲ ἄλλοι τοῦ χειμῶνος πυρετοὶ γίγνονται, εἴτ' ἐξ οἴνου, εἴτ' ἐκ κόπου, εἴτ' ἐξ ἄλλου τινὸς, φυλάσσεσθαι χρή· [2]μεθίστανται γὰρ ἐνίοτε ἐς τὰς ὀξείας νούσους. Ἡ δὲ μετάστασις αὐτῶν τοιαύτη γίγνεται· [3]ὅταν, τῶν δύο κεκινημένων, τοῦ φλέγματός τε καὶ τῆς χολῆς, μὴ τὰ ξυμφέροντα προσφέρηται τῷ σώματι, ξυστρεφόμενα αὐτὰ πρὸς ἑωυτὰ τό [4]τε φλέγμα καὶ ἡ χολὴ προσπίπτει τοῦ σώματος [5]ᾗ ἂν τύχῃ καὶ γίγνεται ἢ πλευρῖτις, ἢ φρενῖτις, ἢ περιπνευμονίη· φυλάσσεσθαι οὖν χρὴ τοὺς [6]πυρετοὺς τοὺς ἐν τῷ χειμῶνι· ἡ δὲ φυλακὴ [7]ἔστω ἡσυχίη καὶ ἰσχνασίη καὶ τῆς κοιλίης κένωσις· ῥυφήμασι δὲ καὶ πόμασι διάγειν, ἕως ἂν ὁ πυρετὸς μειωθῇ.

ιγ'. Τῶν νούσων σχεδόν τι μάλιστα αἱ ὀξεῖαι καὶ ἀποκτείνουσι καὶ ἐπιπονώταταί εἰσι καὶ δεῖ πρὸς αὐτὰς φυλακῆς τε πλείστης καὶ θεραπείης ἀκριβεστάτης καὶ ἀπὸ τοῦ θεραπεύοντος κακὸν [8]μὲν μηδὲν προσγίγνεσθαι, ἀλλ' ἀρκέειν τὰ ἀπ' αὐτῶν τῶν νοσημάτων ὑπάρχοντα, [9]ἀγαθὸν δὲ ὅ τι ἂν οἷός τε ᾖ· καὶ ἢν μὲν ὀρθῶς θεραπεύοντος τοῦ ἰητροῦ, ὑπὸ μεγέθεος τῆς νούσου κρατέηται ὁ κάμνων, οὐχὶ τοῦ ἰητροῦ [10]αὕτη ἡ ἁμαρτίη ἐστί· ἢν δὲ μὴ θεραπεύοντος ὀρθῶς, μηδὲ γιγνώσκοντος, ὑπὸ τῆς νούσου κρατέηται, τοῦ ἰητροῦ.

autem ut brevissime quidem nono aut decimo die, ut longissime vero decimo quarto. Et si quidem ad pulmonis inflammationem devenerit, pauci effugiunt, sin non transierit, multi evadunt.

Atque hi quidem acuti morbi vocantur, quos hoc modo curare convenit.

12. Quae febres aliae hieme sive ex vino, sive ex lassitudine, sive ex alia quavis re oriuntur, diligenter observandae sunt. Interdum enim in acutos transeunt morbos, earumque transitio fit huiusmodi. Agitatis duobus humoribus, bile ac pituita, ubi quae minime conveniunt corpori admoventur, ipsi in sese collecti in eam corporis partem, quamcumque fors obtulerit, incidunt, fitque aut morbus lateralis, aut phrenitis, aut pulmonis inflammatio. Febres igitur hieme exortas diligenti cura observare oportet. Sit autem prudens illa cura, ut quies, gracilitas et ventris evacuatio adhibeatur. In sorbitionibus autem et potionibus perdurandum, donec imminuta fuerit.

13. Ex omnibus fere morbis acuti praecipue et interficiunt et maximos labores excitant, iique plurima observatione et accuratissima curatione indigent. Neque ab eo, qui curat, malum aliquod inferri debet, sed satis sint quae a morbis nascuntur ipsis, et contra bonum quodcumque praestare possit adferat. Quodsi, cum probe curet medicus, morbi magnitudine superetur aeger, haec medici culpa non est. Sin, cum non recte curet, neque morbum cognoscat, a morbo superetur, medici culpa est.

[1] ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. — [2] μεθίσταται. — [3] ὅταν δὲ δύο κ. — [4] τε om. — [5] ὅπου ἂν τ. — [6] πυρετοὺς ἐν χ. — [7] αὐτῶν ἔστω. — [8] μέν om. — [9] ἀγαθήν. — [10] καὶ αὕτη.

illud vestigium est; — μεταστῇ Mack. e cod. θ., Littr. ex eodem et pluribus Parr., idem mihi V. praebet, καταστῇ vulg.

12. ὁκόσοι — νούσους.] Articulum ante χειμῶνος om. H., sed rest. al. m.; — εἴτ' locis singulis E. H., εἴτε vulgo; — ἐξ om. θ.; — μεθίσταται, ut V., Parr. 6. θ.

ἡ δὲ μετάστασις — μειωθῇ.] τῶν ante δύο omm. E. H. Q.' Lind., sed cod. θ. om. τῶν δύο; — articulum ante φλέγματος et χολῆς omm. E. H. θ.; — τε om. K.; — προσφέρῃ cod. θ.; — ᾗ ἂν τ. iam Lind., dein e pluribus codd. Littr. pro vulg. ὅπου. Articulum ante χειμῶνι H. θ. Mack., Littr., — vulgo abest; — αὐτῶν ἔστω vulg., ut V., αὐτῶν omm. H., ubi rest. al. m., et θ.

13. ἀγαθὸν δὲ — ἰητροῦ.] οἷός τε ἐὰν ᾖ cod. θ.; — in οὐχὶ — ἐστι Littr. dedit lectionem codicis θ.; in codd. E. H. K. καί ante τοῦ ἰητροῦ legitur in eadem ceterum lectione, — vulgo: οὐχὶ καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτία τοῦ ἰητροῦ

ιδ'. Τοῦ δὲ θέρεος τάδε [1] γίγνεται· πυρετὸς ἴσχει ἰσχυρὸς καὶ δίψα καὶ ἐμέουσι ἔνιοι χολήν· ἐνίοισι δὲ καὶ κάτω διαχωρέει· τούτοισι δὲ πίνειν διδόναι καὶ [2] ῥυφᾶν, ὅ τι ἄν σοι δοκέῃ ἐπιτήδειον εἶναι· [3] ἢν δὲ προσίστηται πρὸς τὴν καρδίην χολὴ ἢ φλέγμα, ἐπιπίνοντες ὕδωρ ψυχρὸν, ἢ μελίκρητον [4] ἐμούντων· ἢν δὲ ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, κλύσματι χρῆσθαι, ἢ βαλάνῳ. Ἡ δὲ νοῦσος γίγνεται ἀπὸ χολῆς· ἀπαλλάσσονται δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι, [5] ἢ ἐναταῖοι. Ἢν δὲ τοῦ πυρετοῦ ἔχοντος μὴ καθαίρωνται μήτε κάτω, μήτε ἄνω, πόνος δὲ ἐνῇ καθ' ἅπαν τὸ σῶμα, ὅταν ᾖ τριταῖος ἢ τεταρταῖος, φαρμάκῳ ὑποκαθῆραι ἐλαφρῷ κάτω, ἢ πόματι· ποιέειν δὲ ῥύφημα ἀπὸ κέγχρου ἢ ἀλήτου καὶ πόμασι τοῖσι [6] αὐτοῖσι θεραπεύειν· πάσχουσι δὲ καὶ ταῦτα ὑπὸ χολῆς. Ἢν δὲ τὰ μὲν ἔξω μὴ πυρώδης ᾖ σφόδρα, τὰ δ' ἔσω, καὶ ἡ γλῶσσα τρηχέα καὶ μέλαινα [7] γένηται, καὶ οἱ πόδες καὶ αἱ χεῖρες ἄκραι ψυχραὶ, τούτῳ φάρμακον μὲν μὴ διδόναι, θεραπεύειν δὲ προσφέρων ψύγματα καὶ πρὸς τὴν κοιλίην καὶ πρὸς τὸ ἄλλο σῶμα. Καλέεται δὲ καυσώδης ὁ πυρετὸς οὗτος· κρίνεται δὲ μάλιστα ἑνδεκαταῖος καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖος. Ἢν δὲ τὸ πῦρ λαμβάνῃ καὶ μεθίῃ, τοῦ δὲ σώματος αὐτὸν βάρος ἔχῃ, [8] τοῦτον, ἕως μὲν ἂν τὸ πῦρ ἔχῃ, ῥυφήμασι καὶ πόμασι θεραπεύειν· ὅταν δὲ μὴ ἔχῃ, διδόναι καὶ σιτία· καθῆραι δ' ὡς τάχιστα φαρμάκῳ, ἤν τε ἄνω δοκέῃ σοι δεῖσθαι, ἤν τε κάτω.

ιε'. Ἢν δὲ πυρετὸς μὲν μὴ ἔχῃ, τὸ δὲ στόμα πικρὸν ἔῃ καὶ τὸ σῶμα βαρύνηται

14. Aestate haec accidunt; febris vehemens et sitis detinet, quidam bilem vomitione reiiciunt, quibusdam etiam per inferiora secedit. Quibus quodcumque conveniens esse tibi videbitur potui, vel sorbendum exhibeto. Quodsi bilis vel pituita circa cor urgeat, aqua frigida aut mulsa epota vomendum et si venter infra non subeat, infuso vel glande utendum. Morbus hic ex bile oritur. Liberantur autem fere septimo vel nono die. Quodsi, cum febris detinet, neque per inferiora, neque per superiora purgantur, totumque corpus laboret, tertio vel quarto die levi medicamento vel potione per inferiora purgandum parandaeque sorbitiones ex milio et farina, iisdemque potionibus utendum. Haec vero etiam ex bile accidunt. — Si quidem partes exteriores non admodum igneae videantur, sed interiores, linguaque aspera et nigra facta sit et pedes summaeque manus frigidae sint, huic ne medicamentum quidem exhibueris, sed curationem per refrigerantia et ventri et toti corpori adhibita facito. Haec febris ardens nominatur, iudicaturque fere die undecimo et decimoquarto. Quodsi febris prehenderit et dimiserit, corporis autem gravitas detinuerit, hunc quidem quamdiu febris tenuerit sorbitionibus ac potionibus curato. Cum vero minime detinuerit, etiam cibos exhibeto et quam citissime medicamentum purgans exhibeto, sive sursum, sive deorsum tibi eo opus esse videatur.

15. Sin febris quidem non detineat, os tamen amarum habeat, corporis gravitas adsit, cibum-

[1] γίνονται. — [2] sic V. — [3] ἢν δὲ μὴ πρ. — [4] ἐμέειν. — [5] ἢ ἐνατ. om. — [6] αὐτοῖσι om. — [7] γίνεται. — [8] τούτων.

ἐστίν. — Porro ἐὰν δέ cod. θ.; — μηδὲ γινώσκοντος vulg., ἢ μὴ γιν. Littr. e solo θ.

14. τοῦ δὲ θέρεος — ἢ βαλάνῳ.] τάδε γίνονται vulg., — Littr. γίνεται ex P.' θ.; — ῥυφεῖν vulg., ῥυφῆν Ald., ῥοφῆν Bas., ῥυφᾶν, ut V., Parr. 6.; — καὶ ῥοφεῖν post εἶναι ferunt H. θ.; — καὶ μελικρ. F.; — ἐμούντων Littr. ex θ., vulgatam e V. notavi; — βαλανίῳ θ. In sequenti periodo de meo ἀπό dedi, cett. ὑπό.

ἢν δὲ τοῦ πυρετοῦ — χολῆς.] μήτε ἄνω μήτε κάτω E. H.; — ἢ τριτ. vulg., ᾖ τριτ. H. K. θ., Mack., Littr.; — ἀπὸ δὲ κέγχρου ποιέειν ἢ τοῦ ἀλ. ῥυφ. E. H. θ.

ἢν δὲ — σῶμα.] γίνεται vulg., γίνεται E. H. θ. Littr.; — de meo aoristum dedi.

καλέεται — τεσσαρεσκαιδεκαταῖος.] καλέεται δὲ ὁ πυρ. καυσώδης οὗτος vulg., cum Lind., Littréo dedi quod Parr. 6. ferunt et Voss., καλεῖται δὲ καυσώδης ὁ δὲ πυρ. οὗτος κριν. cod. θ. — Vulgo δεκαταῖος καὶ τεσσαρεσκαιδ., in qua lect. Corn., Foës. legendum censuerunt ἑνδεκαταῖος. — Littr. ex H. θ. δεκαταῖος καὶ ἑνδεκαταῖος καὶ τεσσαρεσκαιδ.; equidem cum Corn., Foësio consentio.

ἢν δὲ — κάτω.] αὐτὸν βάρος E. θ.; — βάρος αὐτόν vulg.; — δ' ὡς E. H. δὲ ὡς vulg.: — σοι δοκέῃ cod. θ.

15. ἢν δὲ — καταστηρίξῃ.] μέν om. H.; — πικρὸν ἔχῃ cett., ἔῃ de meo; — βαρύνειται καὶ ἀσιτίῃ cod. θ.

καὶ ἀσιτέῃ, φάρμακον διδόναι· πάσχει δὲ ταῦτα ὑπὸ χολῆς, ὅταν ἐς τὰς φλέβας καὶ τὰ ἄρθρα καταστηρίξῃ. Ὁκόσαι δὲ ἄλλαι ὀδύναι ἐν τῷ θέρει κατὰ [1] τὴν κοιλίην γίγνονται, ὁκόσαι μὲν πρὸς τὰ ὑποχόνδρια καὶ τὴν καρδίην, μελίκρητον ὑδαρὲς ποιέων, ὅσον τρεῖς κοτύλας, ὄξος παραχέας, δὸς πιεῖν χλιερόν· καὶ ἐπισχὼν ὀλίγον χρόνον ξυνθαλφθεὶς πυρὶ καὶ ἱματίοισι, ἐμείτω· ἢν δὲ ἀπεμέσαντι αὖτις προσιστῆται καὶ πνίγῃ, αὖτις ἔμετον ποιείσθω· ἢ λούσας αὐτὸν πολλῷ καὶ θερμῷ ὑποκλύσαι καὶ χλιάσματα προστιθέναι, ἐὰν [2] ἡ ὀδύνη ἔχῃ· πάσχουσι δὲ ταῦτα μάλιστα ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὅταν κινηθὲν προσπέσῃ πρὸς τὴν καρδίην· διδόναι δὲ τοῖσι τὰ τοιαῦτα [3] ἀλγήματα ἀλγέουσι καὶ τῶν φαρμάκων ἃ γέγραπται [4] τῆς ὀδύνης παύοντα ἐν τῇ φαρμακίτιδι. Ἢν δὲ μεθιστῆται ἡ ὀδύνη ἄλλοτε ἄλλῃ τῆς κοιλίης καὶ ἀπύρετος ᾖ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ πίνειν διδόναι τῆς ὀδύνης [5] εἵνεκα, ἅπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι γέγραπται, ἢ τῶν ἄλλων ὅ τι ἂν σοι δοκέῃ· ἢν δὲ μὴ ἀπαλλάσσηται τῆς ὀδύνης, ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ κάτω, σιτίων δ' ἀπέχεσθαι, ἕως ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ· τὰ δὲ τοιαῦτα ἀλγήματα ὅσα οὕτως πλανᾶται, ὑπὸ χολῆς γίγνεται. Ὅσαι δὲ κάτωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ ὀδύναι γίγνονται, ὑποκλύσαι μαλακῷ κλύσματι· ἢν δὲ μὴ παύωνται, φάρμακον δοῦναι κάτω.

ιϛʹ. Ὁκόσαι δ' ὀδύναι ἐξαπίνης γίγνονται ἐν τῷ σώματι ἄνευ πυρετοῦ, ξυμφέρει λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ χλιαίνειν· τὸ γὰρ φλέγμα καὶ ἡ χολὴ ξυνεστηκότα μὲν [6] ἰσχυ-

que minime admittat, medicamentum exhibeto. Haec autem ex bile accidunt, cum ad venas et articulos decubuerit. Ac ad dolores, quicumque alii per aestatem oriuntur, qui quidem ad praecordia et cor feruntur, aquam mulsam aquosam aceti tribus affusis heminis, tepidam propinato et ubi modico tempore eam continuerit, et igne et vestibus contectus incaluerit, vomat. Quodsi a vomitu rursus urgeant, et strangulent, rursus vomitum cieto aut multa calida loto alvum subluito et tepefactoria quamdiu dolor detinuerit admoveto. Haec autem praecipue ex pituita oriuntur, cum commota ad cor irruperit. His vero qui huiusmodi doloribus conflictantur, etiam ea medicamenta exhibenda, quae ad huiusmodi sedandum in medicamentorum tractatione scripta sunt. At si dolor subinde ad aliam ventris partem citra febrem transierit, multa calida lavandum et ad dolorem ea potui exhibenda, quae in morbo laterali scripta sunt, aut aliud quodcumque tibi visum fuerit. Quodsi dolore non liberetur, medicamento per inferiora purgandum, cibis vero quoad dolor tenuerit abstineat. Huiusmodi autem dolores, qui ita vagantur, ex bile oriuntur. In doloribus vero qui infra umbilicum contingunt, alvus molli infuso est subluenda, qui si non sedentur, medicamentum deorsum purgans exhibendum.

16. Qui vero dolores derepente citra febrem corpori accidunt, in his multa calida lavare et tepefactoriis uti confert. Pituita enim et bilis coacta quidem valida sane sunt et quacumque

[1] τήν om. — [2] ἡ om. — [3] ἀλγήματα om. — [4] παύοντα τὴν τοιαύτην νοῦσον ἐν τῇ φαρμ. — [5] ἕνεκα. — [6] ἰσχυρά γε ἐστὶ κρατέῃ καθ' ὁποῖον τοῦ σ. στῇ.

ὁκόσαι — φαρμακίτιδι.] τὴν κοιλίην E. H., sed hic al. m. τήν, quod in vulg. om.; — καὶ ξυνθαλφθείς Ald., Parr. 4., θ., καί om. vulg.; — ἐπεμέσαντι E. H., hic al. m., et P.′; — αὖτις — αὖτις H. θ., αὖθις utroque loco vulg.; — πνίγηται cod. θ.; — ἐὰν ὀδύνη ἔχῃ idem; — ὑπὸ φλέγματος Parr. 5., θ.; — τά ante τοιαῦτα omm. E. H.; — καί ante τῶν φαρμ. omm. iidem; — φαρμακίων Parr. 4.; — τῆς ὀδύνης παύοντα cod. θ., τὴν τοιαύτην ὀδύνην παύοντα E., et H. sine τοιαύτην, nisi quod rest. al. m.; — παύοντα τὴν τοιαύτην νοῦσον vulg., παύοντα τῆς τοιαύτης νούσου Ald.

ἢν δὲ — γίγνεται.] καὶ ἀπυρ. ᾖ om. H., in quo rest. al. m., et θ.; — sed post θερμῷ H. ἢν ᾖ ἄπ., obliteratum alia m., et θ., qui tamen ἄπυρος; — ἕνεκα, ut V., Parr. 4.; — ἅπερ H., ὅπερ E. Q.′ θ., ἃ vulg.; — σίτων cod. θ.; — δ' ἀπεχ. E. H., δέ plene vulg.; — ὅσα οὕτως om. H., οὕτως om. θ.; — καὶ ὑπὸ χολῆς H.

ὅσαι δέ — πάλιν.] κάτω H., sed al. m. κάτωθεν; — παύωνται cum Mack. dedi pro vulg. παύηται.

16. ὁκόσαι δ' ὀδ. — σώματος.] ὁπόσαι δ' E. H., unde δ' pro δέ recepi; — καὶ χλιαίνειν om. K.; — ἰσχυρά γέ ἐστι vulg. et δέ pro γε Ald. Q.′, δή I. J. K., sed γε omm.

ρά ἐστι καὶ κρατέει καθ' ὁκοῖον ἂν τοῦ σώματος στῇ καὶ πόνον τε καὶ ὀδύνην ἰσχυρὴν παρέχει, διακεχυμένα δὲ ἀσθενέστερά ἐστι καθ' ὅ ἂν εὔδηλα ᾖ τοῦ σώματος.

ιζ'. Τὰ δὲ νοσήματα, ὅσα τοῦ θέρεος [1]γίγνεται, εἴωθε γίγνεσθαι οὕτως· ὅταν τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ ἡλίου θαλφθῇ, ὑγραίνεται· ὑγραινόμενον δὲ νοσέει, ἢ πᾶν, ἢ [2]ἐς ὅ τι ἂν καταστηρίξῃ τὸ φλέγμα καὶ ἡ χολή. Ἢν μὲν οὖν τις αὐτὰ ἀρχόμενα θεραπεύῃ, οὔτε μακρὰ γίγνεται, οὔτ' ἐπικίνδυνα· ἢν δὲ μὴ θεραπεύῃ, [3]ἢ κακῶς θεραπεύῃ, [4]φιλέει καὶ μακρότερα γίγνεσθαι, πολλάκις δὲ καὶ κτείνει.

ιη'. Καὶ τριταῖοι δὲ καὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γίγνεσθαι πεφύκασι. Αὕτη ἡ κατάστασις τῶν νοσημάτων μάλιστα μὲν τοῦ θέρεος γίγνεται, ἐνίοισι δὲ καὶ τοῦ χειμῶνος. Τριταῖος δὲ πυρετὸς ὅταν ἔχῃ, ἢν μέν σοι δοκέῃ ἀκάθαρτος εἶναι, τῇ τετάρτῃ φάρμακον δοῦναι· ἢν δὲ μή σοι δοκέῃ φαρμάκου δεῖσθαι, διδόναι φάρμακα ποτά, οἷσι ἢ μεταστήσεται ὁ πυρετὸς ἢ ἀπολείψει, διδόναι δὲ ὥσπερ γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι· καὶ ἐν τῇ μὲν λήψι ῥυφήμασι καὶ ποτῷ διαιτᾶν, ταῖς δὲ διὰ μέσου, σιτίοισι διαχωρητικοῖσι. Λαμβάνει δ' ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ οὐκ ἐπὶ πλεῖστον· ἢν δὲ μὴ θεραπεύηται, ἐθέλει μεθίστασθαι ἐς τεταρταῖον καὶ γίγνεσθαι πουλυχρόνιος. Ἢν δὲ τεταρταῖος λαμβάνῃ, ἢν μὲν ἀκάθαρτος ᾖ, καθαίρειν πρῶτον μὲν τὴν κεφαλήν· καὶ [5]διαλιπὼν τρεῖς ἢ τέσσερας ἡμέρας, φάρμακον διδόναι ἄνω κατ' αὐτὴν τὴν λῆψιν· διαλιπὼν δὲ κάτω δοῦναι ἕτερον ἐν αὐτῇ τῇ λήψι· ἢν δὲ πρὸς

corporis parte constiterint, ibi vim obtinent, vehementemque tum laborem, tum dolorem excitant. Diffusa vero quacumque corporis parte se prodant imbecilliora sunt.

17. At vero morbi, qui per aestatem accidunt, sic oriri solent. Ubi corpus ex sole incaluerit, humectatur, humectatum vero aegrotat vel totum, vel ea parte, in quam pituita et bilis decubuerint. Eos igitur si quis per initia curaverit, neque longi, neque periculosi redduntur. Sin non cures, aut male cures, et longiores esse consueverunt et plerumque interficiunt.

18. Quin etiam ex his tertianae et quartanae oriri solent. Haec morborum constitutio potissimum quidem per aestatem, interdum autem per hiemem accidit. Cum febris tertiana detinuerit, si quidem non purgatus esse tibi videatur, quarto die medicamentum purgans exhibeto. At si medicamento opus esse tibi non videatur, in potu ea medicamenta danda sunt, quibus febris aut transmutetur, aut desinat, quemadmodum in medicamentis scriptum est. Et in accessione quidem sorbitione et potu nutriendum, intermediis autem diebus cibis alvum subducentibus. Quae ut plurimum non ita saepe prehendit, nisi vero curetur, in quartanam transire et diuturna esse solet. Si autem quartana prehenderit, si quidem non purgatus fuerit, primum quidem caput purgandum et tribus, aut quatuor interiectis diebus sub ipsam accessionem medicamentum sursum purgans exhibendum, rursus aliquo intervallo interiecto aliud medicamentum deorsum purgans in ipsa

[1] γίνονται. — [2] ἐς ὃ μέρος καταστ. — [3] ἢ κακῶς θερ. om. — [4] φιλέει μακρότερα γίνεσθαι πεφύκασιν omissis intermediis. — [5] διαλείπων.

E. H. θ. Littr.; — ἀσθενέστερά τε ἐστι cod. θ.; ἔνδηλον ᾖ idem.

17. τὰ δὲ νοσ. — κτείνει.] γίνονται vulg., γίνεται E. H. θ. Littr.; — ὅ τι ἂν E. H. θ. Littr., ὃ μέρος ἂν vulg., ὅ τι μέρος ἂν P.′ Q.′ Lind., Mack.; ἂν omm. G. I. J. K.; — οὔτ' ἐπικινδ. E. H., οὔτε vulg.; — ἢν δὲ μὴ θεραπευθῇ H., additur al. m. θεραπεύῃ ἢ κακῶς, — ἢν δεη (i. e. δὲ ἢ) μὴ θεραπευθῇ cod. θ., θεραπευθῇ E. H. Q.′ θ.; — καὶ ἔστιν ὅτε καὶ κτείνει cod. θ.

18. καὶ τριταῖοι — χειμῶνος.] καί principio om. E., μέν pro δέ K.; — τῶν αὐτῶν Littr. ex H. θ., τῶν τοιούτων vulg.; — γίνεται· γίνεται δὲ ἐν τοῖσι καὶ τοῦ χ. cod. θ.

τριταῖοι δὲ — διαχωρητικοῖσι.] τετάρτῃ sine τῇ E.; — διδόναι δὲ φαρμ. H.; — ἢ ante μεταστήσεται omm. θ. Littr.; — δ' ὥσπερ cod. θ.; — ἐν τῇσι φαρμακίῃσι Parr. nonnulli; — καὶ ἐν τῇ λ. dedi ex H., in quo ἐν al. m. additur, vulgo ἐν abest.

λαμβάνει δ' ὡς — πουλυχρόνιος.] καὶ λαμβάνει δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ cod. θ.; — καὶ γίνεται πουλυχρ. (πολυχρ. H.) E. H. θ.

ἢν δὲ τεταρταῖος — γέγραπται.] δέ om. θ.; — διαλειπών idem, unde Littr. aor. dedit, vulgo διαλείπων; — τέσσερας cod. θ., vulgo per $\overline{\alpha}$ et $\overline{\tau\tau}$, sed E. H. Littr. τέσσαρας. Porro δοῦναι ἄνω E. H. θ.; — nonnulli codd. omm.

ταῦτα μὴ παύηται, διαλιπὼν πάλιν, λούσας πολλῷ καὶ θερμῷ, δοῦναι τῶν [1] φαρμάκων ἃ γέγραπται· ποτοῖσι δὲ καὶ ῥυφήμασι καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ χρῆσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τριταίου· λαμβάνει δὲ οὗτος ὁ πυρετὸς τοὺς μὲν πλείστους πουλὺν χρόνον, τοὺς δὲ καὶ ὀλίγον· καὶ γίγνεται μὲν [2] ὅ τε τριταῖος καὶ ὁ τεταρταῖος ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος· διότι δὲ τριταῖος καὶ τεταρταῖος, ἑτέρωθί μοι γέγραπται. Δύναμιν δ' ἔχει [3] τούτων τῶν πυρετῶν τὰ φάρμακα πινόμενα, ὥστε τὸ σῶμα κατὰ χώρην εἶναι ἐν τῇ ἐωθυίῃ θερμότητί τε καὶ ψυχρότητι καὶ μήτε θερμαίνεσθαι παρὰ φύσιν μήτε ψύχεσθαι· διδόναι δὲ ὡς ἐν τῇ φαρμακίτιδι γέγραπται.

ιθ'. Φλέγμα λευκὸν ὅταν ἔχῃ, τὸ σῶμα οἰδέει πᾶν [4] λευκῷ οἰδήματι καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρης [5] ποτὲ μὲν δοκέει [6] ῥάων εἶναι, ποτὲ δὲ φλαυρότερος καὶ τὸ οἴδημα ἄλλοτε ἄλλῃ τοῦ σώματος μέζον τε καὶ ἔλασσον γίγνεται· τούτῳ φάρμακα διδόναι κάτω, ὑφ' ὧν ὕδωρ [7] ἢ φλέγμα καθαίρεται· διαιτᾶν δὲ σιτίοισι καὶ ποτοῖσι καὶ πόνοισι, ὑφ' ὧν ὡς ξηρότατος ἔσται καὶ ἰσχνότατος. Ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίγνεται ἀπὸ φλέγματος, ὅταν τις ἐκ πυρετῶν πολυχρονίων φλεγματώδης ὢν ἀκάθαρτος γένηται, τρέπηταί τε τὸ φλέγμα αὐτοῦ ἀνὰ τὰς σάρκας· καὶ λευκότερον μὲν οὐδὲν τοῦτο τοῦ ἄλλου [8] φλέγματος, ὁ δὲ χρὼς φαίνεται λευκότερος· τὸ γὰρ αἷμα ὑπὸ πλήθους τοῦ φλέγματος ὑδαρέστερον γίγνεται καὶ οὐκ ἔνι ὁμοίως ἐν αὐτῷ τὸ [9] εὔχροον καὶ διὰ τοῦτο λευκότεροι τε φαίνονται καὶ

accessione dandum. Quodsi per haec non sedetur, rursus intermissis aliquot diebus multa calida loto medicamenta, quae scripta sunt, exhibenda. Potionibus autem et sorbitionibus, reliquaque victus ratione, velut in tertiana, utendum. Haec autem febris plurimos quidem longo tempore invadit, quosdam vero etiam pauco et oritur quidem tum tertiana, tum quartana ex bile et pituita; quam vero ob caussam tertiana et quartana fiat, alibi a me scriptum est. Harum autem febrium epota medicamenta hanc habent facultatem, ut corpus in consueto calore et frigore suo loco consistat, neque praeter naturam incalescat, neque refrigeretur. Exhibenda vero quemadmodum in medicamentorum tractatione scriptum est.

19. Cum pituita alba detinet, totum corpus tumore albo intumescit, eodemque die alio tempore melius alio deterius habere videtur, tumorque alias alia corporis parte et maior et minor est. Huic medicamenta deorsum purgantia exhibenda, quibus aqua aut pituita purgatur. In victus autem ratione utendum cibis et potibus ac laboribus, ex quibus siccissimus et maxime gracilis evadat. Morbus hic ex pituita oritur, cum quis ex diuturnis febribus pituita abundaverit, et minime purgatus fuerit, et in eius carnes pituita vertatur. Quae quamquam reliqua pituita nihilo sit albidior, cutis tamen color candidior apparet. Sanguis enim pituitae copia aquosior redditur, neque aeque in eo bonus color inest, proptereaque candidiores apparent, morbusque pituita alba vocatur. Si igitur per morbi initia curatio adhibita fue-

[1] φαρμακίων. — [2] ὅ τε τριτ. καὶ τετ. — [3] τῶν πυρ. τὰ φαρμ. τούτων, ὥστε πινόμενα. — [4] λευκόν. — [5] τὸ μὲν — τὸ δέ. — [6] ῥᾷον. — [7] καὶ φ. [8] ἢ φλέγματος. — [9] αὔθροον.

ἄνω; — cod. θ. ἄνω ἐν αὐτῇ τῇ λ. omissis intermediis, — δὲ ἕτερον κάτω αὐτῇ H., in quo δοῦναι ἐν om., sed rest. al. m.; — μὴ πρὸς τοῦτο παύηται cod. θ.; — πάλιν om. H., in quo rest. al. m., et θ.; — φαρμακίων, ut V., Parr. 2.; — ποτήμασι vulg., ποτοῖσι codd. nonnulli, Lind., Mack.; vulgata ortum debet vicino ῥυφήμασι. — Dein ὁ τεταρτ. E. H. J. θ., Lind. (ὅ τε Mack.), vulgo ὁ abest, ut in V. In vulgato διότι δὲ ὁ τριτ. articulum omm. H., ubi rest. al. m., θ. Mack., in ὁ τεταρταῖος omittunt libri multi; me iudice articulus h. l. ferri prorsus nequit.

δύναμιν — γέγραπται.] δ' E. H., δέ vulg.; — ἔχει δέ cod. θ.; — δύναμιν δὲ ἔχει τῶν πυρετῶν τὰ φ. τούτων ὥστε πινόμενα vulg., cum Littréo dedi ordinem verborum; qualis in E. H. θ.; — τὸ σῶμα om. H.; — τὰ σώματα καταχωρεῖν cod. θ.; — ἐωθυίῃ cod. θ. Littr., εἰωθυίῃ vulg.; — τε om. cod. θ.

19. Φλέγμα λευκὸν — ἰσχυρότατος.] Φλ. [δὲ] λ. Lind.; — ποτὲ μὲν — ποτὲ δέ cod. θ., Lind., Mack., Littr., τὸ μὲν — τὸ δέ vulg.; — φαυλότερος E. H.; — φάρμακον cod. θ.; — ὡς ante ξηροτ. omm. E. H. Mack.

ἡ δὲ νοῦσος — λευκόν.] ἢ φλέγματος vulg., Littr., quem sequor, om. ἢ; — negationem ante ἔνι om. E.; — ἐν αὐτῷ ὁμοίως τὸ εὔχρουν cod. θ.

καλέεται ἡ νοῦσος Φλέγμα λευκόν. Ἢν μὲν οὖν θεραπευθῇ ἀρχομένης τῆς νούσου, ὑγιὴς γίγνεται· ἢν δὲ μή, ἐς ὕδρωπα μεθίσταται ἡ νοῦσος καὶ διέφθειρε τὸν ἄνθρωπον.

κ'. Ὁκόσοι δὲ σπλῆνα ἔχουσι μέγαν, ὁκόσοι μέν εἰσι [1]χολώδεες, κακόχροοί τε γίγνονται καὶ κακελκέες καὶ δυσώδεες ἐκ τοῦ στόματος καὶ λεπτοί· καὶ ὁ σπλὴν σκληρὸς καὶ αἰεὶ παραπλήσιος τὸ μέγεθος· καὶ τὰ σιτία οὐ διαχωρέει· ὁκόσοι δὲ Φλεγματίαι, ταῦτά τε ἧσσον [2]πάσχουσι καὶ ὁ σπλὴν ἄλλοτε μέζων γίγνεται, ἄλλοτε δὲ ἐλάσσων. Τούτοισι [3]δὲ ξυμφέρει, ἢν μὲν ἀκάθαρτοι φαίνωνται, καθαίρειν καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ ἄλλο σῶμα· ἢν δὲ μὴ δέωνται Φαρμακείης, διαιτᾶν ὁκόσοι μὲν Φλεγματώδεες ξηραίνοντα τὸ σῶμα καὶ ἰσχναίνοντα σιτίοισι καὶ ποτοῖσι καὶ ἐμέτοισι καὶ γυμνασίοισι ὡς πλείστοισι καὶ περιπάτοισι· καὶ τοῦ ἦρος ἐλλεβόρῳ καθαίρειν ἄνω· ὁκόσοι δὲ χολώδεες, ξυμφέρει διυγραίνοντα τῇ διαίτῃ ὑπάγειν τὴν κοιλίην καὶ τὴν κύστιν καὶ τὴν φλέβα τὴν σπληνῖτιν ἀφιέναι πυκνά· καὶ τοῖσι διουρητικοῖσι Φαρμάκοισι χρῆσθαι, ἃ γέγραπται [4]τὸν σπλῆνα μαλθάσσοντα, καὶ καθαίρειν ἔτεος ὥρῃ καὶ τοῦτον χολήν. Ἔνιοι δὲ τῶν σπληνιώντων ὑπὸ μὲν τῶν Φαρμάκων πίνοντες οὐκ ὠφελέονται, οὐδ' ὑπὸ τῆς ἄλλης θεραπείης, οὐδ' ἰσχνότερος οὐδὲν γίγνεται αὐτῶν ὁ σπλήν, ἀλλὰ κρατέεται τὰ προσφερόμενα ὑπὸ τοῦ μεγέθεος τῆς νούσου· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐνίοισι μὲν ἐς ὕδρωπα

rit, convalescit; sin minus, in aquam inter cutem morbus transit et hominem perimit.

20. Qui vero magnum habent lienem, qui quidem biliosi sunt male colorati evadunt, prava ulcera contrahunt, os graviter olet, graciles sunt, lien durus est, semperque aequalis magnitudinis, neque ciborum reliquiae per alvum demittuntur. Qui vero pituitosi sunt, haec minus patiuntur, lienque illis alias maior, alias minor redditur. His confert si quidem minime purgati videantur, caput et reliquum corpus purgare. Quodsi purgatione non indigeant, victus ea ratio instituenda, quae pituitosis quidem corpus exsiccet et extenuet, cibis, potionibus et vomitionibus et exercitationibus quam plurimis ac deambulationibus. Quin etiam vere per veratrum sursum purgandum. Biliosis vero confert per victus rationem humectantem alvum et vesicam subducere et venam splenicam crebro laxare, medicamentisque urinam cientibus, quae mollire lienem scripta sunt, et pro anni tempore bilem purgare. Ex lienosis autem nonnulli medicamentis epotis minime iuvantur et ex reliqua curatione nihilo gracilior quidem lien redditur, sed quae admoventur a morbi magnitudine superantur. Progressu vero temporis quibusdam quidem morbus ad aquam inter cutem devenit et contabescunt, quibusdam vero purulentus fit et ustione consanescunt, quibusdam etiam durior et magnus ad senectu-

8. Si pectus et dorsum dirupta fuerint, — dirumpuntur autem potissimum ex vehementi labore, — haec patitur: Tussis acuta detinet, interdum subcruentum sputum exspuit, crebro rigor et febris invadit, in pectore et dorso dolor est acutus, lateri lapis incumbere videtur et a dolore usque stimulatur, non secus ac si quis acu pungat. Hunc cum sic habuerit, confestim lacte pinguem redditum in pectore et

[1] βρέχων. — [2] ῥάκια — [3] ἢν. — [4] εἰ. — [5] καί om. — [6] μελικρήτῳ. — [7] οὖν om. — [8] ἢ β.

ad locum parum firmam traditionem habentem varr. lectt. has: τεῦτλα προστίθεται μάλιστα πρὸς πόνον νέον τῷ σώματι P. Q.'; — προστιθέναι μάλιστα pro καὶ τῷ σ. ἐπιτ. μάλιστα E. H. K. Post νέον fert μάλιστα H., sed mutatum al. m. in τῷ σώματι, post νέον addunt τῷ σώματι E. H. K.; — ἐν ὕδατι ψυχρῷ iidem, ἐν ψ. ὕ. vulgo.

κῆν μὲν — ἡμέρας.] εἰ δὲ μή, ut V., Parr. 4.; οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα E. H.; — μελεδώμενος vulgata, μελετώμενος Littr. cum Ald. et Parr. 6.; — πολλάκις omm. H. K.; — ἐκφύγῃ Lind., Mack., pro simplice verbo, quod codd. ferunt, nec mihi placet, adeo ut διεκφύγοι de meo dederim.

ὁκόταν δὲ — ὕδωρ.] χρίειν (χρίων ἐν Ald. Parr. 6.) ἐλαίῳ τὸ π. μ. ἔσω (εἴσω Mack. ἔσο E., H. al. m., I. J. K.) vulg., unde Littr. χρίων ἐν ἐλαίῳ τὸ πονέον μέρος ἔσο; et sane aut χρίειν, aut χρίων — ἔσο dandum est, quum ἔσω absurdum sit: mira tamen dictio χρίων ἔσο, et quum dein vulgata quidem προστίθει ferat, sed E. H. K. προστιθέναι legant, malui infinitivos dare. Porro καί ante τῇ πλευρίτ. omm. F. G. J.; — καὶ τῷδε πῖσαι αὐτόν H.

τῇ δὲ ὑστεραίῃ — ἐκφυγγάνουσι.] τὰ αὐτὰ ταῦτα vulg., unde cum Lind. solum ταὐτά dedi.

8. ἢν τὸ στῆθος — πάσχει.] καὶ τάδε πάσχει vulgo; — τάδε οὖν πάσχει Littr. e libris pluribus.

βὴξ — κεντοίη.] Copulam ante στήθεϊ om. E.; — κεντέεσθαι Ald. Parr. 6. — Omnes διαμπερέως, sed hoc loco saltem probabile διαμπερέως ex διαμπερὲς ὡς esse natum, particula repetita. Operae pretium est rem notare, quia Lexicographi hodierni διαμπερέως ex Hipp. adferunt.

τσίῃ. Τοῦτον, ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, παραχρῆμα γάλακτι πιήνας καῦσαι τὰ στήθεα καὶ τὸ μετάφρενον καὶ οὕτω τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. Τὸ δὲ λοιπὸν ἡσυχάζων τῷ σώματι μάλιστα διαιτᾶσθαι· ἢν γάρ τι πονήσῃ, ἢ ἐπὶ ἅμαξαν ἀναβὰς ἢ ἐφ' ἵππον, ἢ τοῖσι ὤμοισι ταλαιπωρήσῃ, κινδυνεύει πάλιν ὑποτροπιάσαι ἡ νοῦσος, καὶ ἢν γένηται, κίνδυνος διαφθαρῆναι· τὸ γὰρ νόσημα ὑποστραφὲν μᾶλλον πιέζει ἢ καταρχάς. Ἢν δὲ μὴ καυθῇ, τοῖσι αὐτοῖσι ἰῆσθαι, οἷσι καὶ τὸν ἔμπυον, ῥοφήμασι καὶ ποτοῖσι καὶ σιτίοισι· τὸ δὲ ξύμπαν ἡσυχίην ἔχοντα εὐωχέειν τοῖσι ἐπιτηδείοισι· ἢν γὰρ οὕτω μελετηθῇ, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται· ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή.

θ'. Ἢν ἐν πλευρῷ φῦμα φύηται καὶ [1] ἔμπυος γένηται, τάδε πάσχει· ῥῖγος ἴσχει καὶ πυρετὸς καὶ βὴξ ξηρὴ πολλὰς ἡμέρας, καὶ ἀλγέει τὸ πλευρὸν καὶ ἐς τὸν τιτθὸν καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ἐς τὰς ὠμοπλάτας ὀδύνη ἴσχει ἀΐσσουσα. Οὗτος ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἐν μὲν τῇσι πρώτῃσι ἡμέρῃσι [2] ἕνδεκα ῥυφήμασι χρεέσθω, πτισάνης χυλῷ καθέφθῳ μέλι παραχέων, ὁκόταν ἐφθὸν τὸ ῥύφημα ᾖ· οἴνῳ δὲ χρεέσθω λευκῷ, γλυκεῖ ἢ αὐστηρῷ [3] καὶ ὑδαρεῖ καὶ ῥυμφάνοντα πλεονάκις τοῦ οἴνου ἐκπτύειν κελεύειν, καὶ τοῦ ὕπνου κωλύειν, ἔστ' ἂν αἱ ἕνδεκα ἡμέραι παρέλθωσι, μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας σιτίοισι ὀλίγοισι ὡς μάλιστα χρεέσθω, κρέασι σκυλακείοισι ἢ ἀλεκτρυονείοισι θερμοῖσι· διεξεζωμεῦσθαι δὲ χρὴ καλῶς καὶ τὸν ζωμὸν ῥυμφανέτω καὶ τοῖσι ῥυφήμασι πρόσθεν χρεέσθω τοῦ σιτίου καὶ μὴ διψήτω, ἕως ἂν ἔμπυον γένηται τὸ

dorso inurito et sic citissime sanus erit; in reliquo vero quieto maxime corpore vivat. Si quid enim laborarit aut in currum, aut in equum adscenderit, aut humeros fatigarit, periculum erit, ne rursus morbus revertatur; quod si accidat, periculum est ne corrumpatur. Morbus enim reversionem faciens magis quam ab initio urget. At si ustus non fuerit, iisdem sorbitionibus, potibus et cibis, quibus purulentum curato. Summatim vero quietem agentem accommodatis cibis enutrias. Sic enim curatus citissime convalescet. Morbus autem gravis est.

9. Si in latere tuberculum oriatur et purulentus evadat aeger, haec patitur. Rigor febris et tussis multos dies detinet, latus dolet dolorque ad mammam, iugulum et scapulas impetu fertur. Hic cum sic habuerit, primis undecim diebus sorbitionibus utatur, ptisanae cremore percocto, affuso melle ubi sorbitio cocta fuerit. Vino vero utatur albo, dulci, aut austero et aquoso et crebro vinum sorbentem exspuere iubeto, somnumque donec undecim dies praeterierint prohibeto. Post quos dies cibis quam maxime paucis utatur, carnibus catulinis aut gallinaceis calidis; iusculum autem probe ex iis parandum idque sorbendum est. Sorbitionibus ante cibum utatur, neque sitiat, quoad latus suppuratum evaserit. Suppuratur autem fere diebus quadraginta aut paulo ante; hac ex re autem scies quando latus fiat suppuratum; neque enim pus exspuitur, neque reiicitur vomi-

[1] ἔμπυον. — [2] δέκα. — [3] καί om.

τὸ δὲ λοιπὸν — καταρχάς.] ἢ τοῖσι ὤμοισι ἐν ἄχθεϊ αὐτὸς ταλαιπωρήσῃ Littr.; — e vulgata αὐτός abest, sed codd. 4. Littréo praebuerunt; at in cod. H. ἐν ἄχθεϊ om., licet αὐτός habeat; mihi autem ἐν ἄχθεϊ αὐτός pro emblemate alieno reiiciendum est visum. Vulg. ἢν γένηται, sed ἢν ὑποτροπιάσῃ E. H. K. P.' Q.'; — ὑποστραφέν om. in H., sed rest. al. m.

ἢν δὲ μὴ — χαλεπή.] τοῖσι αὐτοῖσι αὐτὸν ἰῆσθαι vulg., sed αὐτόν om. prima m. in H.; — καὶ ποτήμασι vulgo, sed manifesto e terminatione superioris ῥοφήμασι natum est, plures enim cod. ποτοῖσι, itaque cum Lind., Mack., ποτοῖσι dedi pro ποτήμασι.

9. ἢν ἐν — ἀΐσσουσα.] καὶ ἔμπ. γεν. om. Lind.; — ἔμπυον, ut V., Parr. 3. P.' Mack.; — ἴσχει post πυρετός E. H. K.

οὗτος — πλευρόν.] ἕνδεκα e codd. 4. Littr., vulg. e V. notavi; — ῥυφήμασι Ald. G. H. ῥοφ. cett.; — ῥύφημα G. Ald., ῥόφημα cett.; — ἢ ὑδαρεῖ vulg., καὶ ὑδ. Corn., Mack., Littr.; — ῥυμφάνοντα Ald. Parr. 3. Voss., ῥοφάνοντα vulg., ῥυφάνοντα E.; — διαζωμεῦσθαι vulg., διαζωμεύεσθαι K., ἐζωμεῦσθαι E. Littr., ἐκδιαζωμεῦσθαι Q.' Lind., Mack., ἐκζωμεύεσθαι P.; ex his effeci διεξεζωμεῦσθαι; — ῥυμφανέτω Ald. Parr. 6. ῥοφ. vulg.; — ῥυφήματα Ald. G., ῥοφ. vulg.

πλευρόν. Πυΐσκεται δὲ μάλιστα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, ἢ ὀλίγῳ πρόσθεν· τούτῳ δὲ γνώσῃ, ὁκόταν ἔμπυον γένηται τὸ πλευρὸν, πῦον γὰρ οὐκ ἀποπτύεται, οὐδ' ἀνεμέεται. Τοῦτον, ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ὅκου ἂν ἀποσημήνῃ τὸ οἴδημα, τάμνειν ἢ καίειν· ἔπειτα ἀφιέναι τὸ πῦον [1] κατ' ὀλίγον καὶ ἐπειδὰν ἀπαρύσῃς, μοτὸν καθιέναι ὠμολίνου καὶ αὖτις τῇ ὑστεραίῃ ἐξελὼν, ἀπαρύσαι κατ' ὀλίγον τοῦ πύου· ἔπειτα μοτῶσαι καὶ αὖτις τῇ τρίτῃ καὶ τῇσι ἄλλῃσι ἡμέρῃσι δὶς τῆς ἡμέρης ἀπαρύειν ἕως ἂν ξηρανθῇ. Διδόναι δὲ καὶ τὰ σιτία καὶ τὰ ὄψα, ὁκόταν προσίηται καὶ πινέτω ὀλίγον, μὴ πολλὸν, ἥν τε οἶνον, ἥν τε καὶ ὕδωρ· τρωγέτω δὲ καὶ τῆς ὀριγάνου τῆς ἁπαλῆς ὡς πλεῖστον, ἐς μέλι ἀποβάπτων· ἢν δὲ μὴ ἁπαλὴν [2] ἔχῃς, ἀλλ' αὔην, λεπτὴν ποιήσας, ἐς τὸ [3] μέλι μίξας λείην διδόναι ὡς πλείστην, [4] καὶ λούειν, μὴ ῥιγούτω δὲ τοῖσι λουτροῖσι, καὶ μαλθακῶς κοιμάσθω. Οὕτω ταύτην τὴν νοῦσον θεραπεύων, τάχιστ' ἂν ὑγιέα ποιήσαις· ὁκόταν δὲ ὑγιὴς γένηται, [5] φυλασσέσθω τὸ ψῦχος, τὸ θάλπος, [6] τὸν ἥλιον καὶ τοῖσι περιπάτοισι ὀλίγοισι χρεέσθω μετὰ τὸ σῖτον, ὅκως ἂν μὴ κόπος λάβῃ τὸ σῶμα· ταῦτα ποιέων ὑγιὴς ἔσται. Τούτων τῶν νούσων ἅστινας ἂν καύσῃς, ἐπὶ τὰ καύματα πράσα τρίψας πολλὰ καταπλάσσειν εὐθὺς μετὰ τὴν καῦσιν καὶ καταλιμπάνειν μίαν ἡμέρην.

tione. Hunc cum sic habuerit, quo loco tumor de se significationem praebet, secato, aut inurito; deinde pus paulatim emittito et postquam exhauseris, linamentum ex lino crudo imponito; quo postridie rursus educto pus sensim exhaurito, mox linamento indito, rursus tertio die, ceterisque diebus bis die donec exsiccatum fuerit, extrahito. Et cibos et opsonia cum expetit exhibeto; parumque, non multum bibat, sive vinum sit, sive etiam aqua. Origanum vero tenellum quam plurimum melle intinctum edat. Quodsi tenellum non habeas, sed siccum, tritum melle admisto quam plurimum exhibeto. Lavet etiam, sed ne rigeat ex balneo et molliter dormiat. Hunc morbum si sic curaveris, citissime sanaveris. Cum vero sanus evaserit, frigus, calorem et solem vitet et modicis deambulationibus utatur post cibum, ut ne corpus lassitudine teneatur. Quae cum feceris, convalescet. Ex his morbis quibus ustionem adhibueris, statim post ustionem porrum multum tritum loco inusto ex cataplasmate imponito et diem unum sinito.

ι'. [7] Τρεῖς δέ εἰσι φθίσιες. Πρώτη. Αὕτη μὲν γίγνεται ἀπὸ φλέγματος, ἐπὴν ἡ κεφαλὴ φλέγματος πλησθεῖσα νοσήσῃ καὶ θέρμη ἐγγένηται, ξυσσήπεται τὸ φλέγμα τὸ

10. Tabis tres sunt species. Prima: Haec quidem ex pituita oritur, cum caput pituita plenum morbo affectum fuerit et calor intus subortus, in capite pituita computrescit, ut

[1] κατὰ ὀλ., item paulo post. — [2] ἔχῃ. — [3] μέλι τε μ — [4] καὶ μηδὲ ῥιγούτω καὶ τοῖσι λουτροῖσι λούειν. — [5] φυλάσσεσθαι. — [6] τοῦ ἡλίου. —
[7] In marg. φθίσιες τρεῖς, sed τρεῖς — πρώτη abest.

πυΐσκεται —ἀνεμέεται.] τοῦτο vulg., τούτῳ K. Littr.; — οὐ πτύεται E. P.′ Q.′

τοῦτον — ξηρανθῇ.] ἀποσημαίνει E.; — τὸ οἴδ. om. H., sed rest. al. m.; αὖτις ex E. H. bis dedi, αὖθις cett.; — πύους vulg., πύου alii et Littr. e codd. 3.

διδόναι δὲ — κοιμᾶσθαι.] καὶ οἶνον Q.′; — ἥν τε καὶ ὕδωρ E. P.′, cett. καί omm.; — ἔχῃ vulgo, ἔχῃς de meo dedi collatis aliis in hoc libro locis et sensu id flagitante; — ἐς τὸ μέλι τε μίξας vulg., τε omm. E. H. K. Littr.; — ἔς τε τὸ μ. Lind., Mack. Porro καὶ μηδὲ (μή manus prima in H.) ῥιγούτω καὶ τοῖσι λουτροῖσι λούειν vulg. καὶ τοῖσι λουτροῖσι λούειν μηδὲ ῥιγούτω Lind., quod probat et recipit Littr. — Lindanus locum perturbatum non restituit, spero meam rationem probatum iri.

οὕτω — ἔσται.] τάχιστ' E. H. K., τάχιστα vulg.; — καὶ τὸ θάλπος τοῦ ἡλίου et τὸ θάλπος τοῦ ἡλίου aliae sunt codd. lectt.; — ταῦτα ἢν ποιέῃ nonnulli codd. et Lind.

τούτων — ἡμέρην.] ἐᾶν pro καταλιμπάνειν E. H. P.′ Q.′

10. τρεῖς — σαπροῦ.] περὶ φθίσιος pro inscriptione ex F. G. adnotat Littr.; — φθίσιες τρεῖς pro τρεῖς δέ εἰσι φθ. ferunt Parr. 5.; — τρεῖς γάρ εἰσι φθ. F. G.; — πρώτη in multis codd. om.; — [ἡ] πρώτη μὲν γίν. ἀπὸ Lind.; —

ἐν τῇ κεφαλῇ, ἅτε οὐ δυνάμενον κινέεσθαι, ὥστε ὑποχωρῆσαι· ἔπειτα ὁκόταν παχυνθῇ, καὶ ξυσσαπῇ, καὶ ὑπερπλησθῇ τὰ φλέβια, ῥεῦμα ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἐγένετο καὶ ὁ πνεύμων ὁκόταν ἀναλάβῃ, νοσέει παραχρῆμα, ἅτε δακνόμενος ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ἁλυκοῦ ἐόντος καὶ σαπροῦ. Τάδε οὖν πάσχει· πυρετὸς ἄρχεται βληχρὸς ἐπιλαμβάνειν καὶ ῥῖγος καὶ πονέει τὰ στήθεα καὶ τὸ μετάφρενον· ἐνίοτε δὲ καὶ βὴξ πιέζει ὀξεῖα καὶ ἀποπτύει τὸ σίαλον πουλὺ καὶ ὑγρὸν καὶ ἁλμυρόν. Ταῦτα μὲν καταρχὰς τῆς νούσου πάσχει· προϊούσης δὲ τό τε γυῖον λεπτύνεται, πλὴν τῶν σκελέων· ταῦτα δὲ οἰδέει καὶ οἱ πόδες· καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται· ἐκ δὲ τῶν ὤμων λεπτὸς καὶ ἀσθενής· [1] ἡ φάρυγξ ὡς χνόου πίμπλαται καὶ συρίζει ὡς διὰ καλάμου καὶ διψῇ ἰσχυρῶς διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος καὶ ἀκρασίῃ πολλὴ τὸ σῶμα ἔχει. Οὗτος ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ἐνιαυτῷ φθειρόμενος φαύλως θνήσκει. Μελετᾶν δὲ χρὴ ὡς μάλιστα καὶ ἀνακομίζειν· πρῶτον μὲν πῖσαι ἐλλέβορον, κάτω δὲ ὑποκαθῆραι ἐπιθύμῳ ἢ πεπλίῳ, ἢ τῷ κόκκῳ τῷ Κνιδίῳ, ἢ τῇ τιθυμαλίδι· ταῦτα χρὴ τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ δοῦναι, ἄνω δὶς, κάτω δίς. Διδόναι δὲ καὶ ὄνειον γάλα ἑφθὸν ἐς ὑποκάθαρσιν, ἢ βόειον, ἢ αἴγειον· πινέτω δὲ καὶ ὠμὸν τὸ βόειον γάλα, τρίτον μέρος μελικρήτου ξυμμίσγων, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας, ξυμπαραμίσγων καὶ [2] τὸ ὀρίγανον· τὴν δὲ κεφαλὴν πρόσθεν καθαίρειν, πρὸς τὰς ῥῖνας προστιθεὶς φάρμακον. Σιτία δὲ καὶ ὄψα διδόναι μήτε λιπαρὰ, μήτε κνισώδεα, μήτε λίην δριμέα. Τεκμαιρόμενος δὲ πρὸς τὸ νόσημα ταῦτα ποιέειν καὶ περιπάτοισι χρέεσθαι

quae moveri nequeat, ut descendat. Deinde cum crassiores venulae redditae fuerint, computrefactae et supra modum impletae, fluxio in pulmonem fit, quam ubi pulmo susceperit, confestim morbo afficitur, cum a pituita salsa et putrida mordeatur. Haec igitur patitur. Febris lenta initio invadit et rigor et pectoris ac dorsi dolor; interdum vero vehemens tussis urget et sputum copiosum, liquidum et salsum exspuit. Et haec quidem per morbi exordia accidunt, in progressu vero totum corpus extenuatur, exceptis cruribus. Haec autem et pedes intumescunt unguesque contrahuntur, ab humeris extenuatur et debilitatur. Fauces sono implentur et velut per arundinem sibilum edunt, sitis vehemens per totum morbum vexat, multaque movendi impotentia corpus occupat. Hic ubi ad hunc habuerit modum, intra annum mala tabe perit. Quam maxima autem cura adhibenda est, ut vires reficiantur. Primum quidem veratrum propinandum et per inferiora purgandum epithymo aut peplio aut grano Cnidio, aut tithymalide. Eaque quater in anno exhibenda sunt, bis sursum, bis deorsum. Lac etiam bubulum crudum aquae mulsae tertia admixta parte bibat per dies quadraginta quinque, una etiam admixto origano. Eius autem caput admoto ad nares medicamento prius purgato. Cibaria et opsonia neque pinguia neque nidorulenta, neque valde acria exhibeto. Haec autem morbi consideratione adhibita facienda et deambulationibus ciborum ratione habita utendum, adhibita cautione ne frigeat. Per hiemem vero iuxta ignem domi vitam transigat. Vinum bibat austerum, nigrum quam vetustissimum et suavissimum, sed modicum. Quodsi

[1] ὁ φάρυγξ ὡς χν. π. — [2] τὴν ὀριγ.

ἐπὴν γάρ P.′ Lind., Mack.; — τό ante ἐν τῇ κεφ. de meo dedi; — καὶ ὁκόταν ὁ πν. ἀναλ. E. H.; — ἁλυκοῦ edd. antt. Parr. 6., ἁλικοῦ vulg.

τάδε οὖν — ἁλμυρόν.] ἐνίοτε δὲ καὶ βὴξ π. Littr. cum Ald., Mack., Parr. 7.. καί e vulg. excidit.

ταῦτα — ἔχει.] De γυῖον in hoc libro saepius *totum corpus* significante cf. Foës. in Oecon., ubi loci collecti sunt. De meo ἡ φάρυγξ scripsi, vulgo ὁ φάρυγξ; — ὡς om. H., sed rest. al. m.; — διψεῖ K.

μελετᾶν — δίς.] δ᾽ ὑποκαθ. E. H.; — ἢ τῷ πεπλ. E. H. Q.′ — articulum ante κόκκῳ om. Lind., ante τιθυμ. om. K.

διδόναι — φάρμακον.] πινέτω καὶ ὠμόν E.; — προσμίσγων E. H. P.′ Q.′; — παραμίσγων pro ξυμπαραμ. E. H.; — τὸν ὀρίγ. P.′, τὴν ὀρίγ. Parr. 5.; — τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ceteri; ego pronomen otiosum abiicio.

τεκμαιρόμενος δὲ — ποιεέσθω.] πρός de meo interpono; — πάντα pro ταῦτα m. prima in H., sed aliâ reponitur vulg.; — ποιέειν δεῖ vulgo; ποιέειν χρή codd. 4. Lind., Mack., — φυλασσόμενος de coniectura mea infero; — ῥιγῴη ceteri, subiunctivum de meo dedi; — ποιεέσθαι K.

πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος, φυλασσόμενος μὴ ῥιγᾷ· τοῦ δὲ χειμῶνος παρὰ πυρὶ τὴν οἴκησιν ποιεέσθω. Οἶνον δὲ πινέτω, αὐστηρὸν, μέλανα, ὡς παλαιότατον καὶ ἥδιστον, ὀλίγον δέ. Κῆν δοκέῃ σοι πρὸ τοῦ φαρμάκου πυριῆσαι, καὶ οὕτω [1]διδόναι τὸ φάρμακον· ἢν δὲ μὴ βούλῃ δοῦναι πυριήσας, ἔμετον ἐκ τῶν σιτίων καταναγκάσαι ποιήσασθαι, ὡς τὸ πρόσθεν γέγραπται. Τούτῳ ἢν ξυμφέρωσι, περιπάτοισι χρεέσθω· ἢν δὲ μὴ ξυμφέρωσι, ἡσυχαζέτω ὡς μάλιστα τῷ σώματι. [2]Οὗτος οὕτω μελετώμενος ῥήϊστ' ἂν διάγοι· ἡ δὲ νοῦσος θανασίμη καὶ παῦροι [3]διαφυγγάνουσι.

tibi videatur, ante medicamentum fomentum admoveto et ad hunc modum medicamentum exhibeto; sin exhibere nolis, post adhibitum fomentum vomitum ex cibis, velut ante scriptum est, promoveto. Deambulationibus si conferant, utatur; sin non conferant, corpus quam maxime quiescat. Hic ad hunc modum curatus facillime deget; morbus autem letalis est, ab eoque pauci evadunt.

ια'. Φθίσις δευτέρη. Γίγνεται μὲν ἀπὸ ταλαιπωρίης· τὰ αὐτὰ δὲ πάσχει, ὡς ἐπιτοπλεῖστον, ἃ καὶ ὁ πρόσθεν· ἡ δὲ νοῦσος [4]διαπαύεται μᾶλλον τῆς προτέρης [5]καὶ τοῦ θέρεος ἀνίησι. Τὸ δὲ σίαλον ἀποπτύει, παχύτερον μὲν τοῦ ἐν τῇ πρόσθεν καὶ βὴξ πιέζει μάλιστα τοὺς [6]γηραιοὺς καὶ ὁ πόνος ἰσχυρότερος ἐν τοῖσι στήθεσι καὶ δοκέει οἷόν περ λίθος ἐν αὐτοῖσι ἐγκέεσθαι· πονέει δὲ καὶ τὸ μετάφρενον· καὶ ἡ χροιὴ [7]δίυγρός ἐστι καὶ ἤν τι πονήσῃ, φυσᾷ καὶ ἆσθμα ἴσχει. Οὗτος ἐκ ταύτης τῆς νούσου ἐν τρισὶ ἔτεσι μάλιστα θνήσκει. Μελετᾶν δὲ χρὴ τοῖσι αὐτοῖσι, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν. Αὕτη ἡ νοῦσος προσέχει τοῖσι πολλοῖσι μέχρι τριῶν ἐτέων, ἀλλ' ἀποθνήσκουσι· ἡ γὰρ νοῦσος χαλεπή.

11. Tabes altera. Oritur quidem ex vehementi labore. Eadem ut plurimum, quae prior, patitur. Hic vero morbus priore magis intermittit et per aestatem remittit. Sputum crassius quidem quam in priore aeger exspuit et tussis sicca praesertim urget et dolor in pectore vehementior, cique velut lapis incumbere videtur. Dolor etiam dorsum occupat, corporisque superficies nimio humore permadescit et, si quid laborarit, efflat et anhelatio detinet. Hic ex hoc morbo in tribus fere annis moritur. Iisdem vero, quibus etiam priorem, curato. Hic morbus multis ad tres annos perseverat, verum moriuntur; est enim morbus gravis.

[1] δοῦναι. — [2] οὕτως οὕτω. — [3] διαφυγγάνουσι· γίνεται δὲ ἀπὸ ταλαιπ. in marg. inscriptio: β'. ἄλλη φθίσις. — [4] διαπαύει αὕτη μᾶλλον. — [5] καί om. — [6] ὀρόους (sic). — [7] δίυγρος.

κῆν δοκέῃ — γέγραπται.] βούλει K.; βούλῃ τὸ φάρμακον E.; — οὕτω δὲ ἔμετον ἀπὸ τῶν σ. E. H.; — καταναγκ. om. H. et prima m. in E.

τούτῳ — σώματι.] ἡσυχίην χρὴ ἔχειν pro ἡσυχαζέτω E. H. P.' Q.' Lind.

οὗτος — διαφυγγάνουσι.] μελεδαινόμενος P.' Mack.; — ῥήϊστ' E. H., ῥήϊστα vulg.; — διάγοι ἐν τῷ νοσήματι vulgo, sed ἐν τῷ νοσ. glossa est; — tum ταύτην διαφυγγ. vulgo, sed ταύτην om. prima m. in H.

11. Φθίσις δευτέρη — ἀνίησι.] ἄλλη φθίσις, uti V., et ἑτέρη φθ. sunt inscriptiones e libris mss. a Littréo notatae; — γίνεται μέν ex E. H. K. Littr., γίνεται δέ vulg. — Ceteri διαπαύει αὕτη, sed διαπαύει constare nequit, licet cap. seq. πυρετὸς διαπαύων codd. ferant; — quemadmodum hoc loco διαπαυόμενος repono, ita illo nostro e verbo et pronomine διαπαύεται efficio.

τὸ δὲ σ. — ἴσχει.] παχύτερον μὲν τῆς (τῇ Ald. I. J.) πρόσθεν codd. et edd.; — de meo dedi, quod loci sensus eiusque cum seqq. nexus requirit. Illud ὀρόους, quod e V. excerpsi, in Aldina et Parr. 7. item habetur; latetne in eo ὡραίους? — λίθον multi Parr., Ald., Mack., οἷον περὶ λίθον Voss.. sitne inde ille accusativus mss. illorum explicandus? Pro δίυγρος, quae mss. est lectio, Littr. e Gal. Gl. δίυδρος ad Foësium provocans; sed hic alium locum respexit infra § 26., ubi vide, obvium, ad quem glossam Galeni refert; vid. Oecon. in δίυγρος et δίυδρος; neque in Foësii notulis ad nostra verba quidquam adscriptum est; — equidem nihil tango: χροιή perinde ac χρῶμα subinde corporis superficiem potius quam colorem significat. — Ceteri δίυγρος αὐτέου; — equidem otiosum pronomen repudio. Vulgo φύσῃ καὶ ἆσθμα ἴσχει, sed φύσει E. G. H. I. J. K.; mihi in φύσει latere videtur φυσᾷ et in φύσῃ verbum φυσῇ; hinc mea emendatio loci.

αὕτη ἡ νοῦσος — χαλεπή.] Pro μέχρι E. H. πλήν, sed

ιβʹ. [1]Φθίσις τρίτη. Ὑπὸ ταύτης τάδε πάσχει· ὁ μυελὸς αὐτοῦ ὁ νωτιαῖος αἵματός τε [2]καὶ χολῆς μεστὸς γίγνεται. Φθίνει [3]δὲ ὁμοίως καὶ ἀπὸ τῶν κοίλων φλεβῶν· αὗται δὲ φλέγματος ὑδρωποειδέος ἐμπίπλανται καὶ χολῆς. Πάσχει δὲ τὰ αὐτὰ, ἀφ' ὁκοτέρων ἂν φθίνῃ, καὶ ὁ ἄνθρωπος εὐθὺς μέλας γίγνεται καὶ ὑποιδαλέος καὶ τὰ ὑπώπια [4]ὠχρὰ καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῷ σώματι ὠχραὶ διατέτανται, ἔνιαι δὲ σφόδρα ἐρυθραί· μάλιστα δὲ δῆλαι αἱ ὑπὸ τῇσι μασχάλῃσι· καὶ ἀποπτύει ὠχρὰ καὶ ὅταν αὐτῷ ἐπίῃ, πνίγεται καὶ βῆξαι οὐ δύναται ἐνίοτε βουλόμενος· ἐνίοτε [5]δὲ ὑπὸ τοῦ πνίγματος καὶ τῆς προθυμίης τοῦ βήσσειν ἀθρόον ἤμεσε χολὴν, ποτὲ δὲ λάπην, πολλάκις δὲ καὶ τὰ σιτία, ὅταν φάγῃ· καὶ ὁκόταν ἀπεμέσῃ, δοκέει κουφότερος εἶναι· εἶτ' αὖθις ὀλίγον χρόνον διαλιπὼν ἐν τοῖσι αὐτοῖσι πόνοισι κέεται. Οὗτος καὶ φθέγγεται ὀξύτερον ἢ ὑγιαίνων καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς διαπαυόμενος ἐπιλαμβάνει ἱδρώδης. Τοῦτον, ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, βρωτοῖσι καὶ ῥυφήμασι καὶ ποτοῖσι καὶ φαρμάκοισι καὶ τοῖσι ἄλλοισι πᾶσι μελετᾶν, ὥσπερ τοὺς πρόσθεν. Ἡ δὲ νοῦσος ἔχει μάλιστα ἐννέα ἔτεα, ἔπειτα διαφέρει φθειρόμενος· παῦροι δὲ φυγγάνουσι ἐξ αὐτῆς· χαλεπὴ γάρ. Ἢν δὲ βούλῃ, ὧδε ἰῆσθαι· πρῶτα μὲν [6]πυριῆσαι, καὶ ὁκόταν πυριηθῇ, τῇ ὑστεραίῃ δοῦναι αὐτῷ πιεῖν μελικρήτου ἡμίχουν καὶ ὄξος παραχέαι ὀλίγον· τοῦτο δὲ κέλευε ἀμυστὶ ἐκπιεῖν· ἔπειτα τῶν ἱματίων ἀμφιέσαι αὐτὸν

12. Tabes tertia. Ex hac haec patitur. Eius spinalis medulla sanguine et bile repletur. Tabescit autem eodem modo a venis cavis, quae pituita aquae speciem referente et bile implentur. Eadem autem patitur ex quibuscumque tabes contingat. Homo confestim niger et subtumidus evadit, partes sub oculis pallidae sunt, venaeque per corpus distentae pallidae, quaedam vero valde rubrae sunt; praesertim tamen manifestae apparent sub axillis; pallidum exspuit, cumque ei ingruit, suffocatur, interdumque cum tussire vult non potest, interdum vero ex strangulatu et tussiendi cupiditate copiosam bilem evomit, quandoque etiam pituitam, plerumque vero etiam cibos, cum comederit. Cumque vomuerit, levior videtur, deinde rursus pauco interiecto tempore, iisdem affligitur doloribus. Hic acutius quam cum sanus esset, loquitur, rigor et febris cum intermissione et sudore invadit. Hunc cum ad hunc modum habuerit, cibis, sorbitionibus, potionibus, medicamentis, ceterisque omnibus, quibus priores curato. Hic autem morbus fere annos novem perdurat, deinde contabescens degit, pauci vero ex eo evadunt, cum sit gravis morbus. Quodsi voles, eum hunc in modum curato: primum quidem fomentum adhibeto, eoque adhibito, postridie aquae mulsae semicongium, pauco aceto affuso, potui exhibeto, idque uno haustu bibere iubeto. Deinde multis eum stragulis diutissime convolvito. Quodsi non perferat, sed vomere velit, evomat. Si vero post aliquod

[1] ἑτέρη φθίσις. — [2] καὶ χολῆς om. — [3] τε. — [4] ὑπώπια ὠχρά. — [5] δέ om. — [6] πυριῆσθαι.

in H. μέχρι al. m. rest.; — τῶν τριῶν E.; — ἡ δὲ νοῦσος Ald. F. G.

12. φθίσις τρίτη — γίγνεται.] ἑτέρη φθ. et ἄλλη φθ. inscriptiones notantur e mss. a Littr.; — ἀπὸ ταύτης G. J. Ald.; — δὲ τάδε E. K. In codd. omnibus καὶ χολῆς deëst, suppleverunt dudum interpretes.

πάσχει — κέεται.] πάσχουσι vulg., de meo πάσχει, dedi; — καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπώπια ὠχρά mss., cum Lind. probante etiam Littréo ὑπὸ τοὺς ὀφθ. abieci; — fieri tamen possit, ut ne ὑπώπια quidem sit ab auctoris manu, sed ut καὶ τὰ κύλα τῶν ὀφθαλμῶν scriptum fuerit; — διαπέφανται Lind.; — ποτὲ δὲ λάπην H., ὅτε δὲ λ. Ald. F. G.; αὖτις E. H., per θ ceteri.

οὗτος — ἱδρώδης.] διαπαυόμενος de meo dedi pro διαπαύων ceterorum.

τοῦτον — πρόσθεν.] ῥυφημ. Ald., Parr. 6., ῥοφ. cett.; — ὥσπερ τῶν πρόσθεν prima m. in H.

ἡ δὲ νοῦσος — γάρ.] Vulgo: ἡ δε νοῦσος διαφέρει μάλιστα ἐννέα ἔτεα, ubi ἔχει dedi de meo, quum manifesto διαφέρει h. l. a librariis sit datum propter sequens διαφέρει φθειρόμενος. — In fine loci ceteri χαλεπὴ γὰρ ἡ νοῦσος, ubi otiosum ἡ νοῦσος repudiavi.

ἢν δε βούλῃ — ταύτην τὴν ἡμέρην.] ὧδε om. K.; — ἰῆσθαι αὐτόν ceteri, abieci pronomen; — πρῶτον H. et μέν. non nisi ab al. m.; — ὁκόταν δὲ πυριηθῇ H.; — δοῦναι χρὴ πιεῖν αὐτῷ E. H.; — μελικρήτου ex E. Littr., μελίκρητον vulg.; — ὄξος παραχέας E.; — τοῦτο δὲ — ἐκπιεῖν fere lectio est codd. E. H. pro vulg. καὶ κέλευε ἀπνευστὶ τοῦτο πιεῖν. Olim h. l. aliam fuisse lect. ἀμυστί, quae in Gal. Gl. servata est, docuit Foës. in Oecon. voce ἀπνευστί.

πολλὰ καὶ ὡς πλεῖστον χρόνον· ἢν δὲ μὴ ἀνέχηται, ἀλλ' ἐξεμέσαι βούληται, ἐξεμεέτω· ἢν δὲ μὴ [1] ἔμετος ἔχῃ χρόνου ἤδη [2] ἐγγενομένου, ἐπιπιὼν ὕδατος χλιεροῦ μεγάλην κύλικα ἐμεέτω [3] καταμασσόμενος πτερῷ· ὁκόταν δὲ ἀπεμέσῃ ὥστε καλῶς ἔχειν, ἡσυχίην ἐχέτω ταύτην τὴν ἡμέρην. Ὁκόταν δὲ [4] ὥρῃ δείπνου ᾖ, δειπνεέτω μᾶζαν ὀλίγην καὶ ὄψον ἐχέτω τάριχος καὶ πράσα, ταῦτα δὲ ἐσθιέτω ὡς πλεῖστα, οἶνον δὲ πινέτω γλυκύν. Τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον, λουέσθω πᾶσαν ἡμέρην ἅμα ἕωθεν θερμῷ [5] καὶ πολλῷ καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν φυλάσσειν χρὴ, ὡς μὴ ῥιγώσῃ, ἀλλὰ κατακλιθεὶς εὑδέτω [6] ὡς πλεῖστον χρόνον. Ὁκόταν δὲ ἀναστῇ εὕδων, περιελθέτω σταδίους εἴκοσι τὸ βραχύτατον ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ· τῇσι δὲ ἄλλῃσι ἡμέρῃσι πέντε σταδίους ἄλλους ὑπερβάλλων βαδιζέτω, ἑκάστης ἡμέρης προστιθεὶς, ἄχρις ἂν ἀφίκηται ἐς τοὺς ἑκατὸν σταδίους. Τὴν δὲ κοιλίην ὑποκαθαίρειν δεῖ ἑκάστης ἡμέρης χυλοῖσι σεύτλων καὶ κράμβης· χωρὶς ἑκάτερα ἑψήσας ἀπηθῆσαι χοέα ἑκατέρου· εἶτα ξυμμίξας ἐς τωὐτὸ ἅμα [7] ξυνέψειν στέαρ ὄϊος τὸ ἀπὸ τῶν νεφρῶν τεταρτημόριον μνᾶς ἀμφοτέροισι διελών· ὁκόταν δὲ μέλλῃ [8] πιεῖσθαι, πρὸς μὲν τῆς κράμβης τὸν χυλὸν ἅλας [9] παραβάλλειν, πρὸς δὲ [10] τὸν τῶν σεύτλων μέλι παραχέειν. [11] ἐξὸν δὲ χωρὶς ἑκάτερον πίνειν, ἢ μέλι [12] παρεγχέας παρὰ τὴν ἑτέρην κύλικα πίνειν, παρὰ δὲ τὴν ἑτέρην ἅλας· ἐκπιεῖν δὲ

tempus vomitus non detineat, aquae tepidae magno calice insuper ebibito ex levi per pennam attrectatione vomat. A vomitu cum bene habuerit, per hunc diem quiescat. Coenae tempore mazam paucam in coena sumat, salsamento et porro pro opsonio utatur, quae quam plurima edat vinumque dulce bibat. Reliquo vero tempore toto die statim prima luce multa calida lavet et post balneum frigus vitet, verum decumbens diutissime dormiat. Expergefactus a somno eo die viginti stadia ut minimum obambulet. Reliquis autem diebus alia quinque adiecta stadia ambulet, quotidie addens, donec ad centum stadia pervenerit. Alvum autem quotidie aliquantum purgare oportet betae et brassicae succis utrisque separatim coctis, ita ut utriusque congio percolato admisceas adipis ovilli qui circa renes est librae quadrantem partitum inter utrumque, et quem cum singulis una coquas. Ubi autem bibere volet, ad brassicae quidem succum sal adiicias, ad betae vero succum mel affundas. Licet autem separatim utrumque bibere, aut melle ad alterum poculum affuso bibere, ad alterum vero sale iniecto; totum autem succum ebibere oportet et haec quidem triginta diebus facere. Mense autem secundo panem edat et carnes suillas pingues coctas, aliud vero nihil. Vinum album austerum bibat et ante coenam non minus quam triginta stadia deambulet, post coenam vero decem, neque frigeat, verum vestibus cooperia-

[1] ἔμετον. — [2] γενομένου. — [3] καταματτόμενος. — [4] δείπνου ὥρῃ. — [5] καί om. — [6] ὡς om. — [7] συνεψεῖν τὰ ὀστέα οἱ, τὸ ἀπὸ τῶν ν. — [8] ποιεῖσθαι. — [9] παραβαλεῖν. — [10] τόν om. — tum τῶν τευτλίων. — [11] ἣν δέ. — [12] παραχέας.

Observat Littr. cum copia non exigua liquoris bibendi ἀμυστί melius quam ἀπνευστί congruere; non credo, sed quia ἀπνευστί glossa est, ἀμυστί in lectionem codicum E. H. introduxi. Porro ἀμφιέσαι αὐτὸν πολλόν Ald. G.; — ἐγγενομένου ex solo H. Littr., vulgatam e V. notavi; — χλιεροῦ Ionice E. H. Littr.; — καταματτεόμενος H., equidem vulgatam lect. per σσ descripsi.

ὁκόταν δὲ ὥρῃ — γλυκύν.] δείπνου ὥρῃ ut V., Parr. 5.; Lind. om. δείπνου ᾖ.

τὸν δὲ λοιπὸν — χρόνον.] λουέσθω τε πᾶσαν E. H.; — θερμῷ πλείστῳ prima m. in H.

ὁκόταν δὲ — σταδίους.] ὑπερβαλλών H., ὑπερβαλών E.; — ἕως ἂν ἀφικ. codd. nonnulli Lind., Mack.

τὴν δὲ κοιλίην — χυλόν.] Ceteri omnes ἐκ τῆς ἡμέρης, quod mihi ex ἑκάστης ἡμέρης ortum est visum, ita ut hoc reponerem; dein enim ταῦτα μὴν ποιέειν χρὴ λ' ἡμέρας. Ceteri καὶ ἀπὸ κράμβης, sed ἀπό otiose a librariis est invectum, paulo post τῆς κράμβης τὸν χυλόν. — Vulgo solum ἅμα συνεψεῖν, sed pro ἅμα E. H. ἐς τωὐτό; — utrumque recepi. Iam vero vulg. συνεψεῖν τὸ στέαρ (τὰ ὀστέα οἱ pro τὸ στέαρ Ald., Parr. 5., δὲ οἱ ὀστέα H., δὲ οἱ στέαρ E., τὸ στέαρ ὄϊος codd. Vatt. Foësii, — Mack. διός, — τὸ στέαρ ὄϊον Lind.) τὸ (τό om. Lind.) ἀπὸ κ. τ. λ. vulg.; hinc Littréus: . . . . χοέα ἑκατέρου· εἶτα ξυμμίξας ἅμα συνεψεῖν· τὸ δὲ ὄϊος στέαρ τὸ ἀπὸ τῶν νεφρῶν τεταρτημόριον μνᾶς ἐν ἀμφοτέροισιν ἑψεῖν διελών κ. τ. λ. affirmans δέ necessario requiri, itaque τὸ δὲ ὄϊος στέαρ se legere. De his nihil dicam, nisi locum ita descriptum intelligi recte non posse; quid de eo sentiam, textus, quem dedi, ostendit. Porro ἅλα παραβαλεῖν H. K. Pro ἐξόν Ald., Parr. 7. ἤν. — Porro παραχέας prima m. in H.; — κοίλικα καὶ πίνειν idem.

χρὴ πάντα τὸν χυλόν. Ταῦτα μὲν ποιέειν χρὴ τριήκοντα ἡμέρας· τῷ δὲ δευτέρῳ μηνὶ ἐσθιέτω ἄρτον καὶ κρέα πίονα ὑὸς ἑφθὰ, ἄλλο δὲ μηδέν· οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν, αὐστηρὸν, καὶ ὁδὸν ὁδοιπορεέτω μὴ ἐλάσσω σταδίων τριήκοντα πρὸ τοῦ δείπνου, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον δέκα, καὶ μὴ ῥιγούτω, ἀλλ' ἐσκεπάσθω. Ταῦτα ἢν ποιέῃ, [1] ῥήϊον οἴσει τὴν νοῦσον. Τῷ δὲ τρίτῳ μηνὶ κυκεῶνα ἄνθινον πινέτω· [2] σελίνου ῥίζας καὶ ἄνηθον καὶ πήγανον καὶ μίνθην καὶ κορίανον καὶ μήκωνας ἁπαλὰς καὶ [3] ὤκιμον καὶ φακὸν καὶ ῥοιῆς γλυκέης καὶ οἰνώδεος χυλόν· εἶναι δὲ χρὴ τὰς γλυκείας διπλασίας· εἶναι δὲ χρὴ τοῦ χυλοῦ ξυναμφοτέρων ἡμικοτύλιον καὶ οἴνου μέλανος ἡδέος αὐστηροῦ ἡμικοτύλιον καὶ ὕδατος κοτύλης ἥμισυ· ἔπειτα ἄνθεα τρίψας λεῖα διῆναι τούτῳ τῷ [4] ξυγκεκρημένῳ καὶ ἐγχέαι ἐς κυλίκα, ἔπειτα ἐπιβαλεῖν ἄλευρα ὀρόβων, ὁκόσον ὀξύβαφον καὶ ἄλφιτον ἴσον, καὶ τυροῦ παλαιοῦ αἰγείου ξέσας τὸ ἴσον τοῖσι ὀρόβοισι· ταῦτα ξυγκυκήσας ἐκπιέτω· ἔπειτα διαλιπὼν ὀλίγον χρόνον ἀριστάτω ἄρτον καὶ ὄψον ἐχέτω τέμαχος νάρκης ἢ ῥίνης ἢ γαλεοῦ ἢ βατίδος, καὶ κρέα ὑὸς ἐσθιέτω ἑφθὰ καὶ παχυνέτω ἑωυτὸν ἡσυχίην ἄγων ὡς μάλιστα, καὶ πυριῆν διὰ δεκάτης ἡμέρης ἑωυτὸν ἡσυχῇ. Τῷ δὲ τετάρτῳ μηνὶ πυριῆν διὰ [5] πέμπτης ἡμέρης ἀτρέμα καὶ ἐσθιέτω ὄψον ὡς πλεῖστον· ὄψῳ δὲ χρεέσθω [6] τυρῷ καὶ κρέασι ὀλίγοισι ὄϊος ἑφθοῖσι. Ὁδοιπορεέτω δὲ καὶ σταδίους, ὡς πρόσθεν εἴρηται, ἀρξάμενος δὲ τοῦ τετάρτου μηνὸς τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ δέκα σταδίων βαδιζέτω καὶ καθ' ἑκάστην προστι-

tur. Quae si fecerit, facilius morbum feret. At tertio mense cyceonem florulentum bibat, apii radices, anethum, rutam, mentham, coriandrum, papaver tenerum, ocimum, lentem et mali punici dulcis ac vinosi succum. Sit autem dulcium duplum et utriusque succi simul heminae dimidium, ac vini nigri suavis, austeri heminae dimidium, aquae etiam hemina dimidia. Deinde flores leviter tritos hoc permixto diluito et in calicem infundito, postea iniecto farinae acetabulo et polenta aequali mensura caseique caprini veteris rasi pari orobis portione, haec simul commixta ebibat. Postea pauco tempore interiecto panem in prandio sumat et pro opsonio torpedinis frustulum, aut squatinae aut galei aut raiae. Et carnes suillas coctas edat et se ipse pinguefaciat, quam maxime quietem agendo, ac decimo quoque die sibi ipse placide fomentum adhibeat. Quarto autem mense quinto quoque die leviter foveatur et quam plurimum opsonium edat. Pro opsonio utatur caseo et paucis carnibus ovillis coctis. Stadia, velut ante dictum est, deambulet; primo vero quarti mensis die decem stadia ambulet, additione quotidie facta, donec ad stadia octoginta perveniat. Et per diem octoginta obambulet: ante coenam triginta, post coenam viginti, mane vero trigiuta. Reliquo tempore maza et pane victitet, utraque comedens; et pro opsonio habeat pisces cartilaginei generis et carnes omnes praeter bubulam et porcinam edat. Piscibus his abstineat: mugilo, anguilla et melanuro. Torpedinem autem edat, squatinam, raiam, galeum, pastinacam et ranas, prae-

[1] ῥᾴδιον. — [2] σέλινα. — [3] ὤκιμα. — [4] κεκρημένῳ. — [5] δεκάτης. — [6] πυροῖσι.

ταῦτα μὲν — ἐσκεπάσθω.] ἐσθιέτω ἄρτον Ald., G.; — καὶ αὐστηρόν E., in H. καί alia m.

ταῦτα — νοῦσον.] ῥηΐδιον F. K., cf. lect. V., ῥᾷον E., ῥῆον H.

τῷ δὲ τρίτῳ — ἡσυχῇ.] ἀνθινήν vulg., ἀνθίνην Lind., ἀνθινόν Mack.; — γλυκέης e K. Littr. γλυκείης vulg.; — τῆς γλυκείης διπλάσιον Lind., tum om. sequens εἶναι δὲ χρή; — vulg.: καὶ τοῦ χυλοῦ ξυναμφ., sed καί om. Littr. cum prima m. in H.; συγκεκρημένῳ ex E. H. P.' Littr., κεκρημ. vulg.; — ξέσαι al. m. H.; — ἀριστάτω ἄρτου Ald. F. G.; — ἢ κρέα K.; — οἰός pro ὑός prima m. in H.; — ἡσυχίην ἔχων J.; — ἐς ἑωυτὸν ἡσυχῇ vulg., sed Marc. om. ἐς, quem sequor. In seq. periodo τυρῷ de meo scripsi, putans τυροῖσι plur. num. ortum esse e seq. κρέασι.

ὁδοιπορεέτω — τριήκοντα.] ὁδ. δὲ σταδίους sine καί E. H.; — οὗτος ὡς E. P.'; οὗτος τῷ τετάρτῳ μηνὶ ἀρξ. sine δέ H., τετάρτῳ μηνὶ ἀρξάμενος sine δέ E.; — προστιθέσθω G. Ald.; — ἕως ἂν Lind.; — ὀγδοήκοντα αὐτῷ E. H.; — στάδ. γέν. E.; — καὶ περιπ. τῆς ἡμέρης vulg., cum Littréo cod. E. sequor; — πρὸ τοῦ δείπνου τριήκοντα e textu in codd. evanuit, sed dudum suppletum est a Corn. inde; — ὄρθρου δέ E. H., vulgo δέ om. Apud Calvum tum h. l. tum paulo post alii numeri: „mane quinquaginta, post coenam triginta.” Sitne coniectura, an codicis lectio, nescio.

θέτω μέχρις ἂν [1] αὐτῷ ὀγδοήκοντα γένωνται στάδιοι· [2] περιπατεέτω δὲ τῆς ἡμέρης ὀγδοήκοντα σταδίους, [3] πρὸ τοῦ δείπνου τριήκοντα, [4] μετὰ τὸ δεῖπνον εἴκοσι, ὄρθρου δὲ τριήκοντα. Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαιτάσθω μᾶζαν καὶ ἄρτον ἐσθίων ἀμφότερα καὶ ὄψον ἐχέτω σελάχια καὶ κρέα δὲ πάντα ἐσθιέτω πλὴν βοείων καὶ χοιρείων· ἰχθύων δὲ τῶνδε ἀπεχέσθω, [5] κεστρέος καὶ ἐγχέλυος καὶ μελανούρου· ἐσθιέτω [6] δὲ νάρκην καὶ ῥίνην καὶ βατίδα καὶ γαλεὸν καὶ [7] τρυγόνα καὶ βατράχους, τῶν δὲ ἄλλων μηδέν· ἢν δὲ δοκέῃ ἀσινέα εἶναι καὶ κυκεῶνα, καὶ ἐπειδὰν θέλῃ [8] καθευδῆσαι, πινέτω οἴνου μέλανος, ἡδέος, παλαιοῦ, δικότυλον κύλικα καὶ μεθ' ἡμέρην τῷ αὐτῷ οἴνῳ χρεέσθω ἐπὶ σιτίῳ· καὶ ὁδοιπορεέτω τῆς ἡμέρης ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους, [9] πρὸ τοῦ δείπνου ἐννενήκοντα, μετὰ τὸ δεῖπνον εἴκοσι, ὄρθρου δὲ τεσσαράκοντα. Οὗτος οὕτω θεραπευόμενος γίγνεται ἐν ἐνιαυτῷ ὑγιής.

terea nullos. Quodsi haec tibi innoxia videantur, cyceonem etiam bibat, posteaque cum dormiturus est, vini nigri, suavis et veteris duarum heminarum calicem, et per diem eodem vino in cibo utatur. Quotidie centum quinquaginta stadiorum iter conficiat, ante coenam nonaginta, post coenam viginti, mane quadraginta. Hic sic curatus per annum convalescit.

ιγ'. Αὐαίνεται ὁ μυελὸς ὁ κατὰ τὴν ῥάχιν μάλιστα, ὁκόταν τὰ φλέβια ἀποφραχθῇ τὰ [10] ἐς τὸν μυελὸν τείνοντα καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου [11] ἔφοδος. Διὰ κάκωσιν δὲ τοῦ σώματος τάδε πάσχει καὶ νοσέει· αὐαίνεται δὲ μάλιστα καὶ ἀπὸ λαγνείης· — τάδε οὖν πάσχει. Ὀδύνη ὀξέα ἐμπίπτει ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον καὶ ἐς τὴν ὀσφὺν καὶ ἐς τοὺς μύας τῆς ὀσφύος καὶ ἐς τὰ ἄρθρα τῶν σκελέων, ὥστε ἐνίοτε οὐ δύναται ξυγκάμπτειν· καὶ [12] ἡ κόπρος οὐ διαχωρέει, ἀλλ' ἵσταται, καὶ δυσουρέει. Οὗτος κατ'

13. Medulla spinalis potissimum resiccatur, cum venulae, quae ad eam tendunt, obstructae fuerint, quique a cerebro est aditus. Ob corporis autem vitium ita afficitur et aegrotat; resiccatur vero maxime etiam ex actu venereo. Haec igitur patitur aeger: Dolor acutus in caput irruit, in cervicem, in lumbos, et lumborum musculos crurumque articulos, ita ut flectere nequeat, stercus per alvum non demittitur, sed sistitur et urinam non nisi aegre reddit. Hic per morbi quidem exordia quietiorem vitam degit, quanto autem longius tempus morbo

[1] αὐτοῦ. — [2] καὶ περιπ. τῆς ἡμ. — [3] πρὸ — τριήκοντα om. — [4] μετὰ δὲ τὸ δ. — [5] κεστρέως. — [6] δὲ καὶ ν. — [7] τρυσην. — [8] καθευδήσειν. — [9] πρὸ — ἐννενήκοντα om. — [10] ἐντὸς μ. — [11] ἔφοδις. — [12] ὁ.

τὸ δὲ λοιπὸν — σιτίῳ.] διαιτᾶσθαι prima m. in H.; — ὄψων J.; — καί ante κρέα δέ omm. Lind., Mack.; — τῶν δὲ λοιπῶν μηδένα E. H.; — καί ante ἐπειδάν de meo dedi; ἐπειδὰν [δὲ] μέλλῃ Lind., μέλλῃ E. H. P.′ Q.′; — καθευδήσειν E. H.′ J.′; — πινέτω ἀπὸ οἴνου μελ. cett., de meo sine ἀπό scripsi; — ἐπὶ τῷ σιτίῳ K. Mack.

καὶ ὁδοιπορεέτω — ὑγιής.] πρὸ τοῦ δ. ἐννεν. a Corn. inde suppleverunt, quum in codd. desit. Articulum ante δεῖπνον omm. Ald. Parr. 7.: „mane centum, post coenam quinquaginta" Calvus; — ἐν ante ἐνιαυτῷ om. K.; — γίγνεται ὑγιὴς μάλιστα ἐνιαυτῷ οὕτω θεραπευόμενος E. H.

13. Αὐαίνεται — ἔφοδος.] E nonnullis libris Littr. adnotat inscriptionem: ἢν μυελὸς ὁ κατὰ τὴν ῥάχιν αὐαίνηται: notatur vero etiam ex H., in quo dein prima manus αὐαίνεται δὲ μάλιστα ὁκόταν — omissis ceteris, quae ab al. m. post μάλιστα restituuntur; — δὲ μάλιστα ὁ κατὰ τὴν ῥ. μ. E. — Ego de meo ὁ ante μυελός adscripsi.

διὰ κάκωσιν — πάσχει.] αὐαίνεται δὲ μάλιστα ex E. dedi; cett. δέ omm.

ὀδύνη ὀξέα — δυσουρέει.] ὀξέη prima m. in H., ὀξείη vulg.; — αὐτῷ ἐς τὴν κεφ. vulgo, αὐτοῦ K.; — equidem pronomen otiosum abieci; — ἐς ante τὴν ὀσφύν omm. Parr. 3.; δύνανται E. H. — Ceteri καὶ δυσουρέεται, sed scriptum fuit δυσουρέει et terminatio passiva verbi ἵσταται ad δυσουρέει relata fuit a librariis.

οὗτος — παραφύεται.] ἡσυχέστερον vulg. est lectio, alii

ἀρχὰς μὲν τῆς νούσου ἡσυχέστερον διάγει· ὁκόσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος τῇ νούσῳ ἀπομηκύνηται, πονέει ἅπαντα μᾶλλον καὶ τὰ σκέλεα οἰδέει ὡς ἀπὸ ὑδέρου καὶ ἕλκεα [1] ἐκφλυνδάνει ἀπὸ τῆς ὀσφύος καὶ τὰ μὲν ἄλλα [2] ὑγιάζεται, τὰ δὲ ἄλλα [3] παραφύεται. Τούτῳ, ὅταν οὕτως ἔχῃ, [4] πυριήσας τὴν κεφαλήν, τῷ ἱππόφεω ὀπῷ ἢ τῷ Κνιδίῳ κόκκῳ [5] καθῆραι πρῶτον τὸ σῶμα εὖ μάλα· τῆς δ' ἑσπέρης μετὰ τὴν κάθαρσιν πτισάνης δύο τρυβλία ῥοφεέτω μέλι παραχέας· οἶνον δὲ λευκὸν πινέτω μαλθακόν. Τῇ δ' ὑστεραίῃ ὀνείου γάλακτος διδόναι ἑφθοῦ, μέλι παραχέας, [6] ὀκτὼ κοτύλας ἐκπιεῖν· ἢν δὲ μὴ ὄνειον ἔχῃς, βοείου ἢ [7] αἰγείου ἑφθοῦ τρία ἡμιχόεα, παραχέας μέλι· καὶ τὴν ὥρην γαλακτοποτεέτω [8] ὀρρὸν καὶ γάλα πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. Σιτίοισι δὲ καὶ ὄψοισι χρεέσθω ὡς διαχωρητικωτάτοισι· οἶνον δὲ πινέτω λευκόν, μαλθακόν, [9] Μενδαῖον. Ὁκόταν δὲ παχύτατος ᾖ, καῦσαι ἐς τὴν ὀσφὺν ἑκατέρωθεν τῶν σπονδύλων τέσσαρας ἐσχάρας, καὶ ἐς τὸ μετάφρενον δεκάπεντε ἑκατέρωθεν καὶ ἐς τὸν αὐχένα δύο μεταξὺ τῶν τενόντων· ἢν γὰρ τύχῃς καύσας, ὑγιέα ποιήσεις· ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή.

accesserit, tanto maior omnia dolor occupat, et crura velut ab aqua intercute intumescunt, ulcera ex lumbis erumpunt et alia quidem sanescunt, alia vero proveniunt. Huic ita se habenti caput foveto, dein hippophaës succo aut grano Cnidio primum probe corpus purgato. Vesperi vero post purgationem ptisanae duo acetabula melle affuso sorbeat, vinum album, molle bibat. Postridie lactis asinini decocti, melle affuso, heminas octo ei ebibendas porrigito. Quodsi asininum desit, bubuli aut caprini decocti tres semicongias affuso melle. Et si anni tempus ferat, seri et lactis potu utatur per quinque ac quadraginta dies. Cibis et opsoniis, quam maxime alvum subducentibus utatur; vinum bibat album, molle, Mendaeum. Cum autem crassissimus evaserit, ad eius lumbos ex utraque vertebrarum parte quatuor crustas inurito, et ad dorsum utraque ex parte quindecim, et in cervice inter magnos nervos duas. Si enim ustio probe tibi cesserit, sanum reddes. Est autem morbus gravis.

ιδ'. [10] Αἱ τέσσαρες νοῦσοι αἱ ἀπὸ τῶν νεφρῶν γενόμεναι. Ἀπὸ τῆς πρώτης τάδε πάσχει· ὀδύνη ὀξεῖα ἐμπίπτει ἐς τὸν νεφρὸν καὶ ἐς τὴν ὀσφὺν [11] καὶ ἐς τὸν κενεῶνα καὶ

14. Quatuor morbi, qui ex renibus nascuntur. In primo sic aeger affligitur: dolor acutus in renem, lumbos et laterum inanitatem et testem a latere renis ingruit, frequenter urinam reddit,

[1] ἐκφυνδάνει. — [2] ὑγιαίνεται. — [3] φύεται. — [4] καθῆραι. — [5] πυριήσας. — [6] ὀκτὼ κοτ. ἐκπ. om. — [7] βόειον ἢ αἴγειον ἑφθόν. — [8] ἐν ὀροβίῳ καὶ γάλακτι. — [9] Μενδήσιον. — [10] pro inscriptione in marg. ἀπὸ τῶν νεφρῶν αἵδε νοῦσοι γίνονται τέσσαρες. — Tum sequitur ἀπὸ τῆς πρ. κ. τ. λ. [11] καὶ ἐς τὸν κενεῶνα om.

non pauci ἡσυχαίτερον, quod Littr. recepit; — καὶ τὰ σκέλεά τε E. H.; — καὶ ἕλκεα δὲ ἐκφ. E., ἐκφυνδάνει multi libri scripti; — ἐκ τῆς ὀσφύος E. H.; — φύεται vulg.; — παραγίνεται prima m. in H., — παραφύεται E. P.' Q.', Lind., Mack., Littr.

τούτῳ — μαλθακόν.] In hac periodo πυριήσας et καθῆραι locum invicem in libris mss. permutarant; Littr. ad pristinum ordinem revocavit; — equidem initio periodi τοῦτον in dativum mutavi. quod nisi facias τὸ σῶμα delendum erit infra; — τῆς δ' ἑσπ. K. δέ plene cett.; — ῥυφεέτω Ald. G.

τῇ δ' ὑστερ. — ἡμέρας.] δ' E. H., δέ cett., διδόναι αὐτῷ cett., omisi pronomen. Eadem quae in V., omm. in Parr. 5. — ἔχῃς omm. F. G.; — βοείου ἢ αἰγείου ἑφθοῦ H., Lind., Littr., vulgo βόειον ἢ αἴγειον ἑφθόν. Tum omnes γαλακτοποτεέτω ἐν ὀροβίῳ καὶ γάλακτι. in quibus tamen pro ὀροβίῳ dudum legerunt ὀρρῷ Calv., Corn.; sed quid quaeso sibi vult ridicula dictio γαλακτοποτέειν ἐν ὀρρῷ καὶ γάλακτι? Librarii otiose ἐν invexerunt, itaque locum ad exemplum similium aliorum in Cnidiorum libris emendavi.

σιτίοισι — Μενδαῖον.] Ceteri Μενδήσιον, sed non est dubium, quin ut aliis locis in hoc libro Μενδαῖον fuerit scriptum. — Cf. Steph. Byz., Athenaeum lib. I. locis pluribus.

ὁκόταν δὲ — χαλεπή.] παχύτατα F. G.; — καῦσαι αὐτοῦ ἐς τὴν ὀσφύν vulgo, reieci otiosum αὐτοῦ; — σφονδύλων K.; — καὶ ὑγιέα ποιήσεις Ald., Parr. 6.

14. Αἱ τέσσαρες — γενόμεναι.] Eandem inscriptionem, quam e V. excerpsi, e Parr. nonnullis adnotat Littr.; — tum in E. additur τίνες νοῦσοι ἀπὸ νεφρῶν γίνονται.

ἀπὸ τῆς πρώτης — τρίβει.] ἐμπ. ὀξ. E.; — καὶ ἐς τὸν κενεῶνα ex E. H. Littréus. cett. omm.; — προσέρχεται codd. non pauci; — αὖτις ex E. H. recepi, per θ cett.

[1] ἐς τὸν ὄρχιν τὸν κατὰ τὸν νεφρὸν καὶ οὐρέει πυκινὰ καὶ [2] στύφει κατ' ὀλίγον τὸ οὖρον, καὶ ἅμα τῷ οὔρῳ προέρχεται ψάμμος καὶ ὁκόταν ἐξίῃ διὰ τῆς οὐρήθρης [3] ἡ ψάμμος, ὀδύνην παρέχει ἰσχυρὴν ἐν τῇ οὐρήθρῃ· ὁκόταν δὲ διεξουρήσῃ, ἡ ὀδύνη ἀνίησι· ἔπειτα αὖτις ἐν τοῖσι αὐτοῖσι ἄλγεσι κέεται· ὁκόταν δὲ οὐρέῃ, καὶ τὸν καυλὸν ὑπὸ τῆς ὀδύνης τρίβει. Πολλοὶ δὲ τῶν ἰητρῶν οἱ μὴ ξυνιέντες τὴν νοῦσον, ὁκόταν ἴδωσι τὴν ψάμμον, δοκέουσι λιθιᾷν τὴν κύστιν, — καὶ ταύτην μὲν οὔ, τὸν δὲ νεφρὸν λιθιᾷ. Αὕτη ἡ νοῦσος γίγνεται ἀπὸ φλέγματος· ὁκόταν ὁ νεφρὸς ἐς ἑωυτὸν ἀναλαβὼν φλέγμα μὴ ἀφίῃ πάλιν, ἀλλ' αὐτοῦ ξυμπωρωθῇ, [4] τοῦτο γίγνεται λίθοι λεπτοὶ οἷον ψάμμος. Τοῦτον, ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, τῷ ὀπῷ τῆς σκαμμωνίης ἢ αὐτῇ τῇ ῥίζῃ, [5] πυριήσας πρόσθεν ἅπαν τὸ σῶμα, ὑποκαθῆραι· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἐρεβίνθων λευκῶν χυλῷ ὑποκαθῆραι δύο χοεῦσι, [6] ἅλας δὲ παρεμβαλὼν διδόναι πίνειν· μετὰ δὲ ταῦτα ποτοῖσι καὶ βρωτοῖσι καὶ λουτροῖσι [7] μελετᾶν, διδοὺς τὰ αὐτά, [8] ἃ τῷ στραγγουριῶντι [9] δίδοται φάρμακα. Ὁκόταν δὲ ἡ ὀδύνη [10] πιέζῃ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ χλιάσματα προστιθέναι [11] ὅπῃ πονέει μάλιστα. Ὁκόταν δὲ ἀποιδήσῃ καὶ ἐξαρθῇ, ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον τάμνειν κατὰ τὸν νεφρὸν καὶ ἐξελὼν τὴν ψάμμον διουρητικοῖσι ἰῆσθαι· ἢν μὲν γὰρ τμηθῇ, ἐλπὶς ἐκφυγέειν· ἢν δὲ μή, ἡ νοῦσος τῷ ἀνθρώπῳ ξυναποθνήσκει.

quae paulatim supprimitur, simulque cum ea arena egreditur et cum per urinae fistulam arena exit, vehementem in ea dolorem exhibet. Ubi vero cum urina exiit, remittit, deinde rursus iisdem vexatur doloribus. Cum autem urinam reddit colem prae dolore confricat. Plerique vero medici cum morbum non noscant, si arenam videant, vesicam calculo laborare existimant. Haec autem minime, sed ren calculo laborat. Hic morbus ex pituita oritur: cum nempe ren in se susceptam pituitam non dimittit rursus, sed illic indurescit, haec fit calculi parvi velut arena. Huic cum sic habuerit, scammoniae succo aut radice ipsa totum corpus, prius tamen adhibito fomento, per inferiora purgato. Postridie vero ex cicerum alborum decocto, sale iniecto, ad duos congios potui exhibito, aliquantum purgato. Post haec potionibus, eduliis et balneis curato, iisdem datis medicamentis, quae in stranguria administrantur. Cum dolor urget, multa calida lavato et qua parte praecipue dolor est, tepefactoria admoveto. Ubi vero intumuerit et extuberarit, sub hoc tempus iuxta renem secato et extracta arena, medicamentis urinam cientibus curato. Si enim sectus fuerit, evadendi spes est, alioqui morbus hominem ad mortem usque comitatur.

ιε'. [12] Δευτέρη νοῦσος νεφρῶν. Αἱ μὲν ὀδύναι ἰσχυρῶς πιέζουσι ὡς ἐν τῇ πρόσθεν. Γίγνεται δὲ τὸ νόσημα ἀπὸ ταλαιπωρίης,

15. Alter morbus renum. Dolores quidem vehementes velut in priore urgent. Oritur autem morbus cum ex vehementiore labore ve-

[1] ἐς om. — [2] στίφει. — [3] ὁ. — [4] ἢ τούτῳ γίνονται λ. λ. — [5] πυριῆσαι πρόσθεν δὲ ἅπαν. — [6] ἅλα. — [7] μελέτην. — [8] ἃ om. — [9] δίδου αὐτῷ. [10] πιέσῃ. — [11] ὅποι. — [12] ἄλλη νοῦσος νεφροῦ.

πολλοὶ — λιθιᾷ.] λιθιῆν et λιθιῇ edi solet et codd. longe plurimi ferunt, λιθιᾷ tamen E. H., itaque etiam λιθιᾷν scripsi.

τοῦτον — φάρμακα.] πυριῆσαι πρόσθεν δὲ ἅπαν τὸ σ. ὑποκ. vulg., sed K.' πυριήσας non πυριάσης habere suspicatus emendavit Littr., illud recipiens et δέ abiiciens. Porro τῇ δ' ὑστ. E. H. K., δέ plene cett., τῷ ἀπὸ ἐρεβίνθων λευκῶν χυλῷ vulg., sed τῷ omm. E. H., ego vero etiam ἀπό reiicio, quum ut plurimis aliis locis in hoc libro librariis debeatur. Denique ἅλα, ut V., Parr. 4.

ὁκόταν δὲ ἀποιδήσῃ — ξυναποθνήσκει.] ἐξελὼν τὸ πῦον τὴν ψάμμον διουρητικοῖσι ἰῆσθαι omnes, quod accipiunt quasi pus per incisionem factam eximendum esset, arena vero diureticis esset curanda. Mihi non persuadent: τὸ πῦον τὴν ψάμμον est dittographia, e qua τὸ πῦον abiicio. Porro ἐκφυγέειν E. H. Littr., ἐκφυγεῖν vulg.

15. δευτέρη ν. νεφρῶν.] ἄλλη ν. νεφροῦ, ἑτέρη ν. νεφρου, ἑτέρη νεφροῦ sunt inscriptiones a Littréo e libris excerptae.

αἱ μὲν ὀδ. — πρόσθεν] αἱ μὲν οὖν K.

γίγνεται — ἐμπλησθῇ.] ἔπειτα ἢν ὁ ν. pauci libri et Mack.; — πλησθῇ Ald., Parr. 7.

ὁκόταν ῥαγῇ τὰ φλέβια [1] τὰ ἐς τὸν νεφρὸν τείνοντα, ἔπειτα ὁ νεφρὸς αἵματος ἐμπλησθῇ. Οὗτος ὁκόταν ταῦτα πάθῃ, ἐξουρέει ἅμα τῷ οὔρῳ αἷμα κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος, ἔπειτα πύον προϊόντος τοῦ χρόνου. Οὗτος ἢν ἡσυχίην ἔχῃ τῷ σώματι, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται· ἢν γάρ τι πονήσῃ, αἱ ὀδύναι πολλῷ μᾶλλον ἕξουσι. Ὁκόταν γοῦν ἔμπυος ᾖ ὁ νεφρὸς, ἀποιδέει παρὰ τὴν ῥάχιν· τοῦτον, ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, τάμνειν κατὰ τὸ ἀποιδέον, μάλιστα μὲν βαθεῖαν τομὴν κατὰ τὸν νεφρόν· [2] κἢν μὲν τύχῃς ταμὼν, παραχρῆμα ὑγιέα [3] ποιήσεις· ἢν δ' ἁμάρτῃς, κίνδυνος ἕλκος ἔμμοτον γενέσθαι. Ἢν δὲ ξυμφυῇ τὸ ἕλκος, ἐκπυοῦται εἴσωθεν ἡ κοιλίη ἡ τοῦ νεφροῦ· κἢν μὲν ῥαγῇ ἔσωθεν καὶ χωρήσῃ κατὰ [4] τὸν ἀρχὸν τὰ πύα, ἐλπὶς ἐκφυγέειν· ἢν δὲ ψαύσῃ τοῦ ἑτέρου νεφροῦ, κινδυνεύσει καταφθαρῆναι. Μελετᾶν δὲ φαρμάκοισι καὶ τοῖσι αὐτοῖσι πᾶσι, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν, καὶ τὴν δίαιταν τὴν αὐτὴν ἐχέτω· αὕτη δὲ ἡ νοῦσος χαλεπὴ καὶ πολλοὶ ἐκ ταύτης τῆς νούσου ἐς φθίσιν νεφρῖτιδα κατέστησαν.

nulae, quae ad renem ferantur, ruptae fuerint, deinde ren sanguine repleatur. Hic cum haec patitur, per initia morbi sanguinem una cum urina reddit, deinde pus progressu temporis. Hic si corpore quieverit, citissime convalescit. Si enim quodammodo laboret, dolores multo magis detinebunt. Ubi igitur ren purulentus fuerit, ad spinam intumescit. Hunc, cum ita habuerit, qua parte tumor est, altissima quidem sectione ad renem secato. Quodsi quidem sectione assecutus fueris, confestim sanum reddes; at si aberraveris, periculum est ne ulcus ea quae fit per linamenta curatione indigeat. Si vero ulcus coaluerit, renis venter intro suppuratur. Et si quidem pus intro rumpatur et ad intestinum rectum devehatur, evadendi spes est. Quodsi alterum renem attingat, periculum est ne pereat. Medicamentis autem et iisdem omnibus, quibus priorem curato, eandemque victus rationem teneat. Hic autem morbus molestus est, ex eoque plures ad renum tabem deveniunt.

ιϛ'. [5] Τρίτη νοῦσος νεφρῶν. Τὸ μὲν οὖρον προέρχεται οἷον [6] κρεῶν βοείων ὀπτῶν χυλός. Γίγνεται δὲ τὸ νόσημα ἀπὸ χολῆς μελαίνης, ὁκόταν χολὴ ἐς τὰ φλέβια ξυρρῇ τὰ τείνοντα ἐς τὸν νεφρὸν, καὶ ὁκόταν στῇ, ἑλκοῖ τὰ φλέβια καὶ τὸν νεφρόν· ὑπὸ οὖν τῆς ἑλκώσιος τοιοῦτον ὑποχωρέει ἅμα τῷ οὔρῳ. Αἱ δὲ ὀδύναι ἔχουσι ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ ἐν τῇ κύστι καὶ ἐν τῷ περιναίῳ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ νεφρῷ ἐπ' ὀλίγον χρόνον· ἔπειτα ἀνῆκε ὁ πόνος καὶ αὖτις ἐπέλαβε ὀξὺς δι' ὀλίγου· καὶ ἐς τὸ λεπτὸν τῆς γαστρὸς ἔστι ὅτε

16. Tertius morbus renum. Urina bubularum carnium assatarum succo similis redditur. Oritur autem morbus ex atra bile, quae cum ad venulas, quae ad renem feruntur, confluxerit, cumque constiterit, eas renemque exulcerat. Ex ulcere igitur tale quid cum urina prodit. Dolores autem in lumbis, vesica, interfoemineo et in rene ipso pauco tempore detinent; deinde remittit dolor, rursusque ex brevi intervallo acutus invadit et in tenuem ventris partem nonnumquam incidit. Huic cum ita habuerit, ventrem epithymo aut scammoniae radice per infe-

[1] τά om. — [2] ἤν. — [3] ποιήσας. — [4] τὴν ἀρχήν. — [5] ἄλλη ν. νεφροῦ. — [6] ἀπὸ κρεῶν.

ὁκόταν γοῦν — γενέσθαι.] οὖν E. H.; — παρά Parr. 5., codd. Vatt. Foësii, Lind., Littr., περί vulg.; — δ' ἁμαρτ. E., δέ plene cett.

ἢν δὲ — καταφθαρῆναι.] ἐκπυοῦται vulg., ἐμπυοῦται e codd. 5. Littr., mihi quum εἴσωθεν addatur ἐκπυοῦται antiqua lectio videtur. Ceteri ἡ ἀπὸ τοῦ νεφροῦ, et rursus otiosam praepositionem abiicio; — κινδυνεύσῃ vulg., κινδυνεύσει e libris 5. Littr., κινδυνεύει prima m. in H.

μελετᾶν — κατέστησαν.] μ. δὲ χρὴ φ. τοῖσι αὐτοῖσι cod. θ. sine καί; — τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι αὐτοῖσι π. E. H.; — ὡς pro οἷσι cod. θ.; — αὕτη ἡ νοῦσος prima m. in H.

16. τρίτη — νεφρῶν.] Eandem inscriptionem, quam e V. excerpsi, e libris nonnullis Parr. Littréus adfert; unus H. ἄλλη νεφροῦ manu prima.

τὸ μὲν οὖρον — χυλός.] οἷος ἀπὸ κρεῶν codd.; otiosum ἀπό abieci.

γίνεται — τῷ οὔρῳ.] τὰ ἐς τὸν ν. τείνοντα E.

αἱ δὲ ὀδ. — ἐμπίπτει.] περινέῳ vulg.; περιναίῳ Parr. plures.

ὀδύνη ἐμπίπτει. Τοῦτον, ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ὑποκαθῆραι τὴν κοιλίην ἐπιθύμῳ ἢ τῇ σκαμμωνίης ῥίζῃ· πίνειν δὲ διδόναι τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ τῷ στραγγουριῶντι, καὶ ὁκόταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ, χλιάσματα προστιθέντα πρὸς τὸ πονέον μάλιστα, καὶ ῥυφήματι χρεέσθω [1] ἀλεύρῳ ἑφθῷ, μέλι παραχέας, καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ χρεέσθω ὡς διαχωρητικωτάτῃ καὶ οἶνον πινέτω λευκὸν Μενδαῖον μελίχρουν, ἢ ἄλλον λευκὸν τὸν ἥδιστον καλῶς κεκρημένον, [2] καὶ τὴν ὥρην ὀρροποτεέτω καὶ γαλακτοποτεέτω, ἐς κάθαρσιν μὲν τὸν ὀρρὸν, τὴν δὲ γαλακτοποσίην ποιεέσθω ἐν ὥρῃ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. Ταῦτ' ἢν οὕτω ποιέῃς, ἐπὶ τὸ κρέσσον διαθήσεις· αὕτη δ' ἡ νοῦσος οὐ μάλα ἐκλείπει.

riora purgato; eadem vero quae stranguria laboranti potui exhibeto cumque dolor detinuerit, tepefactoriis potissimum loco dolenti admotis, copiosa calida lavato et pro sorbitione farinam coctam affuso melle sumat, reliquaque victus ratione quam maxime alvum subducente utatur, vinumque bibat album Mendaeum melle permixtum, aut aliud album suavissimum probe permixtum; ac si anni tempus ferat, serum et lac bibat, serum quidem ad purgationem, lactis autem potione utatur quinque et quadraginta diebus, si anni tempus ferat. Quae si feceris, in meliorem partem rem vertes; hic morbus vero non facile dimittit.

ιζ'. [3] Τετάρτη νοῦσος νεφρῶν. Τὸ μὲν νόσημα γίγνεται ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, ἐν καιρῷ δὲ τοῦ θέρεος μάλιστα· γίγνεται δὲ καὶ ἀπὸ λαγνείης. Οὗτος τάδε πάσχει· ὀδύναι πιέζουσι ἐς τὴν λαπάρην καὶ ἐς τὸν κενεῶνα καὶ ἐς τὴν ὀσφὺν καὶ ἐς τοὺς μύας τῆς ὀσφύος καὶ πάσχει ὁκοῖα γυνὴ ὠδίνουσα καὶ οὐκ ἀνέχεται ἐπὶ τοῦ ὑγιέος [4] κατακείμενος, ἀλλ' ἄγαν πονέει, καὶ τοῦ κενεῶνος δοκέει κατακρέμασθαι ὡς ἀπορρησσόμενα· ἐπὶ δὲ τὰ πρηνέα ἢν κατακέηται, οὐκ ἀλγέει· οἱ δὲ πόδες καὶ αἱ κνῆμαι αὐτοῦ ἀεὶ ψυχρά· τὸ δὲ οὖρον μόλις προέρχεται ὑπὸ τῆς φλεγμασίης καὶ παχύτητος τοῦ οὔρου· κἢν μὲν ἐάσῃς αὐτὸ ὀλίγον χρόνον, καταθεὶς ἕως ἂν

17. Quartus renum morbus. Ex bile et pituita aestatis potissimum tempore oritur morbus, quin etiam ex venere. Hic haec patitur: Dolores eum ad lateris mollitudinem et inanitatem urgent et ad lumbos lumborumque musculos, neque secus afficitur quam mulier partus doloribus conflictata, neque decubitum in sanam partem ferre potest, sed valde laborat et ex lateris inanitate quaedam velut abrupta suspensa esse videntur. At si pronus iaceat, non dolet; eius pedes et tibiae semper frigent. Urina autem ob pituitae copiam et crassitudinem vix egreditur. Quodsi quidem depositam quoad resederit pauco tempore siveris, quod subsidet crassum, velut farinam, videbis. Ac

Τοῦ δὲ σώματος — λόγον.] τῇσί τε σαρξί vulg., τε omm. edd. antt. A. C. E., Zuing., Littr.; — καὶ τἄλλα πάντα A., ἅπαντα vulg.; — verum vulgata καὶ τἄλλα ἅπαντα οὕτω κατὰ λόγον ὥσπερ ἡ κοιλίη τῇ κεφαλῇ καὶ ἡ κεφαλὴ τῇσί τε (τε omm. C. Littr.) σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίῃ. Equidem non credo, licet nostrum scriptorem magni non faciam, eum re vera omnia ista scripsisse, resecui igitur quae nescio cuius scioli emblemata aliena videbantur.

ἡ γὰρ κοιλίη — ἰῷτο.] Vulgo ἡ γὰρ κοιλίη ὁκόταν ὑπεκχώρησιν μὴ ποιέῃ, sed τὰ φάρμακα διαχώρησιν ποιέει et ἡ κοιλίη διαχώρησιν ποιέεται, quod me movit ut ποιέηται de meo scriberem; talia enim sexcenties a librariis confunduntur. — Dein καὶ ἐσίῃ ἐς αὐτήν vulgo, καὶ ἐσίῃ τὸ σιτίον ἐς αὐτήν cod. Corn., Lind., Mack. Vulgata constare nequit, altera lectio correctio est Cornarii, sed puto melius pro καί vulgatae legi ἃ ἄν, quod igitur recepi. — Porro ἄρδειν cod. A.; — αὕτη A. Littr., αὐτή vulg.; —

δὲ ἡ ὑγρότης ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀποφρασσομένη ἐς τὴν κεφαλὴν ὡδοιπόρησε ἀθρόη· καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν ἐπὴν ἀφίκηται, οὐ χωρευμένη ὑπὸ τῶν τευχέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ, ῥεῖ ᾗ ἂν τύχῃ καὶ πέριξ τῆς κεφαλῆς καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον· καὶ ἡ μὲν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐνδέδυκε, ἡ δὲ περὶ τὸν ἐγκέφαλον διὰ λεπτοῦ τοῦ ὀστέου ....." καὶ ἢν μὲν ἐς τὴν κοιλίην πάλιν ἀφίκηται, τῇ κοιλίῃ νοῦσον ἐποίησε· ἢν δ' ἄλλῃ πη τύχῃ, ἄλλῃ νοῦσον ποιέει καὶ τἄλλα οὕτως, ὥσπερ τοῦτο, τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ νοῦσον ποιέει· καὶ κάλλιστον οὕτως εὐτρεπίζειν τὰ νοσεῦντα διὰ τῶν τὰς νούσους ποιεύντων· οὕτω γὰρ ἂν κάλλιστα τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσεῦντός τις ἰῷτο. Τὸ δὲ σῶμα αὐτὸ ἑωυτῷ τωὐτόν ἐστι, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ξυγκεῖται ὁμοίως τ' οὖν ἐχόντων καὶ τὰ σμικρὰ αὐτοῦ καὶ τὰ μεγάλα, καὶ τὰ κάτω καὶ τὰ ἄνω· καὶ εἴ τις βούλεται τοῦ σώματος ἀπολαβὼν μέρος κακῶς ποιέειν τὸ σμικρότατον, πᾶν τὸ σῶμα αἰσθήσεται τὴν πεῖσιν, ὁκοίη ἄν τις ᾖ, διὰ τόδε ὅτι τοῦ σώματος τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει, ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον· τοῦτο δ' ὁποῖον ἄν τι πάθῃ ἐπαναφέρει πρὸς τὴν ὁμοεθνίην ἕκαστον πρὸς τὴν ἑωυτοῦ, ἤν τε κακὸν, ἤν τε ἀγαθὸν ᾖ· καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἀλγέει καὶ ἥδεται ὑπὸ ἔθνεος τοῦ σμικροτάτου τὸ σῶμα, ὅτι ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντ' ἔνι τὰ μέρεα καὶ ταῦτα ἐπαναφέρουσι ἐς τὰ σφῶν αὐτῶν ἕκαστα καὶ διαγγέλλουσι πάντα.

nime contentus quocumque possit effluit et in capitis ambitum et in cerebrum; et partim quidem os subit, partim vero circum cerebrum per os tenue ...... Quod si ad ventrem rursus pervenerit, ventri morbum inducit; sin in aliam partem inciderit, alio loco morbum facit. Ad eundem etiam modum reliquae partes altera alteri morbum inducunt. Hacque ratione optimum fuerit aegrotantes partes per eas, quae morbos faciunt, ad curationem accommodare. Sic enim quam optime quis principium eius, quod aegrotat, sanaverit. Corpus autem ipsum sibi ipsi idem est, et ex iisdem adeoque ad eundem modum se habentibus constant tum parvae eius partes, tum magnae, tum inferiores, tum superiores. Ac si vel minima corporis pars malo aliquo afficiatur, eam affectionem, qualiscumque tandem fuerit, totum corpus sentiet, quod minima corporis pars eadem omnia habet, quae et maxima. Haec autem quidquid tandem pertulerit, ad cognationem et gentilitatem refert, quaeque ad suam, sive bonum, sive malum id fuerit. Ac propterea corpus ob minimae partis cognationem, dolorem aut voluptatem percipit, quod in minima partes omnes insunt, eaeque ad ea, quae sui sunt generis, singula referunt et omnia denunciant.

β'. Φύσις δὲ τοῦ σώματος, ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου· πρῶτον διατέτρηται ᾗ ἐσακούομεν· τὰ μὲν γὰρ περὶ τὰ ὦτα πέριξ κενεὰ

2. At vero corporis natura principium in artis medicae speculatione obtinet; primumque qua parte audimus perforatum est. Vacua enim

ἐμφρασσομένη cod. Corn., sed correctio deterior vulgata est; — περί pro πέριξ C. — Post ἐγκέφαλον delevi verba διὰ λεπτοῦ τοῦ ὀστέου, quae h. l. otiose inferebantur; sed ubi eam formulam servavi post ὀστέου notavi lacunam, quippe ἐκχεῖται, vel eiusmodi quid, ibi periisse videtur; — ἄλλην νοῦσον ποιέει C., ἄλλα ν. π. A.; — ἕτερον sine τό idem: — τὰ νοσεύμενα (νοσεόμενα A.) vulgo et paulo post τοῦ νοσευμένου (νοσεομένου A.), sed νοσέειν non νοσεῖσθαι Graecum est, itaque credidi formas activam et passivam fuisse confusas uti saepe alias.

τὸ δὲ σῶμα — πάντα.] δ' οὐκ A., δὲ οὐκ vulg.; — οὖν Zuing. in marg. pro δέ, ut putat Littréus, sed facile fieri possit, ut ὁμοίως οὖν ἐχόντων velit: nempe Corn. item in Latinis negationem omittit. Quodsi ὁμοίως ἔχειν hic referatur ad externam formam partium, potuit scriptor vulgatam dare; sin respexerit ista τὰ αὐτά, i. e. elementa, e quibus partes componuntur, ita scribere non potuit et ὁμοίως τ' οὖν ἐχόντων dedisse censendus est. Hoc autem eum cogitavisse mihi maxime probabile videtur. — Dein ἔχοντος vulg., ἐχόντων A. Lind.. Littr,; πάντη ἔχει E.; — ceteri τὸ σμικρότατον post πάθῃ, quod, quippe scholion referens, abegi e textu; — πρὸς ἑωυτοῦ E. sine τήν; — καί ante ἀλγέει om. A.; — πάντ' ἔνια τὰ μέρεα idem; — διαγγέλλουσι vulg., ἐξαγγέλλουσι A. C. E., Littr.; mihi vero vulgatae non praestare videtur. Littr. ad h. l. citat Plat. de Republ. lib, V. cap. 10. sub fin. 462. D., ubi vide.

2. Φύσις — περιτεταμένην.] [καὶ] πρῶτον [μὲν τὸ σῶμα] διατέτρηται explevit Lind.; — τοῦτο διαφραδέως vulgo,

οὐκ ἐσακούει ἄλλο ἢ ψόφον καὶ ἰαχήν· ὅ τι δ' ἂν διὰ τῆς μήνιγγος ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἐσέλθῃ, διαφραδέως ἀκούεται ταύτῃ· καὶ αὕτη μόνη τρῆσις διὰ τῆς μήνιγγός ἐστι τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον περιτεταμένης. Κατὰ δὲ τὰς ῥῖνας τρῆμα μὲν οὐκ ἔνεστι, σομφὸν δὲ, οἷον σπυγγία· καὶ διὰ τοῦτο πλέονος ἀκούει ἢ ὀσφραίνεται· κατὰ πολὺ γὰρ σκίδναται ἡ ὀδμὴ τῆς ὀσφρήσιος. Καὶ ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς φλέβια λεπτὰ ἐς τὴν ὄψιν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τῆς μήνιγγος τῆς περιεχούσης φέρονται· ταῦτα δὲ τὰ φλέβια τὴν ὄψιν τρέφουσι τῷ ὑγρῷ τῷ καθαρωτάτῳ τῷ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, ἐς ὃ καὶ ἐμφαίνεται ἐν τοῖσι ὀφθαλμοῖσι· ταῦτα δὲ τὰ φλέβια καὶ ἀποσβεννύασι, τὰς ὄψεις ὅταν ξηρανθῶσι. Μήνιγγες δὲ τρεῖς εἰσι αἳ τοὺς ὀφθαλμοὺς φυλάσσουσαι, ἡ μὲν ἐπάνω παχυτέρη, ἡ δὲ διὰ μέσου λεπτοτέρη, ἡ δὲ τρίτη λεπτὴ ἣ τὸ ὑγρὸν φυλάσσουσα· τούτων ἡ μὲν ἐπάνω καὶ παχυτέρη, νοῦσος, ἢν κωφωθῇ· ἡ δὲ διὰ μέσου ἐπικίνδυνος, καὶ ὅταν ῥαγῇ ἐξίσχει οἷον κύστις· ἡ δὲ τρίτη ἡ λεπτοτάτη πάμπαν ἐπικίνδυνος, ἡ τὸ ὑγρὸν φυλάσσουσα. Μήνιγγες δὲ δύο εἰσὶ τοῦ ἐγκεφάλου, ἡ μὲν ἐπάνω παχυτέρη, ἡ δὲ λεπτὴ τοῦ ἐγκεφάλου ἁπτομένη, ἣ οὐκ ἔτι ξυμφύεται ἐπὴν τρωθῇ.

γ'. Φλέβες δὲ περαίνουσι μὲν ἐς τὴν κορυφὴν διὰ τῆς σαρκὸς ἔχουσαι πρὸς τὸ ὀστέον, φέρονται δὲ διὰ τῆς σαρκὸς, δύο μὲν ἐκ τῆς κορυφῆς κατ' ἰθὺ, ᾗ αἱ ὀφρύες ξυγκλείονται,

circa aures loca nil aliud praeter strepitum et clamorem audiunt. Quidquid vero per membranam ad cerebrum pervenerit, plane hac parte auditur, hoc autem unicum foramen per membranam circumvolventem penetrat. Ad nares autem foramen quidem non tendit, sed laxum quiddam velut spongia, eamque ob causam per longius intervallum audit quam olfacit; longe enim ab olfactu odor dispergitur. Ad oculos etiam venulae tenues ad visionem ex cerebro per ambientem membranam tendunt. Hae vero venulae humore purissimo de cerebro visionem alunt, in quo etiam rerum species in oculis apparent. Eaedem quoque, ubi resiccatae fuerint, visionem exstinguunt. Membranae vero tres sunt oculos ipsos custodientes; superna quidem crassior, media vero tenuior, et tertia tenuis, quae humorem conservat. Ex his superior quidem et crassissima, si laesa fuerit, morbum facit. Media vero periculi plena est, et ubi rupta fuerit, velut vesica prominet. Tertia tenuissima omnino periculosa, quae humorem conservat. Cerebri autem membranae duae sunt, superna quidem una crassior, altera, quae cerebrum contingit, tenuis, quae ubi vulnerata fuerit non amplius coalescit.

3. Venae autem ad verticem quidem per carnem permeant et ossi cohaerescunt. Et vero a vertice duae quidem recta per carnem feruntur, qua parte supercilia clauduntur et ad oculorum

cum cod. C. vero reieci τοῦτο; — καὶ αὕτη μόνη τρῆσις scripsi de meo, ceteris αὕτη omittentibus; — τῆς ante περὶ τὸν ἐγκ. ferunt Ald. A. C. Zuing., Littr., vulgo abest.

καὶ ἐς τοὺς ὀφθ. — ξηρανθῶσι.] In ἐς ὃ ἐμφαίνεται K.', Mack. omm. ἐς; — ἔσω pro ἐς ὃ fert A.; — recte Cornarii emendationem in K.' expressam reiecit Littréus collato loco e § 3. καὶ οὐκ ἐμφαίνεται ἐς αὐτό. Illud ἐμφαίνεται utroque loco impersonale est.

μήνιγγες — φυλάσσουσα.] παχυτέρη A., Littr., παχυτάτη vulg.; — ἐπικίνδυνος αὕτη, καὶ ὅταν ῥαγῇ vulgo, equidem otiosum αὕτη repudiavi; Lind. καὶ αὕτη ὅταν dedit, K.' et Mack. Cornarium secutus: καὶ αὕτη καὶ ὅταν κ. τ. λ.

μήνιγγες — τρωθῇ.] ἡ μὲν ἐπάνω παχυτέρη omm. A. C. secundum Littréum, equidem ex Aldina abesse video; — tum ἡ λεπτὴ καί pro ἡ δὲ λεπτὴ τοῦ ἐγκεφάλου ἁπτομένη A. et sine καί Ald., cod. C. — Tandem vulgo οὐκ ἔτι ἡ αὐτὴ ἐπὴν τρωθῇ; sed Calvus „quae si vulnerentur non coalescunt, nec eaedem permanent." — Puto eum dedisse, quod unusquisque exspectat et insuper lectionem codicum, quibus utebatur. Corn. vulgatam expressit Latine. Foës. „neque ubi vulnerata fuerit, coalescit;" in notulis vero nihil monet. Equidem ἡ αὐτή eiusdem farinae esse puto, cuius αὕτη, quod paulo ante reieci, et periisse ξυμφύεται, quod pro eo reposui, simul ἣ post ἁπτομένη inferens de meo. — Littréus vulgatam servat et falso eam reddit „et qui ne redevient plus la même quand elle a été lésée." — Ceterum non dubito, quin in hac § plura insint a librariis male mulcata.

3. Φλέβες δὲ — τοῖσι φλεβίοισι.] Pro ἔχουσαι K.' ἔρχουσαι; — volueritne Corn. ἐρχόμεναι? at vulgata non est tentanda. Articulum ante ὀφρύες om. E.; — μία δ' ἀπὸ Ald. A., C.; — αἰεί· μοῦναι utrumque Ionice A. Littr.; — ἀποτρ. ἐξ αὐτῶν τὸ φλέγμα A. — Verum ceteri omnes ἀποσυμβουλεύει, de quo verbo nemo monet aut dubitat;

καὶ τελευτῶσι ἐς τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν, μία δὲ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐς τὴν ῥῖνα φέρεται καὶ σχίζεται ἐς τὸν χόνδρον τῆς ῥινὸς ἑκάτερον· ἄλλαι δύο φλέβες παρὰ τοὺς κροτάφους φέρονται ἐν μέσῳ τῶν κροτάφων καὶ τῶν ὤτων, αἳ πιέζουσι τὰς ὄψεις καὶ σφύζουσι αἰεί· μοῦναι γὰρ αὗται οὐκ ἄρδουσι τῶν φλεβῶν, ἀλλ' ἀποτρέπεται ἐξ αὐτῶν τὸ αἷμα· τὸ δ' ἀποτρεπόμενον ξυμβολέει τῷ ἐπιρρέοντι· καὶ τὸ μὲν ἀποτρεπόμενον βουλόμενον ἄνω χωρέειν, τὸ δ' ἄνωθεν ἐπιρρέον βουλόμενον κάτω χωρέειν, ἐνταῦθα ὠθεύμενά τε καὶ ἀναχεόμενα πρὸς ἄλληλα καὶ κυκλούμενα, σφύγμον παρέχει τοῖσι φλεβίοισι. Ἡ δὲ ὄψις τῷ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ὑγρῷ τρέφεται· ὅταν δέ τι τοῦ ἀπὸ τῶν φλεβῶν λάβῃ, τῇ ῥύσι ταράσσεται καὶ οὐκ ἐμφαίνεται ἐς αὐτὸ καὶ προκινέεσθαι δοκέει αὐτῷ τοτὲ μὲν οἷον εἴδωλον ὀρνίθων, τοτὲ δὲ οἷον φακοὶ μέλανες, καὶ τἄλλα οὐδὲν ἀτρεκέως δύναται ὁρᾶν. Ἄλλαι δὲ δύο φλέβες ἐν μέσῳ τῶν τε ὤτων καὶ τῶν ἄλλων φλεβῶν, αἳ φέρονται ἐς τὰ ὦτα καὶ πιέζουσι τὰ ἄνω καὶ ἄλλαι δύο φλέβες ἐκ τῆς ξυγκλείσιος τοῦ ὀστέου ἐς τὰς ἀκοὰς φέρονται. Αἱ δὲ κάτω τοῦ σώματος τετραμμέναι δύο μὲν φλέβες παρὰ τοὺς τένοντας τοῦ τραχήλου φέρονται καὶ παρὰ τοὺς σπονδύλους καὶ τελευτῶσι ἐς τοὺς νεφρούς· αὗται δὲ καὶ ἐς τοὺς ὄρχιας περαίνουσι καὶ ὅταν αὗται πονήσωσι, αἷμα οὐρέει ὤνθρωπος. Ἄλλαι μὲν δύο φλέβες ἀπὸ τῆς κορυφῆς

angulos desinunt. Una autem de vertice ad nares fertur et in utramque narium cartilaginem scinditur. Aliae duae venae iuxta tempora feruntur inter tempora et aures, quae oculos premunt semperque pulsant. Ex venis enim hae solae non irrigant partes sanguine, sed avertitur ab ipsis sanguis. Qui vero avertitur occurrit ei, qui adfluit, et qui avertitur sursum adscendere cupiens, et qui defluit infra procedere cupiens, ibi inter se propulsi et diffusi et in orbem circumacti pulsationem venulis praebent. Cum autem visio ex cerebri humore nutriatur, si quid humoris a venis acceperit, fluxione turbatur, neque in eo apparent rerum species, sed obversari videntur homini interdum quidem velut avicularum imagines, interdum vero ut lentes nigrae, nihilque de cetero exacte cernere potest. Aliae autem duae venae per medium aurium et reliquarum venarum ad aures tendunt iisque incumbunt; et aliae duae venae ex ossis coniunctione ad aures feruntur. Ex his autem quae ad inferiorem corporis partem convertuntur, duae quidem venae iuxta cervicis tendines et iuxta vertebras feruntur, atque in renes desinunt eaedemque etiam ad testes permeant, cumque hae male affectae fuerint, homo cruentum lotium reddit. Aliae quidem duae venae ex vertice ad humeros tendunt et eae sane *humerales* appellantur, aliae vero duae ex vertice iuxta aures per anteriorem cervicis partem utrinque in *cavam* appellatam venam deferuntur. At vero vena cava velut

quodsi tamen rem recte reputes, vides sano sensu destitui. Sed apud Hesychium legis ἀποσυμβολᾶν· συναντᾶν; ubi interpretes dimittunt ad schol. Aristoph. av. 722.: σύμβολον ὄρνιν] καὶ γὰρ ταῦτα συμβόλους ἐποίουν τὰ πρῶτα συναντῶντα καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντα. Papius in Lex., item Steph., quem sequitur, in Thes. dubitant de ἀποσυμβολᾶν apud Hesychium, qui utrum ἀποσυμβολᾶν ex h. l. duxerit, an aliunde, nescio; sed certum est συναντᾶν optime quadrare. Iam vero credo συμβολέει dedisse auctorem et isti verbo adhaerere praepositionem ἀπό propter antecedens ἀποτρεπόμενον, ita ut ξυμβολέει scribendum censeam. — Ceterum ἀποσυμβ. — ἀποτρεπόμενον om. A.; — ἀποχωρέειν vulg., sed ἄνω χωρέειν cod. Serv. Foësii, Zuing. in m., quam emendationem cum Lind., Mackio amplector; — ὠθούμενα A; — κυκλεύμενα E.

ἡ δὲ ὄψις — ὁρᾶν.] τῶν — ὑγρῶν A. vitiose pro τῷ — ὑγρῷ; — idem καὶ οὐκ ἐκφαίνεται εἰς αὐτό, K. om. ἐς; — δοκέει ἐν αὐτῷ ceteri, sed ἐν librariis debetur, quippe αὐτῷ ad aegrum, non ad τὸ ὑγρόν spectare docet sequens οὐ δύναται ὁρᾶν; — τότε μὲν — τότε δέ Ald., A., qui δ', E. Zuing., τὸ μὲν — τὸ δέ C., — τἄλλον idem. — Ceteri omnes οὐδὲν ἀτρεκέως κατ' ἀληθείην δύναται ὁρᾶν, sed κατ' ἀληθείην glossema est ad ἀτρεκέως adscriptum, quod eiicio; quin infra solum idem κατ' ἀληθείην reperis loco eiusmodi ut glossa vocem principem extrusisse videatur; § 13. sub finem.

ἄλλαι δὲ — φέρονται.] δέ de meo interposui ante δύο periisse opinatus; item dedi de meo καί ante sequens ἄλλαι δύο. Mihi a librariis tales particulae omissae videntur, non neglectae a scriptore. Porro συνκλήσεως A., — συγκλίσεως E., συγκλίσεος C.

αἱ δὲ κάτω — ὤνθρωπος.] φέρονται καί K. Mack., sine δέ, φ. δὲ καί vulg.; — σφονδ. A.; — καὶ τοὺς ὄρχιας παραίνουσιν A.; — πονέσωσι vulgo, sed per η cod. A., Zuing., Lind.; — ὤνθρ. A. Littr., ἄνθρ. vulg.

ἄλλαι μὲν δύο φλέβες — φέρονται.] ἄλλαι — καλέονται

φέρονται ἐς τοὺς ὤμους, καὶ δὴ καὶ ὠμιαῖαι καλέονται· ἄλλαι δὲ δύο φλέβες ἀπὸ τῆς κορυφῆς παρὰ τὰ ὦτα ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν τοῦ τραχήλου ἑκατέρωθεν ἐς τὴν κοίλην φλέβα καλεομένην φέρονται. Ἡ δὲ κοίλη φλὲψ περαίνει μὲν ὡς ὁ οἰσοφάγος, πέφυκε δὲ μεταξὺ τοῦ τε βρόγχου καὶ τοῦ οἰσοφάγου· φέρεται δὲ διὰ τῶν φρενῶν καὶ διὰ τῆς καρδίης καὶ μεταξὺ τῶν φρενῶν καὶ σχίζεται ἐς τοὺς βουβῶνας καὶ ἐς τοὺς μηροὺς ἐντὸς καὶ τὰς διάσφαγας ἐν τοῖσι μηροῖσι ποιέεται καὶ ἐς τὰς κνήμας φέρεται ἐντὸς παρὰ τὰ σφυρὰ καὶ ἐς τοὺς μεγάλους δακτύλους τελευτᾷ. Ἐκ δὲ τῆς κοίλης φλὲψ ἀποπέφυκε ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερήν· φέρεται δ' ὑποκάτω τοῦ σπληνὸς ἐς τὴν λαπάρην τὴν ἀριστερήν, ὅθεν ὁ σπλὴν ἀποπέφυκε διὰ τοῦ ἐπιπλόου καὶ τὴν ἀποτελεύτησιν ἔχει ἐς τὸν κίθαρον· ἀποπέφυκε δὲ κατὰ τὰς φρένας καὶ ξυμβάλλει τῇ ὠμιαίῃ κάτω τοῦ ἄρθρου τοῦ ἀγκῶνος καὶ τοῦ σπληνὸς τάμνεται αὕτη· καὶ ἄλλη ἐς τὴν δεξιὴν τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποπέφυκε ἀπὸ τῆς κοίλης. Κοινωνέουσι δὲ πᾶσαι αἱ φλέβες καὶ διαρρέουσι ἐς ἑωυτάς· αἱ μὲν γὰρ σφίσι ἑωυταῖς ξυμβάλλουσι, αἱ δὲ διὰ τῶν φλεβίων τῶν διατεταμένων ἀπὸ τῶν φλεβῶν, αἳ τρέφουσι τὰς σάρκας, ταύτῃ διαρρέουσι πρὸς ἑωυτάς.

gula quidem producitur, mediaque inter guttur et gulam exsistens per septum transversum fertur et per cor et inter septum. Ad inguina autem et femora interiore parte scinditur et disparationes in cruribus facit et ad tibiarum partem iuxta malleolos fertur, et in magnos digitos desinit. Ex vena autem cava propago in manum sinistram deducitur et subter lienem fertur ad sinistri lateris inanitatem, unde lien per omentum emergit et ad thoracem desinit. Exoritur autem iuxta septum transversum et cum humerali committitur infra cubiti articulum, ipsaque lienis gratia secatur. Alia etiam ad dextram manum eodem modo a cava propaginem emittit. Hae autem omnes venae inter se communicant et mutuo confluunt. Aliae si quidem sibi invicem committuntur, aliae vero per venulas, quae a venis distenduntur et carnes nutriunt, ea parte inter se confluunt.

δ'. Καὶ ἀπὸ τῶν φλεβῶν ὅ τι ἂν νόσημα γένηται, ῥᾷόν ἐστι ἢ ἀπὸ τῶν νεύρων· διαρρεῖ γὰρ ξὺν τῷ ὑγρῷ τῷ ἐνεόντι ἐν τῇσι φλεψὶ καὶ οὐκ ἀτρεμίζει· καὶ ἡ φύσις τῇσι φλεψὶ ἐν ὑγρῷ ἐστι ἐν τῇσι σαρξί. Τὰ δὲ νεῦρα ξηρά τέ ἐστι καὶ ἀκοίλια καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πεφύκασι καὶ τρέφονται μὲν τὸ πλεῖ-

4. Quicumque autem a venis morbus oritur, levior est quam qui a nervis. Diffluit enim una cum humore in venis contento, neque quiescit, venarumque natura est in re humida, in carnibus. Nervi vero cum sicci sunt, tum cavis carent et ossi adhaerescunt maximamque partem ab osse nutriuntur, nutriuntur tamen etiam

om. A.; — in ἄλλαι μὲν δύο φλ. — ἄλλαι δὲ δύο φλ. de meo μέν et δέ interposui.

ἡ δὲ κοίλη φλὲψ — τελευτῶσι.] τοῦ βρόγχου sine τε C.; — διασφαγάς vulgo, διάσφαγας puto voluisse scriptorem; — ἐν τοῖς παρὰ τὰ σφυρά idem. Post σφυρά legitur apud ceteros omnes αὗται καὶ ἄκαρπον ποιέουσι τὸν ἄνθρωπον, ὅταν ἀποτμηθῶσι, cum quibus cf. locum e lib. de aëre aq. locis vol. I. p. 277. et § 2. libri de nat. pueri. — Mihi ista ab auctoris manu profecto esse non videntur, sed alienam referre adnotationem; nexus cum vicinis nullus est, quare ea repudiavi. — Vulgo αἳ καὶ ἐς τοὺς μεγ. δ. τελευτῶσι, sed mihi otiosum relativum repudiandum est visum et τελευτᾷ pro τελευτῶσι reponendum.

ἔκ τε τῆς κοίλης — ἀπὸ τῆς κοίλης.] Vulgo ἐκ δὲ τῆς κοίλης φλεβός, sed de meo φλέψ reposui, ut ἀποπέφυκε subiectum sibi haberet; — φέρεται δ' ὑποκάτω — ἀριστερήν om. A.; — τὴν ἀποτ. ἔχει idem, τὴν ἀ. ἴσχει vulg.; — ἀγκῶνος pro σπληνός A. vitiose; — τάμνεται A. Littr., τέμν. vulg.; — ἀπὸ τῆς κοιλίης vulg., sed κοίλης dudum emendarunt interpretes.

κοινωνέουσι — ἑωυτάς.] αἱ δ' ἀπὸ τῶν φλεβίων τῶν ἀποτεταμένων ἀπὸ τῶν φλεβῶν A.

4. τὰ δὲ νεῦρα — λαμβάνει.] καὶ τρέφονται μὲν τὸ πλεῖστον de meo scripsi, ceteri δέ pro μέν, sed manifesto

στον ἀπὸ τοῦ ὀστέου, τρέφονται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, καὶ τὴν χροιὴν καὶ τὴν ἰσχὺν μεταξὺ τοῦ ὀστέου καὶ τῆς σαρκὸς πεφύκασι καὶ ὑγρότερα μέν εἰσι τοῦ ὀστέου καὶ σαρκοειδέστερα, ξηρότερα δ' εἰσὶ ἢ αἱ σάρκες καὶ ὀστοειδέστερα· νόσημα δ' ὅ τι ἂν ἐς αὐτὰ ἔλθῃ, ῥώννυταί τε καὶ ἀτρεμίζει ἐν τῷ αὐτῷ καὶ χαλεπόν ἐστι ἐξάγειν· μάλιστα δ' ἐσέρχονται τέτανοί τε καὶ ἄλλα, ἀφ' ὧν τρόμος τὸ σῶμα λαμβάνει.

a carnibus, coloremque et robur inter os et carnem medium natura sortiti sunt et humidiorem quidem carnosioremque quam os, sicciorem vero et ad os magis accedentem quam carnes naturam obtinent. Quicumque autem morbus ad eos accesserit, eodem loco firmatur et consistit, nec nisi aegre expellitur. Praecipue vero eos appetunt distentiones, aliique morbi, ex quibus tremor corpus prehendit.

ε'. Τὰ δὲ νεῦρα πιέζουσι τὰ ἄρθρα, παρατεταμένα τέ ἐστι παρ' ὅλον τὸ σῶμα· ἰσχύουσι δὲ μάλιστα ἐκείνοισι τοῦ σώματος καὶ αἰεὶ παχύτατά ἐστι, ἐν οἷσι τοῦ σώματος αἱ σάρκες ἐλάχισταί εἰσι. Καὶ τὸ μὲν σῶμα πᾶν ἔμπλεων νεύρων· περὶ δὲ τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλὴν οὐκ ἔστι νεῦρα, ἀλλὰ ἶνες παρόμοιαι νεύροις μεταξὺ τοῦ τε ὀστέου καὶ τῆς σαρκὸς λεπτότεραι καὶ στερεώτεραι, — αἱ δὲ εὐρυκοίλιοι.

5. Nervi autem articulos constringunt per totum corpus distenti; viribus autem maxime valent homines per has partes corporis, et semper crassissimi sunt in iis corporis locis, ubi carnes maxime exiguae. Ac corpus quidem totum nervis plenum est; circa faciem vero et caput non sunt nervi, sed fibrae nervis similes inter os et carnes, partim tenuiores et solidiores, partim ventre amplo.

ϛ'. Αἱ κεφαλαὶ ῥαφὰς ἔχουσι αἱ μὲν τρεῖς, αἱ δὲ τέσσαρας· αἱ μὲν τέσσαρας ἔχουσαι κατὰ τὰ ὦτα ἑκατέρωθεν ῥαφὴν, ἄλλην ἔμπροσθεν, ἄλλην ἐξόπισθεν τῆς κεφαλῆς, — οὕτω μὲν ἡ τὰς τέσσαρας ἔχουσα· ἡ δὲ τὰς τρεῖς, κατὰ τὰ ὦτα ἑκατέρωθεν καὶ ἔμπροσθεν· ὥσπερ δὲ ἡ τὰς τέσσαρας ἔχουσα, οὐ διαπέφυκε οὐδὲ ταύτῃ ῥαφή· ὑγιεινότεροι δ' εἰσὶ τὴν κεφαλὴν οἱ τὰς πλέονας ῥαφὰς ἔχοντες. Ἐν τῇσι ὀφρύσι διπλόον τὸ ὀστέον καὶ ἡ ξύγκλεισις τῶν γενύων ἔν τε τῷ γε-

6. *Plura in hoc capite partim certo certius corrupta, partim tam dubiae lectionis sunt, ut nondum interpretari malim, quam Graeca non legentibus incerta pro certis obtrudere.*

librarii permutarunt has voculas; — ξηρότερα δέ εἰσιν C.; — δ' ὅτι ἐς αὐτὰ ἔλθῃ A. sine ἄν; — δὲ ἐξέρχονται A. C. — Post λαμβάνει omnes καὶ τρέμειν ποιέει, — abiicio otiosum emblema.

5. τὰ δὲ νεῦρα — ἐλάχισταί εἰσι.] ἐστι vulg., εἰσι A. Littr.; — ἰσχύουσι δὲ μάλιστα ἐν ἐκείνοισι τοῦ σώματος cett., sed ἐν hîc otiose invectum est a librariis et ἰσχύουσι non ad τὰ νεῦρα referendum, sed ad homines; — αἰεί A. Mack., Littr.

καὶ τὸ μὲν σῶμα — εὐρυκοίλιοι.] ἔμπλεων Ald., C., ἔμπλεον vulg.; — ἀλλ' ἶνες A.; — παρόμοιαι νεύρων C., fortasse pro παρομ. νεύρῳ; — αἱ δὲ νευροκοίλιοι vulgo, quod om. Lind., sed Struvius emendavit εὐρυκοίλιοι legens. Littréus νευροκοίλιοι non tangendum arbitratur, quia nescit quae fibrae εὐρυκοίλιοι ex Struvii lectione spectentur. Ego prorsus cum Struvio consentio: sunt fortasse ductus glandularum salivalium, qui respiciuntur, quod ipse videt Littréus. Sed praeterea, in νευροκοίλιοι nullus sanus sensus inest; contra εὐρυκοίλιοι optime opponitur utrique superiori epitheto in bipartito genere fibrarum. Itaque confidenter Struvii emendationem recipere licet.

6. αἱ κεφαλαὶ — ἔχοντες.] Ad principium huius capituli A. C. in marg. habent ἄρθρα pro inscriptione. Vulgo ἑκατέρωθεν ῥαφὴ, ἄλλη ἔμπροσθεν, ἄλλη ἐξόπ.; Lind. ἑκατέρωθέν [ἐστι] ῥαφή κ. τ. λ. Nempe hic sensit structuram loci in vulgata misere impeditam esse et ἐστι supplendo eam expedire voluit; — equidem malui nominativos in accusativos mutare, ut e superioribus ἔχουσι subintelligi possit. — Cod. C. ἐξοπίσθη μὲν τῆς; — idem οὕτως; — tum ὦτά [ἐστιν] ἑκατ. Lind sine κατά; — porro ὥσπερ δὲ καὶ τὰς τεσσ. ἔχ. C.; — δὲ εἰσί A.; — πλείονας idem.

ἐν τῇσι ὀφρύσι — κεφαλῇ.] διῆλθον vulgo, δίπλοον A. Littr., facile intelligis quomodo δίπλοον in vulgatam abire potuerit; — γενύῳ A.; — ἐν τῇ κεφ. idem. Haec periodus prorsus incertum me reddit ac dubium; nescio an inter τὸ ὀστεόν et καὶ ἡ ξύγκλεισις lacuna sit, an vero incongrua structura noster καὶ ἡ ξύγκλεισις κ. τ. λ. adposuerit, ut significaret ibi quoque os duplex esse. Quin hoc si voluerit, quomodo accipiendum sit, vix perspicis.

νείῳ μέσῳ καὶ ἄνω πρὸς τῇ κεφαλῇ. Σπονδύλους οἱ μὲν πλέονας, οἱ δὲ ἐλάσσονας ἔχουσι· καὶ οἱ μὲν πλέονας ἔχοντες, δυοῖν δεόντοιν εἴκοσι, ὧν οἱ μὲν ἄνω πρὸς τῇ κεφαλῇ, οἱ δὲ κάτω πρὸς τῇ ἕδρῃ. Πλευραὶ ἑπτά· . . . . τὰ μὲν ὄπισθεν τοῦ σώματος πρὸς τοὺς σπονδύλους, τὰ δ' ἔμπροσθεν ἐν τῷ στέρνῳ πρὸς ἑωυτάς. Κληῖδες ἄρθρα ἔχουσι, τὰ μὲν ἐν μέσῳ τοῦ στέρνου κατὰ τὸν βρόγχον, — [κατὰ ταῦτα ἤρθρωνται]· τὰ δὲ πρὸς τοὺς ὤμους κεκλιμένα πρὸς τὰς πλάτας, αἳ ἐπὶ τοῖς ὤμοις αἰεὶ πεφύκασι. Αἱ δὲ πλάται πρὸς τὰ γυῖα ἤρθρωνται, ἐπιβάλλουσαι ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ ἐν τῷ γυίῳ. Παρὰ δὲ τὸ ὀστέον περόναι δύο παρήκουσι, ἡ μὲν ἔνδοθεν, ἡ δὲ ἐκτὸς, αἳ πρὸς τὰς πλάτας τῷ ὀστέῳ προσπεφυκυῖαι ἤρθρωνται. Κάτω δ' ἐν τῷ ἀγκῶνι [κάτω] μὲν περόνῃ ἤρθρωνται κατὰ τὸ πεφυκὸς κοιλανῶδες, ἄνω δὲ σμικρῷ τῆς περόνης ἐς τὸν ἀγκῶνα τό τε ὀστέον καὶ ἡ περόνη ἐς τὸ αὐτὸ ξυμβάλλοντα ἄρθρον ἐν τῷ κυβίτῳ ποιέουσι. Παρὰ δὲ τὸν πῆχυν περόναι παρήκουσι λεπταὶ πάνυ τέσσαρες, αἱ μὲν δύο ἄνω, αἱ δὲ δύο κάτω· καὶ πρὸς μὲν τὸν ἀγκῶνα δύο περόναι [πεφυκυῖαι] ἄνω ἐκ τοῦ ὀστέου πε-

σπονδύλους — ἕδρῃ.] σφονδ. A. et sic ubique; — οἱ δ' ἐλάσσονας A.; — pro οἱ μὲν πλέονας ἔχοντες Lind., Mack., interpretes praeter Littr. οἱ μὲν ἐλάσσονας ἔχοντες, quod quare voluerint perspicuum est, quum plures quam octodecim vertebras homo habeat. Sed cum Littréo nihil tango, quum nesciam num librarium an auctorem corrigam, qui quam imperfectam habuerit anatomes scientiam plura in hac § obvia ultro docent. Vulgo δυοῖν δεόντοιν εἴκοσί εἰσι, sed ego otiosum εἰσί abieci. Cod. A. δυοῖν δὲ ὄντας εἴκοσιν ἔχουσι σὺν τοῖς δ' ἐσχάταις (sic) εἴκοσίν εἰσιν. Neque haec nos certiores reddunt de nostri vertebras et costas dein computandi ratione; — ὁ μὲν — ὁ δὲ C., ὁ δέ saltem Ald.; — pro κεφαλῇ Ald. A. C. ἕδρῃ τῆς κεφαλῆς.

πλευρὰς — ἑωυτάς.] In vulgata lacunae signa nulla; pro inscriptione A. ad h. l. ἄρθρα τῶν πλευρέων, C. solum ἄρθρα; — τὰ δὲ ἔμπρ. C.; — ἑωυτόν idem pro ἑωυτῶν. Quodsi iam ceterorum lectionem sine lacunae signis tibi proponas, vide quam inepte sibi subsequantur πλευραὶ ἑπτά· τὰ μὲν ὄπισθεν κ. τ. λ. Sed manifesto aliquid periit, quod ad costarum cum vertebris articulationes et cum sterno iuncturas spectaverit: fortasse ἄρθρα δ' αὐτῇσι, ἄρθρα δ' ἐστί, — ἄρθρα δ' ἔχουσι, vel aliud quid eiusmodi excidit, cf. adn. seq. Lacunam notandam esse certum est. — Unde noster numerum *septem* costarum duxerit, et num auctori an librariorum vitio debeatur, nemo facile dicat.

κληῖδες — πεφύκασι.] ἃ ἐπὶ τοῖς ὤμοις Lind., Mack.; — ἄρθροις pro ὤμοις A.; — αἰεί ex E. Littr.; — ἀεί vulg., αἰεί om. A. — Haec periodus item corruptam refert scripturam: possis fortasse hinc ad lacunam in superiore periodo transferre ἄρθρα δ' ἔχουσι, tum otiosa plura delere, ex αἰεὶ πεφύκ. efficere διαπεφύκ., atque adeo uno tenore legere: κληῖδες τὰ μὲν ἐν μέσῳ τοῦ στέρνου κατὰ τὸν βρόγχον ἤρθρωνται, τὰ δὲ κεκλιμέναι πρὸς τὰς πλάτας ἐπὶ τοῖσι ὤμοισι διαπεφύκασι. — Locum a librariis male habitum esse certum iudico; de emendatione alii mecum videant!

αἱ δὲ πλάται — γυίῳ.] Ante ἐπιβάλλουσαι cod. C. et Zuing. in m. τὰ δὲ πρὸς τοὺς ὤμους habent.

παρὰ δὲ τὸ ὀστέον — ἤρθρωνται.] De voce περόνη vide Foës. in Oecon.; — ἡ δ' ἐκτός A.; — αἳ om. idem; — αἱ [μὲν] πρὸς Lind., αἱ Mack.; — τά πλάτα cod. C.; — tum ἤρθρωνται κάτω· αἱ δ' (δέ C.) ἐν τῷ vulg. — Cum Littréo codicis A. lectionem in postremis dedi; sed fateor haec quoque adeo obscura mihi esse, ut plane nesciam, quae lectio praestet. Nempe meras tenebras ob oculos mihi obversari opinor h. l. itemque sequenti.

κάτω δ' ἐν τῷ ἀγκῶνι — ποιέουσι.] περόνῃ ἤρθρωται A.; — κάτω πεφυκυῖαι (πεφυκυῖα A.) vulg., κατὰ τὸ πεφυκ. κοιλαν. cod. C., Zuing. in m., Mack., Littr.; — ἄνω δὲ σμικρῷ om. C.; — ἐς ταὐτό A.

παρὰ δὲ τὸν πῆχυν — ἐντός.] παρὰ τὸν πῆχυν δέ A.; — δύο ἄνω· αἱ δέ om. C.; — πεφύκασιν idem pro πεφυκυῖαι, sed sequens πεφύκασι abest; — ὀστέῳ πεφυκότι idem; — τὴν κυβ. Lind. — Locum perobscurum esse profitetur Littréus, neque vero mihi intelligi posse videtur. Editor vero

φύκασι, — αὗται ξὺν τῷ ὀστέῳ πεφυκυῖαι παρὰ τὸ τοῦ ὀστέου ἄρθρον ἤρθρωνται ἐς τὸ κύβιτον· αἱ δὲ κάτω κείμεναι καὶ ἐντὸς κεκλιμέναι, αὗται ἀμφότεραι ξυμβάλλουσαι πρὸς τὴν περόνην τὴν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ γυίου φερομένην, ἐντὸς τοῦ γυίου ἤρθρωνται καὶ * περόνην καλευμένην ποιέουσι αὗται ἑωυτῇσι ξυμβάλλουσαι ἐν τῷ κυβίτῳ ἐντός. Κάτω δὲ πρὸς τὴν χεῖρα τὸ ὀστέον ἄρθρον ἔχει· αἱ δὲ περόναι ταύτῃ ἁπαλαὶ ἐοῦσαι, αἱ μὲν δύο οὐκ ἐξήκουσι ἐς τὸ ἄρθρον, ἡ δ' ἄνω καὶ ἡ κάτω ξὺν τῷ ὀστέῳ ἤρθρωνται πρὸς τὴν χεῖρα. Αἱ δὲ χεῖρες ἄρθρα ἔχουσι πολλά· ὁκόσα γὰρ ὀστέα πρὸς ἑωυτὰ ξυμβάλλουσι, πάντα ἄρθρα ποιέουσι. Δάκτυλοι ἄρθρα ἔχουσι ἕκαστος τρία, ἓν μὲν ὑπὸ τῷ ὄνυχι ἐν μέσῳ τοῦ τε ὄνυχος καὶ τοῦ κονδύλου, ἄλλο ἐν τῷ κονδύλῳ, ᾗ καὶ ξυγκάμπτουσι τοὺς δακτύλους, ἄλλο τρίτον, ᾗ ὁ δάκτυλος ἀπὸ τῆς χειρὸς ἀποπέφυκε. Ἐν δὲ τοῖσι ἰσχίοισι ἄρθρα δύο εἰσὶ αἱ κοτύλαι καλεύμεναι, καὶ οἱ μηροὶ ἐς ταῦτα ἐνήρθρωνται· παρὰ δὲ τοὺς μηροὺς περόναι δύο παρήκουσι, ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δ' ἐκτός· καὶ ἐς τὸ ἄρθρον οὐδετέρη ἐξήκει οὐδετέρωθεν, ἀλλὰ πρὸς τῷ ὀστέῳ προσπεφύκασι. Ὁ δὲ μηρὸς ἄνωθεν μὲν, ᾗ ἐς τὴν κοτύλην ἐμβάλλει, δίκραιός ἐστι τοιῇδε δικραιότητι· ἐπὶ μὲν τοῦ ἐντὸς κεκλιμένου τῶν δικραίων ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐπιπέφυκε στρογγύλον καὶ λεῖον, ὃ καὶ ἐς τὴν κοτύλην

Parisiensis eum integrum esse putat, qua de re non solum dubito, sed potius certus sum corruptum esse. Sine dubio corruptum est καὶ περόνην καλευμένην ποιέουσι: nempe aliud nomen quam περόνην scriptum fuit, librarii vero nomini deperdito illud περόνην, quod sensu cassum est, substituerunt, uti facere talia solent. Nescio tamen quid scriptum fuerit, quum de tota descriptione nihil certi mihi constet.

κάτω δὲ — τὴν χεῖρα.] ἔχῃ A.; — ἁπαλῇ ἐούσῃ C., quam lect. Littréus recepit; mihi vero deterior vulgata videtur; nam ταύτῃ manifesto est adverbium, descriptor vero codicis C. nomen et participium perperam ad adverbii terminationem de suo accommodavit. Sed praeterea neque haec periodus quidquam de re descripta docet, quod intelligas. Quae quaeso est oppositio inter αἱ μὲν δύο et ἡ δ' ἄνω καὶ ἡ κάτω, quum in antecedentibus sermo sit de quatuor et dicantur αἱ μὲν δύο ἄνω, αἱ δὲ δύο κάτω? — Loci sunt, quos nemo intelligit, nec quisquam unquam intelliget.

αἱ δὲ χεῖρες — ποιέουσι.] ὅσα vulgo, sed ὁκόσα ex Erot. scripsi; — πρὸς ἑωυτάς cod. C., duplicata litera σ̄ principii verbi sequentis. Erot. in voce ἄρθρα locum ad hunc modum citat; αἱ δὲ χεῖρες ἄρθρα ἔχουσι πολλά· ὁκόσα γὰρ ὀστέοισι (lege ὀστέα) ξυμβάλλουσι, πάντα ἄρθρα ποιέουσι· possis etiam pro ὀστέοισι legere ὀστέα ὀστέοισι. — Advertit autem πρὸς ἑωυτά i. e. πρὸς ἄλληλα abesse, neque certo liquet non esse emblema alienum. Patet saltem ex Erotiani et vulgatae textus differentia iam antiquo tempore librum a librariis deturpatum esse.

δάκτυλοι — ἀποπέφυκε.] ἔχουσι πολλά vulgo, sed πολλά om. A.; — ἄλλο δὲ ἐν Lind., Mack.; — συγκάμπτουσι A.

ἐν δὲ τοῖσι ἰσχ. — προσπεφύκασι.] οὐδ' ἑτέρωθεν scribi solet; malui una voce dare. Post προσπεφύκασι ceteri addunt πρὸς τῷ μηρῷ, sed adnotatio aut dittographia saltem est pertinens ad πρὸς τῷ ὀστέῳ, itaque emblema alienum sustuli.

ὁ δὲ μηρὸς — καλέεται.] δίκρανος cod. Serv., Foësii, fortasse ex Erot., quem confer in voce δίκρανα, quae ipsa e δίκραια nata videtur. Tum πέφυκεν pro ἐπιπεφ. K.'; — ὃς καὶ ἐς τὴν κ. C.; — τὸ ante ἐκτός omm. Lind., Mack. E postrema parte huius periodi patet quam manca fuerit huius scriptoris anatomes scientia. Illud δίκραιον in femore

ἐμβάλλει, τὸ δ' ἕτερον τὸ ἔλασσον τῶν δικραίων τὸ ἐκτὸς μᾶλλον ἔξω ἐξέχει καὶ φαίνεται ἐν τῷ πυγαίῳ κάτω καὶ ἰσχίον καλέεται. Καὶ πρὸς δὲ τὸ γόνυ τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ τοιόνδ' ἐστι· τῷ δὲ δικραίῳ τούτῳ ἡ κνήμη καλεομένη οἷον ἐν γιγγλύμῳ ἐνήρμοσται· ἄνωθεν δὲ τοῦ ἐνηρμοσμένου ἡ μύλη ἐπίκειται, ἣ ἀποκωλύει ἐς τὸ ἄρθρον ἀναπεπταμένον ἐσβῆναι τὴν ὑγρότητα τὴν ἀπὸ τῆς σαρκός. Παρὰ δὲ τὴν κνήμην περόναι δύο παρήκουσι, αἳ κάτωθεν μὲν πρὸς τοῦ ποδὸς ἐς τὰ σφυρὰ τελευτῶσι, ἄνωθεν δὲ πρὸς τοῦ γόνατος οὐκ ἐξήκουσι πρὸς τὸ ἄρθρον. Πρὸς δὲ τὸν πόδα ἡ κνήμη κατὰ τὰ σφυρὰ ἄρθρον ἔχει καὶ ἄλλο κατώτερον τῶν σφυρῶν· καὶ ἐν τοῖσι ποσὶ ἄρθρα πολλὰ, ὥσπερ καὶ ἐν τῇσι χερσί· ὅσα γὰρ ὀστέα, τοσαῦτα καὶ ἄρθρα, καὶ ἐν τοῖσι δακτύλοισι τῶν ποδῶν τὸν ἀριθμὸν ἴσα κατὰ τὰ αὐτά. Ἄρθρα δὲ πολλὰ ἐν τῷ σώματι σμικρὰ, οὐχ ὁμοίως πᾶσι, ἀλλὰ ἄλλα ἄλλοις· ταῦτα δὲ τὰ γεγραμμένα πᾶσι ὁμοίως εἰσὶ, καὶ φλέβες αἱ γεγραμμέναι πᾶσι ὁμοίως εἰσὶ, ἄλλα τε φλέβιά εἰσι ἄλλοις, ἀλλ' οὐκ ἄξια λόγου.

ζ'. Μύξα πᾶσι ἔνεστι φύσι καὶ ὅταν αὕτη καθαρὴ ᾖ, ὑγιαίνουσι τὰ ἄρθρα καὶ διὰ τοῦτο καὶ εὐκίνητά ἐστι, ὥστε ὀλισθάνοντα πρὸς ἑωυτά. Πόνος δὲ καὶ ὀδύνη γίγνεται, ὅταν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὑγρασίῃ ἐπιρρυῇ πονήσασί

7. Mucus omnibus a natura inest et cum purus fuerit, bene valent articuli, ideoque facile etiam moventur, cum sint inter se lubrici. Oboritur autem labor et dolor, ubi malum aliquod passis affluit humor a carne. Ac pri-

intelligitur; sed mira ratio est, qua alteram partem τοῦ δικραίου caput femoris, alteram τὸ ἰσχίον facit. Primo intuitu dixeris eum trochanterem velle, at quum dicat φαίνεται ἐν τῷ πυγαίῳ κάτω, re vera os ischii partem femoris facit.

καὶ πρὸς δὲ τὸ γόνυ — σαρκός.] Edi solet πρὸς δὲ τὸ γόνυ τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ τοιόνδ' ἐστι δίκραιον· τῷ δὲ κ. τ. λ. Sed τοιόνδε ἐστί cod. C. Quodsi haec legas exspectas descriptionem in sequentibus illius τοιόνδε, quae tamen non habetur. Itaque primum putavi lacunam hic esse; postea perspexi τοιόνδε referri ad superioris periodi initium ὁ δὲ μηρὸς ἄνωθεν μὲν — δίκραιός ἐστι; ita ut δίκραιον loco nostro expletum sit ab annotatore aliquo; sed tum haec iungi debent cum antecedentibus, ita ut καί de meo initio posuerim, post postremam syllabam verbi καλέεται copulam periisse existimans. In seqq. dein edi solet τῷ δὲ δικραίῳ τούτῳ τὸ ὀστέον, ἡ κνήμη καλεομένη οἷον ἐν γιγγλύμῳ ἐνήρμοσται, in quibus cod. A. τοῦτο, ita ut iungat τοῦτο τὸ ὀστέον; pessime sane, nam τὸ ὀστέον emblema alienum est ad ἡ κνήμη adscriptum, quod repudiandum est. Dein ἀναπεπταμένων vulgo, ἀναπεπταμένον Ald. C., Zuing., Lind., Mack. ἀναπεπτάμενον A., quem Littréus sequi non debuerat.

παρὰ δὲ τὴν κνήμην — ἄρθρον.] πρὸς τοὺς πόδας ἐς τὰ σφυρά A., unde ἐς in vulgatam introduxit Littr.; — γούνατος A.; — οὐδ' (οὐδέ Mack) ἐξήκουσι Lind., Mack.

πρὸς δὲ — τὰ αὐτά.] ἐν ταῖς χερσί C.; — ὅσα γὰρ τὰ ὀστέα vulgo, Littr. τό delevit, contra cod. C. etiam καὶ τὰ ἄρθρα; — optio lectori tuto permittitur; — τὰ αὐτά A. Littr., ταῦτα vulg.

ἄρθρα δὲ — λόγου.] καὶ φλέβες — ὁμοίως εἰσί e cod. A. hausit Littr., in vulg. haec absunt.

7. μύξα — πρὸς ἑωυτά.] περὶ πόνων τῶν ἐν τοῖς ἄρθροισιν A. pro inscriptione; — ἔνεστι A., ἐστι vulg.; — μύξαι πᾶσί εἰσι φυσικαὶ, ὅταν C.; — καθαρθῇ A. pro καθαρὴ ᾖ; — καὶ διὰ τοῦτο καί A. C., cett. alterum καί omm.; — ὀλισθαίνοντα vulgo, sed alii libri recte ὀλισθάνοντα.

πόνος δὲ — ἧσσον.] ῥυῇ πονησάσης τι· πρῶτον A., quod recepit Littr., ῥυῇ πονησάσῃ· τὸ πρῶτον vulg. Utrumque sensu cassum est, sed in πονησάσῃ τό vulgatae latet πονήσασί τι, i. e. πονήσασι τοῖσι ἄρθροισι; tum vero pro simplice ῥυῇ repono ἐπιρρυῇ, unde dativus pendeat; id enim scriptum fuisse docet sequens ἐπιρρυηκυῖα. — Ante πρῶτον μέν de meo copulam adposui. Dein μὲν γάρ H.', sed si quid hic mutatum cupiam, malim καὶ πρῶτον μέν, praestat

τι· καὶ πρῶτον μὲν πήγνυται τὸ ἄρθρον, οὐ γὰρ ὀλισθηρὴ ἡ ὑγρότης ἡ ἐπερρυηκυῖα ἀπὸ τῆς σαρκός· ἔπειτα, ὥστε πολλὴ λίην γενομένη καὶ οὐκ ἀρδομένη ἐκ τῆς σαρκὸς αἰεὶ, ξηραίνεται καὶ ὥστε πολλὴ ἐοῦσα καὶ οὐ χωρεῦντος τοῦ ἄρθρου ἐκρεῖ, κακῶς τε πεπηγυῖα μετεωρίζει τὰ νεῦρα, οἷσι τὸ ἄρθρον ξυνδέδεται καὶ ἄδετα ποιέει καὶ διαλελυμένα καὶ διὰ τοῦτο χωλοὶ γίγνονται, καὶ ὅταν μὲν τοῦτο μᾶλλον γένηται, μᾶλλον, ὅταν δὲ ἧσσον, ἧσσον.

η'. Ἐς δὲ τὴν κοιλίην καὶ τὰ ἐσθιόμενα καὶ τὰ πινόμενα χωρέουσι, ἐκ δὲ τῆς κοιλίης ἶνες ἐς τὴν κύστιν, ἣ διηθεῖ τὸ ὑγρὸν, τεταμέναι εἰσί.

θ'. Ῥόοι δὲ γίγνονται καὶ διαψυχομένης τῆς σαρκὸς λίην καὶ διαθερμαινομένης καὶ ὑπερφλεγμαινούσης. Ῥόοι δὲ διὰ μὲν τὸ ψῦχος γίγνονται· ὅταν ἡ σὰρξ ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ αἱ φλέβες τεταμέναι ἔωσι, αὗται, φριξάσης τῆς σαρκὸς καὶ ἐς σμικρὸν ἀφικνουμένης καὶ ἐκφλιψάσης, ἐκθλίβουσι τὴν ὑγρότητα καὶ αἱ σάρκες ἅμα ἀντεκθλίβουσι ἐς σμικρὸν ἀφικνεύμεναι καὶ αἱ τρίχες ἄνω ὀρθαὶ γίγνονται, ὥστε πάντοθεν ἰσχυρῶς πιεζόμεναι· ἐντεῦθεν ὅ τι ἂν ἐκφλιβῇ, ῥεῖ ᾗ ἂν τύχῃ. Ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τὴν θερμότητα, ὅταν αἱ σάρκες ἀραιαὶ γενόμεναι διόδους ποιήσωσι καὶ τὸ ὑγρὸν θερμανθὲν λεπτότερον γένηται· πᾶν γὰρ τὸ ὑγρὸν θερμαινόμενον λεπτότερον γίγνεται καὶ ἐς πᾶν τὸ ὑπεῖκον ῥεῖ· μάλιστα

mum quidem rigidus fit articulus; neque enim lubricus est qui ex carne affluxit humor. Dein, quum copia admodum creverit neque assiduo irrigetur a carne, siccatur et quia multus sit, neque articulus eum capiat, effunditur maleque concrescens nervos, quibus articulus connectitur, attollit, elaxat et dissolvit. Quapropter claudi fiunt, idque magis cum id magis accidit, cum vero minus, minus.

8. At vero quae eduntur et bibuntur in ventrem feruntur, et ex ventre ad vesicam, quae urinam percolat, fibrae tendunt.

9. Fluxiones autem fiunt et perfrigerata valde carne et valde calefacta et supra modum inflammata. Propter frigus quidem fluxiones fiunt; cum capitis caro et venae distentae fuerint, hae, carne propter horrorem in angustum coacta et eas premente, exprimunt humorem et carnes simul sua vice exprimunt in angustum redactae et capilli velut undique vehementer compressi eriguntur. Hinc quodcumque expressum fuerit quocumque sors tulerit, fluit. Quin et ob calorem fluit, cum carnes rarefactae transitus praebuerint humorque calefactus tenuior evaserit. Quidquid enim humidum calfactum fuerit, tenuius evadit et in quamcumque partem cedentem influit. Maxime vero, cum ea supra modum inflammata fuerit, hac de causa

tamen, opinor, nihil movere. Lind. πρῶτον μὲν [ὅτι], quod prorsus displicet. Porro ἡ ἐπιρρυήκοι A.; — ὅτι dein pro ὥστε Lind., de suo uti videtur, sed sine dubio nostri usum negligens. Tum πολλὴ λίην γενομένη A., Littr., τενομένη C., νεμομένη vulg.; mihi uti Littréo A. veram lect. referre videtur, neque enim perspicio quid νεμομένη huc faciat, licet de pure effuso νέμεσθαι usurpari videre me meminerim. In seqq. ἐκρεῖ Ald. A. C. Littr., ἐκχεῖ vulgo, pro quo Corn. in K.' non male ἐκχεῖται, quem sequitur Lindanus; — μετεωρίζοι C.; — καὶ ἄδετα δὲ ποιέει C.; — λελυμένα A.; — ὅταν δ' ἧσσον Ald. A. C. Zuing.

8. ἐς δὲ τὴν — εἰσίν.] τά ante πινόμενα om. C.; — ἣ διηθεῖ A., quem cum Littréo sequor, ᾗ διηθεῖ vulg., δέδιηθει cod. C. Plane firmatur codicis A. lectio verbis ex § 2. libri I. de mm. mull.: οὔτε ἡ κύστις διηθήσει τὸ οὖρον. Si ᾗ scribatur, necessario διηθεῖται legendum est, sed cod. A. sequi oportet.

9. ῥόοι — ὑπερφλεγμαινούσης.] Littréus ὑποφλεγμαινούσης dedit ex A., sed vulgata non est tentanda, idem ὑπερφλεγμαίνειν brevi post recurrit.

ῥόοι — ᾗ ἂν τύχῃ.] Post γίγνονται A. et codd. nonnulli Foësii ferunt ὁπόταν τόδε γένηται, quod recepit Littréus; me iudice otiosum additamentum tuto sibi relinques. Dein αὗται γάρ K.' Lind., Mack., qui Cornarium sequi non debuerant. Vulgo ἐκφλιψάσης, sed per θ A. Zuing., Lind., Mack., — ceteri αἱ σάρκες ἅμα αὗται, reieci otiosum pronomen. Tum ἅμα ἰσχυρῶς ceteri, ubi etiam ἅμα e superioribus, ut opinor, perperam invectum reiicio. Tandem ἐκφλιβῇ vulgo, ἐκθλίβῃ C. Lind., Mack.

ῥεῖ δὲ καὶ — ὑπὸ ἰσχνότητος.] γινόμεναι vulg., de meo aor. dedi; — διόδους ποιῶσι A., quod cum vulgato γινόμεναι quidem congruit, sed non cum re descripta; — πᾶν ἐς τὸ ὑπεῖκον A. Littr., ἐς om. vulg.; equidem ἐς πᾶν de meo scripsi; — λίην μέν e C. scripsi, qui αἳ ἦν μέν; vulgata μέν om.; — aoristum γενόμεναι ex A. dedi, γινομ. vulg. — Post χωρέειν, ῥεῖ ceteri ferunt τὸ ὑγρὸν τὸ μὴ δυνάμενον

δ' ὅταν λίην ὑπερφλεγμήνῃ, διὰ τόδε ῥεῖ· αἱ σάρκες λίην μὲν ἔμπλεαι γενόμεναι ὅ τι ἂν μὴ δύνωνται χωρέειν, ῥεῖ· ῥεῖ δὲ ᾗ ἂν τύχῃ· ἐπὴν δὲ ἅπαξ εὔροοι αἱ ῥοαὶ γένωνται, ῥεῖ ἐς τὸ χωρίον ᾗ ἂν τύχῃ, ἔστ' ἂν ξυμπιεχθῶσι αἱ δίοδοι τοῦ ῥόου δι' ἰσχνότητα, ὅταν τὸ σῶμα ξηρανθῇ· ὥστε γὰρ τὸ σῶμα κοινωνέον αὐτὸ ἑωυτῷ διαλαμβάνει, καὶ ἄγει καθ' ὅ τι ἂν ὑγρὸν ἐπιτύχῃ ἐς ἑωυτὸ τὸ ξηρόν· ἄγειν δὲ οὐ χαλεπὸν αὐτό ἐστι, ὥστε τοῦ σώματος κενοῦ τε ἐόντος καὶ οὐ ξυνοιδέοντος ὑπὸ ἰσχνότητος. Ὅταν δὲ τὰ κάτω ξηρὰ γένωνται, τὰ δ' ἄνω ὑγρὰ, — μᾶλλον δὲ τὰ ἄνω ὑγρά ἐστι τεύχεα, αἱ γὰρ φλέβες ἄνω πλέονές εἰσι ἢ κάτω καὶ αἱ σάρκες ἐλάσσονος ὑγρότητος δεόμεναι αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ, — ἄγει δὴ τὸ ξηρὸν τοῦ σώματος τὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑγρόν· καὶ ἅμα καὶ δίοδοί εἰσι τῷ ἄγοντι μᾶλλον ἢ τῷ ἀγομένῳ· καὶ γὰρ αὗται κερδαίνουσι ὥστε ξηραὶ ἐοῦσαι καὶ ἅμα καὶ τὰ ὑγρὰ πέφυκε κάτω χωρέειν, καὶ ἢν βραχέα τις ἀνάγκη γένηται.

ι'. Ῥόοι δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἑπτά· ὁ μὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ὁ δὲ κατὰ τὰ ὦτα, ὁ δὲ κατὰ τοὺς ὀφθαλμούς· οὗτοι οἱ ῥόοι καταφανέες ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῖσι ὀφθαλμοῖσι. Ἐπὴν δ' ἐς τὸν κίθαρον ῥυῇ ὑπὸ ψύχους, χολὴ γίγνεται, μᾶλλον δὲ ῥεῖ ἐς τὸν κίθαρον ὑπὸ ψύχους διὰ τόδε, ὅτι εὔροον γίγνεται ἐς τὸν βρόγχον, ὥστε οὐ ξυγκεκαλυμμένον· ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχους καὶ κόπος ἔχει διὰ τοῦτο τοὺς ὑπὸ τῆς χολῆς ἐχομένους, ὅτι αἱ σάρκες, ὅταν χειμίῃ ᾖ, οὐκ ἀτρεμίζουσι, ἀλλὰ σείονται, καὶ σειόμεναι μοχθέουσι καὶ κοπιῶσι, ὥστε σειόμεναι, ὥσπερ ἐν τῇσι ὁδοιπορίῃσι· καὶ ἔμπυοι γίγνονται, ὅταν

fluit: carnibus quidem valde repletis, quodcumque capere non possunt, fluit. Fluit autem, quocumque datum fuerit. Cum vero semel fluxiones facilem fluxum obtinuerint, fluit in locum quemlibet, donec pertransitus fluxionis compressi fuerint propter angustiam, cum corpus resiccatum fuerit. Quippe corpus sibi ipsi communicans accipit et ubicumque humor se obtulerit id quod siccum est eum ad se adducit. Neque eum adducere difficile est, quum corpus sit vacuum, neque tumeat, propter gracilitatem. Cum autem inferiores partes siccae evaserint, superiores vero humidae, — superiora enim vasa magis humida sunt, cum plures venae sint parte superiore quam inferiore et capitis carnes minore indigeant humore, — tum sane sicca corporis pars humorem ex capite ducit, simulque meatus ei quae ducit magis patent quam ei a qua ducitur. Cum enim ipsae siccae exsistant, ex eo sibi quaestum parant, simulque humores natura deorsum ferri solent, vel si vis modica in eos agat.

10. At vero fluxiones ex capite septem sunt: alia in nares, alia in aures, alia in oculos; quae ex capite fluxiones oculis sunt conspicuae. Ubi vero in thoracem ob frigus defluxerit, bilis fit. Potius vero ad thoracem fluxio fit hac de causa, quod facilis defluxus sit ad asperam arteriam, cum non sit contecta. Eos vero, qui a frigore bile vexantur, lassitudo eam ob causam detinet, quod carnes, cum frigus sit, minime quiescunt, sed concutiuntur, concussaeque molestia et lassitudine tentantur, non secus atque ex itinere concussae. Quin etiam cum in thoracem fluxio decubuerit, suppurati et tabidi fiunt. Cum vero in medullam fluxio

χωρέεσθαι, quod non est nisi putida scioli adnotatio, nam ea, quae antecedunt, id ipsum abunde significant. Dein ἐπὴν — τύχῃ om. C. Libri scripti ῥοῖαι et ῥοιαί, de meo ῥοαί repono; — ἐς τὸ χωρίον E., Zuing. in m., καὶ τὸ χ. vulg., καὶ ἐς τὸ χ. K., Lind., Mack.; — αἱ ὁδοί A., sed vulgata praestat; — ἰσχνότητα [τὴν γενομένην] Lind., qui locum recte quidem cepit, nec tamen eum explere de suo debuerat; ὅταν δὲ τό K.' minus recte; — καὶ ἀλγεῖ A., male; — articulus ante ξηρόν vulgo abest, addunt Ald. A. C. E. Zuing., Littr. Pro ὥστε dein libros aliquot ὥς γε habere monet Foës.

ὅταν δὲ τὰ κάτω — γένηται.] δ' om. C.; — ἐλάσσονος cum Mack. scripsi, ἐλάττονες vulg., ἐλάττονος A. C. Lind., Littr.; — διόδοισι pro δίοδοί εἰσι A.; — ἢ τῷ ἀγομένῳ rectissime intellexit Foësius, sed vide quam ineptus scriptor sit, qui id ponit pro ἢ τούτῳ, ὅθεν ἄγεται! — βραχείη vulg., βραχέη C.

10. ῥόοι — ὀφθαλμοῖσι.] οὗτοι οἱ ῥόοι καταφρενέες A.; Lind. [δέ] inserit post οὗτοι.

ἐπὴν δ' — φθισιῶντες.] δὲ ἐς C.; — μάλιστα pro μᾶλλον A.; — γίγνεται C., γίν. vulg.; — ὡς δή pro ὥστε Lind. de suo, uti videtur; — οὐδέ vulgo, sed οὐ prima m.

ἐς τὸν κίθαρον ῥέῃ καὶ φθισιῶντες. Ὅταν δ' ἐς τὸν μύελον ῥόος γένηται, φθίσις ἀλλοία γίγνεται. Ὅταν δ' ὄπισθεν ἐς τοὺς σπονδύλους καὶ ἐς τὰς σάρκας ῥυῇ, ὕδρωψ γίγνεται καὶ τῷδ' ἔστι γιγνώσκειν, ξηρὰ τὰ ἔμπροσθεν, ἡ κεφαλὴ καὶ αἱ ῥῖνες καὶ οἱ ὀφθαλμοί· καὶ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι ἀμβλυώσσει καὶ χλωροὶ γίγνονται καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ οὐκ ἀποπτύει οὐδὲν, οὐδ' ἢν πουλὺ ῥέῃ· ὅδε γὰρ ὁ ῥόος διὰ τῆς σαρκὸς μέσης ῥέων τῆς ὄπισθεν καὶ τῆς ἔμπροσθεν ἀπεστραμμένος, ξηρὰ τὰ ἔμπροσθεν ποιέει, τὴν δ' ὄπισθεν ἄρδει σάρκα καὶ τὴν ἐντὸς μᾶλλον πρὸς τὴν κοιλίην ἢ τὴν ἐκτὸς πρὸς τὴν ῥινόν· διὰ τοῦτο δὲ ἐκτὸς μᾶλλον ἢ ἐντὸς στερεὸν τὸ σῶμα καὶ στενωτέρας διατρήσιας ἔχει· ὥστε δὲ λεπταὶ ἐοῦσαι ξυμπιλέονται καὶ ἀκέουσι αὐταὶ σφίσι, καὶ ῥόος οὐ δύναται ταύτῃ ἰέναι οὐδείς· αἱ δ' εὐρύτεραί τέ εἰσι αἱ ἐντὸς καὶ λεπτότερα τὰ μεταξὺ ἔχουσαι. Ὁ δὲ ῥόος, ὥστε ἀφ' ὑψηλοτέρων καὶ λεπτὰ τὰ ἀντικωλύοντα ἔχων, ῥεῖ καὶ πίμπλησι ὑγρότητος τὰς σάρκας· καὶ ἀπὸ τῶν σιτίων ἐς τὸ αὐτὸ χωρέουσα ἡ ὑγρότης διέφθαρται· διεφθαρμένη δ' αὐτὴ ὑπὸ τῆς ξυμμίξιος καὶ τὸ ῥέον ξὺν αὐτῇ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, τρέφουσι τὸ σῶμα· λίην δὲ πολλῷ ὑγρῷ αἱ σάρκες τρεφόμεναι καὶ νοσηλῷ θάλλουσί τε λίην καὶ ὕδρωπος ἔμπλεαί εἰσι. Ἢν δ' ὀλί-

facta fuerit, tabes alius generis oritur. Quod si vero in vertebras et carnes defluxerit, aqua inter cutem suboritur. Hoc vero signo dignoscas licet: anteriores partes siccae sunt, caput, nares, oculi; et oculis caligo obversatur et una cum reliquo corpore ex virore pallescunt, neque quidquam aeger exspuit, ne si multum quidem defluat. Fluxio enim per mediam carnem posteriore parte delapsa et ab anteriore aversa, anteriores partes siccas reddit, carnemque in posteriore irrigat, eamque magis, quae ad interiora est ad ventrem, quam quae ad exteriora ad cutem. Fit autem hoc hac de causa, corpus exteriore parte magis quam interiore solidum exsistit et foramina habet angustiora; quae cum tenuiora sint, constipantur, ipsaque sibi medentur, nullaque hac parte fluxio fieri potest; intra autem cum latiora sunt tum intermedia habent tenuiora. Fluxio vero cum ex altioribus delabatur et tenuia contra se obiecta habeat, defluit et carnes humore replet. Quin et humor, qui e cibis eodem defertur, corrumpitur, ipseque ex commixtione corruptus et qui cum eo ex capite defluit, corpus nutriunt. Carnes vero plurimo humore nutritae eoque morboso et turgent et aqua inter cutem replentur. Quodsi parum fluxerit, coxarium morbum et *κέδματα* facit, si fluere cessaverit. Nam cum exiguum sit quod affluit et undiquaque a potentioribus

in A.; — vulgo *εὐχυμίη ᾖ*, sed *χειμίη ᾖ* prima m. in A., Gal. gl., Littr., *χολῇ ᾖ* Mack.; — *ἔχῃ μῆνι* C., — *ἔχει μὴν ᾖ* Vatt. mss. Foësii; — tum *ὥσπερ* om. C.

ὅταν — γίγνεται.] *ὅταν δὲ ἐς* Mack., *δ'* om. C.; — vulgo *φθίσις ἄλλη*, sed Corn., Foës., quem confer in Oecon., Mack., Littr. e Galeni glossis *ἀλαΐα* legunt, quod quin Gal. legerit, nullus dubito. Sed iam primum quaero sitne *ἀλάϊος* idem quod *ἀλαιός*, aut pro eo admittendum? Ego saltem e tam corrupto libro eiusmodi *ἅπαξ λεγόμενον* in thesaurum linguae Graecae inferre aleae plenum iudico. — Sed praeterea quid significabit *φθίσις ἀλαΐα*? tabem, quae non appareat? tabem coecam? mirae res, mira nomina! Sed ne nugemur. In libro de victu acutorum libri fluctuant inter *ἑτεροῖος* et *ἕτερος*, hoc vero loco fluctuant inter *ἀλλοῖος* et *ἄλλος*! Nempe *ἀλαΐα* ex *ἀλλοία* natum est, quod confidenter repono. — Si forte quaeras num noster *ἀλλοῖος* usurpaverit cf. § 42. *καὶ ἀλλοίας κακίας*. Si quaeras quomodo *ἀλαΐα* ex *ἀλλοία* natum sit, puto hoc modo ut primum pro ΑΛΛΟΙΑ iotacismo scriptum fuerit ΑΛΛΙΑ et ut ita ΑΛΑΙΑ sit natum.

ὅταν δ' ὄπισθεν — ἔχουσαι.] *ὅταν δὲ ὀπ.* A. C.; — *γιγνώσκειν* vulg., *γινώσκειν* A. C.; — *ἢν ξηρὰ τὸ ἔμπρ. ᾖ, ἡ κεφ.* vulgo, sed *ἢν* omm. Ald. C. E. Zuing., cod. vero A. tum *ἢν*, tum *ᾖ* om.; hunc cum Littr. sequor. Ceteri *γίνεται ἀμβλυώσσειν* (*ἀμβλύωσιν*, al. m. *ἀμβλύωσις* A.) prorsus ridicule, nempe *γίνεται* emblema alienum et eiiciendum est, tum *ἀμβλυώσσει* legere oportet, quod abunde docet sequens *ἀποπτύει*, ubi A. solus *ἀποπτύειν*. Ad *καὶ τὸ ἄλλο σῶμα* ex antecedentibus subintelligitur *χλωρὸν γίγνεται*, nam superius *χλωροὶ γίγνονται* ad oculos spectat. Porro *ξηρὰ τὰ [μὲν] ἔμπρ. ποιέει* Lind., Mack.; — *ᾖ* ante *ἐκτός* om. C.; — equidem de meo ante *ἐκτός* interposui *τήν*. Cod. C. *στενοωτέρας*, in quo fortasse vestigium Ionici *στεινοτέρας*. Sed ex hoc comparativo natum opinor *στερεώτερον*, quod ceteri brevi ante legunt et pro quo de meo *στερεόν* reposui. — Dein *ὥστε δή* K.', quae otiosa correctiuncula Cornarii. Tum *αὗται σφίσι ἑωυταῖς* vulgo, in quo *αὐταὶ σφίσι* latere constat.

ὁ δὲ ῥόος — εἰσίν.] *τῶν σίτων ὡς τὸ αὐτό* prima m. in A.; — *τρέφει* A., Littr., *τρέφουσι* vulgo, mihi codicis A. lectio otiosam correctionem referre videtur; — *τὰ σώματα* alia manu A.; — *τε λίην* e solo A. Littréus, tum vulgo *θάλλουσαι* scribitur, sed alia m. *καί* ante *ὕδρωπος*, itaque emergit antiqua scriptura quam exhibui.

ἢν δ' ὀλίγον — ποιέεται.] *καί* ante *ὑπὸ παντός* A. Littr., ceteri omm.; — *ὑπὸ παντὸς κρέσσονος ἐόντος* om. C.; —

γον ῥεύσῃ, ἰσχιάδα καὶ κέδματα ἐποίησε, ἐπὴν ῥέον παύσηται· ὥστε γὰρ ὀλίγον ἐρρυηκὸς καὶ πάντοθεν ὠθεύμενον καὶ ὑπὸ παντὸς κρέσσονος ἐόντος, ὥστε ὀλίγον ἐὸν καὶ οὐκ ἔχον ἐπιρροὴν ὥστε πάντοθεν ὠθεύμενον, ἐς τὰ ἄρθρα ἀποφυγὴν ποιέεται. Γίγνεται δὲ κέδματα καὶ ἰσχιάδες καὶ ἀπὸ τοιούτων νοσημάτων ὑγιῶν γιγνομένων, ὅταν τὸ μὲν νόσημα ποιέον ὑγιὲς γένηται, καταλειφθῇ δέ τι ἐν τῇ σαρκὶ καὶ μὴ ᾖ αὐτῷ ἔξοδος, μήτ' αὖ ἔσω μήτε ἐς τὸ δέρμα φῦμα ποιήσῃ ἐξιὸν, φεύγει ἐς τὸ ὑπεῖκον, καὶ ἢ κέδματα ἢ ἰσχιάδα ἐποίησε.

partibus depulsum, quum undique propellatur, ad articulos confugit. Κέδματα autem et coxendicum morbi, iis, qui ab eiusmodi morbis convaluerunt, accidunt, quando quod morbum facit, sanum evaserit, in carne vero quid remanserit, cui cum neque intro denuo exitus detur, neque id in cute tuberculum faciat egressum, se recipit ad id, quod cedere potest, et aut κέδματα, aut coxendicum morbum parit.

ια'. Ἢν δὲ ξυνοιδήσωσι αἱ ῥῖνες καὶ φλέγματος ἔμπλεαι ἔωσι ξυμπεπηγότος, τοῦτο χρὴ τὸ φλέγμα τὸ ξυμπεπηγὸς λεπτύνειν ἢ πυρίησι, ἢ φαρμάκῳ, καὶ μὴ ἀποτρέπειν· ἢν γὰρ ἀποτρεφθὲν ἄλλῃ πῃ ῥεύσῃ, πάντῃ τὸ ῥέον μέζονα νόσον ποιέει.

11. Quodsi nares intumuerint et pituita eaque concreta repleantur, ea ubi concreverit, aut fomentis, aut medicamentis extenuanda, minimeque avertenda est. Etenim si aversa alio feratur, omnino fluxio maiorem morbum facit.

ιβ'. Ὁκόταν δ' ἐς τὰ ὦτα ῥέῃ, τὸ πρῶτον ὀδύνην παρέχει, βίῃ γὰρ χωρέει· πόνον δὲ παρέχει, ἔστ' ἂν ἀποσυριγγωθῇ· ἐπὴν δὲ μάθῃ ῥεῖν, οὐκέτι πόνον ποιέει. Τῷ δ' ὑπὸ τῆς ὀδύνης ἐχομένῳ φάρμακον θερμὸν φύσι χλιαρὸν ποιήσαντα, διέντα νετώπῳ, ἐγχεῖν καὶ ὄπισθεν σικύην προσβάλλειν, ἢν τὸ ἀριστερὸν ἀλγέῃ, ἐς τὸ δεξιὸν, καὶ ἢν τὸ δεξιὸν, ἐς τὸ σκαιόν· μὴ κατακρούειν δὲ, ἀλλ' ὡς ἂν ἕλκῃ μοῦνον· ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα παύηται, ψύχοντα ἐγχεῖν φύσι ψυχρὰ καὶ φάρμακον πῖσαι ὅ τι ἂν κάτω ὑποχώρησιν ποιέῃ, ἄνω δὲ μὴ, ὥστε οὐδὲν ἀρήγει ἐμέειν, καὶ τἄλλα ψύχειν. Καὶ αἰεὶ δὲ ἐκ τοῦ

12. Cum vero ad aures fluxerit, primum dolorem exhibet, vi enim fertur. Dolorem autem exhibet, quoad fistula contracta fuerit; ubi vero fluere consueverit, non amplius infestat. At vero ei, quem dolor detinet, medicamentum natura calidum tepefactum et netopo subactum infundendum et retro cucurbitula admovenda, ad dextram, si sinistra auris doluerit, ad sinistram vero, si dextra. Nec vero scalpello cutis pertundenda, sed ut trahat tantum. Quodsi per haec dolor minime sedetur, ea, quae natura frigerant, frigida infundito et medicamentum quod infra deiectionem moveat propinato, supra autem minime, quippe vomitio nihil

ὥστε ὀλίγον — ὠθεύμενον ex A. supplevit Littr., legitur tamen in cod. illo καὶ ὥστε πάντοθεν, ubi praeeunte Littréo καί reiicio.

μδ'. Πάντα φάρμακά εἰσι τὰ μετακινέοντα τὸ παρεόν· πάντα δὲ τὰ ἰσχυρότερα μετακινέουσι· ἔξεστι δὲ, ἢν μὲν βούλῃ, φαρμάκῳ μετακινέειν· ἢν δὲ μὴ βούλῃ, σιτίῳ· ἅπαντα δὲ νοσέοντι μετακινέειν ἐκ τοῦ παρεόντος ἀρήγει· ἢν γὰρ μὴ μετακινήσῃς, τὸ νοσέον αὔξεται. Φάρμακα δ' οὐ χρὴ τὰ ἰσχυρὰ φύσι ἐπὶ τῶν ἀσθενέων νοσημάτων διδόναι, ὀλιγότητι τοῦ φαρμάκου ἀσθενὲς ποιεῦντα· ἀλλὰ τοῖσι μὲν ἰσχυροῖσι φύσι φαρμάκοισι ἰσχυροῖσι χρῆσθαι, τοῖσι δ' ἀσθενέσι φαρμάκοισι μὴ ἰσχυροῖσι, μηδὲ μεταποιεῦντα τὸ φάρμακον, ἀλλὰ κατὰ φύσιν ἑκάστοισι, τοῖσι μὲν ἀσθενέσι ἀσθενῆ φάρμακα φύσι, τοῖσι δ' ἰσχυροῖσι νοσήμασι ἰσχυρὰ φύσι τὰ φάρμακα. Τὰ δὲ νοσήματα ᾗ πελαστάτω πέφυκε ἐξάγειν, ταύτῃ δ' ἐξάγειν ᾗ ἑκάστῳ ἔξοδος ἐγγυτάτω. Τὰ ὑποχωρητικὰ τοιάδε ἐστὶ, ὅσα ὀλισθηρὰ καὶ

peret, neque morbus, neque actio contraria oritur ex oblatis et haec est occasio, quam medicum novisse oportet. Quando vero occasionem excedit, contrarium fit: nam quamdiu corpus superat id, quod obfertur, corpus nutritur; sin hanc occasionem excedat, contrarium fit, nam extenuatur. Et reliqua omnia tumefactionem inducentia, quamdiu corpus ea superat, singula quae secundum occasionem et secundum naturam sunt efficiunt; ubi vero occasionem excedant, contrarium fit.

44. Omnia medicamenta sunt, quae praesentem statum dimovent; valentiora autem omnia immutant. Licet autem, si quidem velis, medicamento transmovere, sin minus, cibo. Aegrotanti vero omnia e praesente statu dimovens opem fers; nisi enim quod morbum facit dimoveris, augetur. In morbis debilibus medicamenta natura valentia minime sunt exhibenda, neque imbecillum facere oportet medicamentum id parva copia exhibendo. Sed in valentibus natura valentibus medicamentis utendum, debilibus vero non valentia medicamenta danda. Neque medicamentum transformandum est, sed singulis secundum suam naturam exhibendum, ita ut debilibus quidem debilia natura medicamenta, valentibus vero valentia natura medicamenta exhibeantur. Morbi autem per eam partem, cui maxime vicini esse solent, educendi. Per eam autem partem, qua singulis quam

pro εἰδέναι. Vulgata dein post τὸ ὑπεναντίον γίγνεται fert: καὶ εἰ πρὶν ὑπερπεσεῖν οἴονται ἔχειν καὶ τὸ θερμαίνεσθαι; — Lind. in his ὑπερπέσσειν, item Littréus, qui insuper de suo οἳ πρὶν ὑπερπ. scripsit; Zuing. in m. καὶ οἱ πρὶν ὑπερπέσσειν οἷόν τ' ὄντες οὐκ ἔτι θερμαίνεσθαι; — Littréus a Rosenbaumio sibi communicatam Trilleri emendationem tradit καὶ οἱ πρὶν ὑπερπέσσειν βάρος (vel ἄχθος, vel simile quid) οἴονται ἔχειν καὶ θερμαίνεσθαι, cui correctioni ut solet plures alias dein subiungit, quas describere supersedeo. Una re omnia illa tentamina emendationis laborant, nempe nullum est eorum, quod sensum praebeat sanum, nam in Trilleri etiam lectione ὑπερπέσσειν non intelligitur et ineptum est οἴονται θερμαίνεσθαι. Sed haec verba corrupta in vulgata emblema sunt alienum, sine dubio corruptum, sed quod certo reiicies, quia hoc dempto cetera vicina apte coniunguntur et sibi subsequuntur. — In seqq. ἕως μὲν γάρ sine ἂν A. — ἐπήν A. C. L. Mack., Littr., ἐπί vulg., ἐπεί Lind.; — γίνεται om. A.; — ἔτι τε πρὸς τὸν καιρόν vulg., ἔστι δὲ τὰ πρὸς τὸν κ. A., unde Littr. ἔτι τὰ πρὸς τὸν κ.: mihi illud ἔτι τε emblema alienum videtur, sed τά servo. Item emblema alienum est τὰ φλεγματώδεα φλεγμαίνειν, quod post ἕκαστον apud ceteros legitur. Cod, A. ἕκαστον ποιέουσι. In isto ms. h. l. finis libri habetur et legitur τέλος περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον.

44. πάντα — αὔξεται.] Mirum est quam frequens sit in hoc libello usus verborum pluralium cum subiectis neutris pluralibus.

φάρμακα — τὰ φάρμακα.] φάρμακα [δὲ] οὐ χρή Lind., unde δ' de meo adieci; — χρέεσθαι Lind.; — δὲ ἀσθεν. C.; — μηδὲ τὰ ποιεῦντα vulg., μηδὲ μεταποιεῦντα Foës. emendat, quem sequuntur Lind., Mack., Littr.; — τοῖσι δὲ ἰσχυροῖσι C., Lind.; δέ om. vulg.; malui δ' scribere — Parum aptum est τοῖσι ἰσχυροῖσι φύσι φαρμάκοισι ἰσχυροῖσι χρῆσθαι, pro quo potius exspectas aut ἐπὶ τοῖσι ἰσχυροῖσι φύσι φαρμάκοισι ἰσχυροῖσι χρῆσθαι, aut τοῖσι ἰσχυροῖσι φύσι φάρμακα ἰσχυρὰ διδόναι. Nihil tamen de sede moveo, ne scriptorem fortasse corrigam, non librarios.

τὰ δὲ νοσήματα — ἐγγυτάτω.] ᾗ vulgo, ᾗ emendavit Foësius, quem Lind., Mack., Littr., sequuntur.

τμηματώδεα καὶ ὅσα ἐν τοῖσι θερμοῖσι λεπτύνονται, — ἡ γὰρ κοιλίη θερμή ἐστι, — καὶ τἄλλα τὰ ἁλμυρὰ καὶ ὅσα τῶν τοιούτων πλεῖστον ἔχουσι. Τὰ δ' αὖ διαχωρητικὰ, ἄλλα στάσιμα, ὅσα φῦσαν παρέχουσι, — τὰ γὰρ ὑγρὰ ξηραινόμενα φῦσαν ποιέουσι, — καὶ τὰ στύφοντα καὶ τὰ ὑπὸ θερμοῦ πηγνύμενα καὶ τὰ ψαθυρὰ καὶ τὰ ξηρά. Πάντα δὲ ἐντὸς φλεγμαίνειν ποιέουσι τὰ προσφερόμενα, ἅσσα τὰ ἐκτὸς ἰσχναίνουσι· ταῦτα δὲ καὶ ἰσχητήριά ἐστι καὶ φλεγματώδεα. Καὶ τὰ ὑποχωρητικὰ ἰσχναίνοντα θερμαίνουσι· ἔτι δὲ τὰ ὀξέα καὶ φλεγματώδεα. Πάντα δὲ τὰ ψύχοντα τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ ὑποχωρητικά ἐστι· καὶ τὰ ψυχρὰ καὶ τὰ ὑγρά· ὁπόταν δὲ μὴ ὑποχωρητικὰ ἔωσι, θερμαίνουσι. Ψύχουσι δὲ καὶ τὰ θερμὰ ἐς τὴν κοιλίην προσφερόμενα καὶ ταχὺ διαχώρησιν ποιεύμενα, διαχώρησιν δὲ μὴ ποιεύμενα θερμά ἐστι ἐν τῇ κοιλίῃ. Τούτων ὅσα πλησμονὴν ποιέει, μάλιστα φλεγματώδεά ἐστι· ἃ δὲ πλεῖστα προσφερόμενα οὐ ποιέει πλησμονὴν, διαχωρητικά.

proximus est exitus, educi debent. Alvum subducentia talia sunt, quaecumque lubricant, et incidunt et quaecumque in calidis attenuantur, — venter enim calidus est, — et reliqua, quae salsa sunt, et quae ex his plurimum habent. Minime autem alvum subducunt, sed sistunt, quaecumque flatum exhibent, — humida enim resiccata flatum pariunt, — quaeque adstringunt et quae calore concrescunt, friabilia sunt et sicca. Quaecumque autem foris extenuant, ea omnia intro assumpta tumefaciunt; sunt autem haec alvum sistentia et tumorem facientia. Etiam alvum subducentia extenuantia calefaciunt, itemque acida et tumorem facientia. Quaecumque autem ventrem refrigerant, eadem alvum subducunt et quae frigida sunt et humida; cum vero alvum minime subducunt, calefaciunt. Calida autem in ventrem assumpta et cito per alvum excreta refrigerant, sin non descendant per alvum calida sunt in ventre. Ex his quae plenitudinem inducunt, maxime tumefaciunt; quae vero plurima ingesta plenitudinem non faciunt, ea alvum deiiciunt.

με'. Ἰητρικὴ δή μοι δοκέει ἤδη ἀνευρῆσθαι ὅλη, ἥτις οὕτως ἔχει, ἥ τις διδάσκει ἕκαστα καὶ τὰ εἴδεα καὶ τοὺς καιρούς. Ὃς γὰρ οὕτως ἰητρικὴν ἐπίσταται, ἐλάχιστα τὴν τύχην ἐπιμένει, ἀλλὰ καὶ ἄνευ τύχης καὶ ξὺν τύχῃ εὐποιηθείη ἄν. Βέβηκε γὰρ ἰητρικὴ πᾶσα καὶ φαίνεται τῶν σοφισμάτων τὰ κάλλιστα ἐν αὐτῇ ξυγκείμενα ἐλάχιστα τύχης δεῖσθαι·

45. Ars sane medica iam mihi tota inventa esse videtur, quae sic comparata est, ut singulas et species et occasiones doceat. Qui enim hoc pacto artis medicae cognitionem habet, is minimum ex fortuna pendet, sed et citra fortunam et cum fortuna res feliciter ei succedet. Firma enim est ars tota medica, eiusque praeceptiones, ex quibus constat, pulcherrimae mi-

πάντα δὲ τὰ ἐντὸς — φλεγματώδεα.] ἰσχυτήρια vulgo, C. ἰσχητήρια. Hunc ego sequendum arbitror, quia supra semel iterumque ἰσχυτήρια et ἰσχητήρια in libris permutata vidimus, ubi ἰσχητήρια vera est lectio. Obiicies mirum esse τὰ ἰσχήτηρια dici τὰ ἐκτὸς ἰσχναίνειν; sed non minus mirum sane idem affirmari in vulgata de ἰσχυτηρίοις.

καὶ τὰ — φλεγματώδεα.] vulgo θερμαίνουσι τὰ τοιαῦτα, equidem otiosum τὰ τοιαῦτα e textu abegi; ἔτι καί E.; — ἔτι δὲ καί Lind., Mack.; — καὶ τὰ φλεγμ. E.

πάντα — θερμαίνουσι.] τὰ δὲ τοιαῦτα διαχ. ἐστι cett.; equidem otiosum τὰ δὲ τοιαῦτα eieci.

ψύχουσι — κοιλίῃ.] καὶ ταχὺ διαχώρησιν ποιέουσι K.', Lind., Mack., ταχὺ διαχ. ποιεύμενα Littr.; nempe διαχώρησιν sive ποιέουσι sive ποιεύμενα in vulgata deest, Littréus vero ποιεύμενα maluit, quam Cornarii ποιέουσι. Equidem potius ποιεῦντα exspectaveram, licet sentiam hoc etiam ferri posse.

45. *ἰητρικὴ — καιρούς.*] Omnes ἥτις διδάσκει, quod miro modo infertur post ἥτις οὕτως ἔχει: nempe potius exspectas aut solum ἥτις διδάσκει κ. τ. λ. sine ἥτις οὕτως ἔχει, aut exspectas ἥτις οὕτως ἔχει, ὥστε διδάσκειν κ. τ. λ. Non audeo tamen quidquam de sua sede movere, licet offendat aliquantum vulgata. Ceteri ἔθεα pro εἴδεα, sed Littréus in adn. emendat εἴδεα, quod collato principio § 43. confidenter recipio.

ὃς γὰρ — εὐποιηθείη ἄν.] Advertit εὖ ποιεῖσθαι. s. εὐποιεῖσθαι pro *felici successu rem facere*. Nempe εὐποιηθείη h. l. ad medicum, non ad aegrotantem spectare docet rerum nexus.

βέβηκε — χρῆσθαι.] Pro βέβηκε Zuing. ἕστηκε coniecit, sed frustra, vere monente Littréo, qui comparat ex Herodoto εὖ βεβηκυῖα τυραννίς; non alio modo βεβηκέναι h. l. accipiendum, quam quo βεβῶτες in prognost. p. 148. § 37. vol. I. Dein ἡ γὰρ τύχη αὐτοκρατής [ἐστι] Lind.; — αὐτῇ ἐλθεῖν C.; — ἡ δὲ ἐπιστήμη E.; — χρέεσθαι Lind.

ἡ γὰρ τύχη αὐτοκρατὴς καὶ οὐκ ἄρχεται, οὐδ᾽ ἐπ᾽ εὐχῇ ἐστι αὐτὴν ἐλθεῖν· ἡ δ᾽ ἐπιστήμη ἄρχεταί τε καὶ εὐτυχής ἐστι, ὁπόταν βούληται ὁ ἐπιστάμενος χρῆσθαι. Ἔπειτα τί καὶ δεῖται ἰητρικὴ τύχης; εἰ μὲν γὰρ ἔστι τῶν νοσημάτων φάρμακα σαφῆ, οἶμαι, οὐκ ἐπιμένει τὴν τύχην τὰ φάρμακα ὑγιᾶ ποιῆσαι τὰ νοσήματα, εἴ πέρ ἐστι φάρμακα· εἰ δὲ ξὺν τῇ τύχῃ διδόναι ὠφελέει, οὐδὲν μᾶλλον τὰ φάρμακα ἢ καὶ τὰ μὴ φάρμακα ξύν γε τῇ τύχῃ ὑγιᾶ ποιέουσι προσφερόμενα τοῖσι νοσήμασι. Ὅστις δὲ τὴν τύχην ἐξ ἰητρικῆς ἢ ἐξ ἄλλου τινὸς ἐξελάσει, φάμενος οὐ τοὺς καλῶς τι πρῆγμα ἐπισταμένους χρῆσθαι τύχῃ, τὸ ὑπεναντίον δοκέει μοι γιγνώσκειν· ἐμοὶ γὰρ δοκέουσι μοῦνοι καὶ ἐπιτυγχάνειν καὶ ἀτυχεῖν οἱ καλῶς τι καὶ κακῶς πρῆξαι ἐπιστάμενοι· ἐπιτυγχάνειν τε γὰρ τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ καλῶς ποιέειν, τοῦτο δὲ οἱ ἐπιστάμενοι ποιέουσι· ἀτυχεῖν δὲ τοῦτ᾽ ἐστὶ, ὃ ἄν τις μὴ ἐπίστηται, τοῦτο μὴ καλῶς ποιέειν· ἀμαθὴς δὲ ἐὼν πῶς ἂν ἐπιτύχοι; εἰ γάρ τι καὶ ἐπιτύχοι, οὐκ ἂν ἀξίως λόγου τὴν ἐπιτυχίην ποιήσαιτο· ὁ γὰρ μὴ καλῶς ποιέων οὐκ ἂν ἐπιτύχοι τἄλλα, τὰ εἰκότα μὴ πράσσων.

nime fortuna indigere videntur. Sui enim iuris est fortuna, nullius imperio paret, neque fit ut voto facto ad nos veniat. Scientia vero imperio paret, neque felici successu caret, si quis ea instructus uti volet. Deinde quanam in re medicina fortunâ indiget? Nam si explorata sunt morborum medicamina, non, ut opinor, fortunam exspectant ut morbos sanent, si quidem medicamenta sunt. Sin cum fortuna ea exhibere iuvat, non magis medicamenta quam quae medicamenta non sunt una quidem cum fortuna in morbis oblata sanitatem restituunt. At vero quisquis fortunam ex arte medica aut quovis alio negotio penitus eiicit, negatque eos qui probe aliquid noverunt fortuna uti, is mihi contra quam debet sentire videtur. Ii enim soli vel successu potiri, vel eo frustrari videntur, qui recte quid vel male facere noverunt. Est enim prospere succedere recte facere, quod faciunt qui sciunt; at vero successu frustrari est cum quis quod minime sciat, id non recte faciat. Ignaro enim quomodo prospere succedere queat? Nam si quid etiam ex animi sententia succedat, non magni certe faciendum successum habebit. Nam qui non recte facit, huic ex animi sententia succedere non poterit, cum reliqua, quae sunt consentanea, non faciat.

ἔπειτα — νοσήμασι.] γάρ C. Lind., Mack., Littr., vulgo abest; — σαφῆ οὐκ ἐπιμένει τὴν τύχην· οἶμαι δὲ τὰ φάρμακα ὑγιᾶ κ. τ. λ. Lind., sed cum Littréo consentio affirmante non opus esse emendatione; — εἴπερ ἐστὶ τὰ φάρμακα ceteri, sed me τά h. l. ita offendit, ut omnem loci sensum pessumdare arbitrer, quare delevi; — εἰ δὲ σὺν τύχῃ C., sine τῇ; — εἰ καὶ τὰ μὴ φ. Ald. C.

ὅστις — πράσσων.] χρέεσθαι Lind.; — vulgo: ὃ ἤν τις μὴ ἐπίστηται, τοῦτο μὴ καλῶς ποιέῃ, in qua lect. Littr. de suo ποιέει. Sed me iudice alia vitia latent: ἤν ex ἂν ortum est, quippe illud ineptum; tum vero ποιέῃ quidem propter coniunctivum antecedentem ἐπίστηται ita descriptum est, sed non pro ποιέει, sed pro infinitivo ποιέειν. In seqq. ἐπιτύχοιεν vulg., emendavit Mack., quem Littréus sequitur et ego sequor. Ceterum extremis huius libelli partibus adhaeret apud plerosque initium libri secundi de morbis mulierum, uti recte vidit Lindanus. Cf. de hac re prolegomena.

ΠΕΡΙ ΝΟΥΣΩΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΣΥΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΥΠΟ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΑΤΡΟΣΟΦΙΣΤΟΥ, ΥΦ' ΟΥ ΚΑΙ ΤΟ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΤΟΚΩΙ ΚΑΙ ΤΟ ΓΥΝΑΙΚΕΙΩΝ ΠΡΩΤΟΝ.

DE MORBIS LIBER QUARTUS.

CONSCRIPTUS EST AB EODEM IATROSOPHISTA, A QUO LIBRI DE NATURA PUERI IN PARTU ET DE MORBIS MULIERUM PRIMUS.

ΠΕΡΙ ΝΟΥΣΩΝ.

ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

α'. Τοῦ ἀνθρώπου ἐς τὴν γένεσιν ἀπὸ πάντων τῶν μελέων τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ἐλθὸν τὸ σπέρμα καὶ ἐς τὰς μήτρας τῆς γυναικὸς πεσὸν ἐπάγη· χρόνου δὲ γεναμένου φύσις ἀνθρωποειδὴς ἐγένετο ἐξ αὐτοῦ. Ἔχει δὲ καὶ ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ [1] τέσσαρας ἰδέας ὑγροῦ ἐν τῷ σώματι, ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίγνονται, ὁκόσα μὴ ἀπὸ βίης νοσήματα [2] γίγνεται· αὗται δὲ αἱ ἰδέαι εἰσὶ φλέγμα, αἷμα, χολὴ καὶ ὕδρωψ, καὶ ἀπὸ τούτων ἐς τὸ σπέρμα οὐκ ἐλάχιστον οὐδὲ ἀσθενέστατον ξυνέρχεται, καὶ ἐπειδὴ τὸ ζῷον ἐγένετο, κατὰ τοὺς τοκῆας τοσαύτας ἰδέας ὑγροῦ ὑγιηροῦ [3] τε καὶ νοσεροῦ ἔχει ἐν ἑωυτῷ. Ἀποφανέω δὲ [4] ὅκως ἑκάστη τούτων τῶν [5] ἰδεῶν καὶ πλείων καὶ ἐλάσσων ἐν τῷ σώματι γίγνεται καὶ ὑπὸ τούτου νοσέουσι, καὶ διότι αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι περισσῇσι ἡμέρῃσι, καὶ τίνες ἀρχαὶ τῶν νούσων εἰσὶ, καὶ ὁκοῖα αὐτέων ἑκάστη ἐν τῷ σώματι ἐργασμένη τὴν νοῦσον [6] ἐπάγει, καὶ [7] ὑπ' ὅτου τὸ ῥῖγος τὸ πυρετῶδες γίγνεται, καὶ διὰ τί τὸ πῦρ ἐπιπίπτει μετ' αὐτό.

DE MORBIS.

LIBER QUARTUS.

1. Semen ex omnibus tum viri, tum mulieris membris ad hominis generationem veniens et in mulieris uterum illapsum concrescit, ex eoque tempore accedente natura humanam formam referens procreatur. Habet autem tum mulier, tum vir in corpore quatuor humoris formas, ex quibus morbi oriuntur, qui non ex multa vi accidunt. Hae vero sunt: pituita, sanguis, bilis et aqua. Ex hisque non minima, neque debilissima pars ad semen confertur. Et postquam animal procreatum est, eodem modo quo parentes tot species humoris sani et morbosi in se continet. Qua ratione vero unaquaeque forma tum copiae modum excedat, tum paucior in corpore fiat, aperiam et quo modo idcirco aegrotent, et quare morbi imparibus diebus iudicentur, et quaenam sint morborum principia, et quaenam horum singula in corpore, cum faciant morbum, adducant, et ex quo rigor febrilis oriatur, et quare post eum febris succedat.

[1] τέσσαρα εἴδεα. — [2] γίγνονται. — [3] καὶ νοσηροῦ sine τε. — [4] ὁκόσα ἐν. — [5] εἰδέων. — [6] καὶ πάγει. — [7] ὑπὸ τὸ αὐτὸ ῥῖγος πυρετῶδες γίνεται.

1. τοῦ ἀνθρώπου — ἐξ αὐτοῦ.] Littréus hunc librum non solum subiunxit illi, qui in hac editione sequitur, sed eum quoque cum illo ita coniunxit, ut unum opus continuum videantur esse. Quare ita non facere oporteat in prolegomenis dicam.

ἔχει δὲ — ἑωυτῷ.] ὑγροῦ τέσσαρα εἴδεα E. H. v. Marc.; statim autem observo codicem Venetum Mackii, quem v. appellat Littréus, esse probabiliter Marcianum ipsum; — αἱ ante νοῦσοι Littr. e Parr. 5. et v.; — mihi Marcianus praebet; — νοσεύματα H. v. Marc., — γίνεται pro vulgato γίνονται, Littr. ex v., idem praebet Marc.; — καὶ αἷμα E. H. v., e Marc. non video excerptum; — ὕδωρ E. H., ἀσθενέστερον J.; — ἐπειδάν Lind., Mack.; — τὰς τοκῆας vulg. τοὺς τ. Littr. cum Lind., Mack., Parr. 4. et cod. L.; — κατὰ τὰς τοκέας Marc.; — Littr. ex H. adnotat τοκέας. Aliquot Parr. νοσηροῦ.

ἀποφανέω — αὐτό.] Legi solet ὁκόσα ἐν ἑκάστῃ τούτων τῶν ἰδεῶν πλείω καὶ ἐλάσσω ἐν τῷ σώματι γίγνεται: iam Littréus pro ὁκόσα legere coepit ὅκως, sed si capitula infra obvia, ubi de his rebus agitur, conferas, videbis nostrum dedisse quod exhibui; — ὑπὸ τοῦ νοσέουσι K.' Mack., cuiusmodi correctione opus esse non credo; praeterea si quid moverem, malim ὑπ' ὅτου s. ὅτεο. Sed sequitur in vulg. καὶ ὅτι αἱ νοῦσαι κ. τ. λ., ubi post ΚΑΙ periisse puto ΔΙ,

β'. Ἐθέλω δὲ ἀποφῆναι πρῶτον, πῶς ἡ χολὴ καὶ τὸ αἷμα καὶ ὁ ὕδρωψ καὶ τὸ φλέγμα πλέονα καὶ ἐλάσσονα γίγνεται, ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν πομάτων· [1]γίγνεται δὲ τρόπῳ τοιῷδε· ἡ κοιλίη τῷ σώματι πάντων πηγή ἐστι πλέη ἐοῦσα· κενεὴ δὲ γενομένη ἐπαυρίσκεται ἀπὸ τοῦ σώματος τηκομένου. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πηγαὶ τέσσαρες, ἀφ' ὧν χωρέει τούτων ἕκαστον ἐς τὸ σῶμα, [2]ἐπὴν αὐταὶ ἀπὸ τῆς κοιλίης λάβωσι, καὶ αὗται ἐπὴν κενῶνται, ἀπὸ τοῦ σώματος ἐπαυρίσκονται· ἕλκει δὲ [3]καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα, ἐπήν τι ἡ κοιλίη ἔχῃ ἐν ἑωυτῇ· καὶ τῷ μὲν δὴ αἵματι ἡ καρδίη πηγή ἐστι, τῷ δὲ φλέγματι ἡ κεφαλή, τῷ δὲ ὕδατι ὁ σπλήν, τῇ δὲ χολῇ τὸ χωρίον τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι. Αὗται αἱ τέσσαρες τούτοισί εἰσι πηγαὶ ἄνευ τῆς κοιλίης· [4]τούτων δέ εἰσι κοιλόταται ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ σπλήν· εὐρυχωρίη γὰρ ἐν αὐτοῖσι πλείστη ἐστί· ἀλλὰ περὶ τούτου [5]ὀλίγῳ ὕστερον ἀποφανέω κάλλιον. Ἔχει δὲ καὶ [6]τόδε ὧδε· ἐν τοῖσι βρωτοῖσι καὶ τοῖσι ποτοῖσι ἔνεστι πᾶσι καὶ [7]χολῶδές τι καὶ ὑδρωποειδέος καὶ αἱματώδεος καὶ φλεγματώδεος, τῇ μὲν πλέον, τῇ δὲ ἔλασσον· διότι καὶ διαφέρει τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα ἀλλήλων ἐς τὴν ὑγίειαν· καὶ ταῦτά μοι ἐς τοῦτο εἴρηται.

γ'. Ἐπὴν δὲ φάγῃ ἢ πίῃ ὁ ἄνθρωπος, ἕλκει τὸ σῶμα ἐς ἑωυτὸ ἀπὸ τῆς κοιλίης τῆς ἰκμάδος τῆς εἰρημένης καὶ αἱ πηγαὶ ἕλκουσι διὰ τῶν φλεβῶν ἀπὸ τῆς κοιλίης ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην, καὶ διαδιδόασι τῷ σώματι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἕλκει ἀπὸ τῆς γῆς ἡ

2. Ac primum quidem quanam ratione bilis, sanguis, aqua et pituita ex cibariis et potibus copiosiora et pauciora oriantur, demonstrare volo: quod fit hoc modo: ventriculus, ubi plenus exsistit, omnium in corpore fons est; vacuus vero ex corpore tabescente haurit. Sunt autem etiam quatuor alii fontes, ex quibus horum quodque in corpus procedit, postquam ipsi ex ventriculo acceperint: ac hi quidem postquam vacui fuerint, a corpore hauriunt. Trahit vero ipsum quoque corpus, cum quid in se ventriculus habuerit. Ac sanguinis quidem fons sane cor est, pituitae caput, aquae lien, bilis locus in iecore. Hi sunt quatuor illorum humorum fontes praeter ventriculum. Ex his maxima cava habent caput et lien; in iis enim amplissimus locus est. Sed de hoc paulo post melius disseram. Sic autem se res habet: in omnibus, quae eduntur et bibuntur, biliosi aliquid et aquosi et sanguinei et pituitosi inest, plus minusve in hoc vel illo. Quam ob causam quae comeduntur et bibuntur ad valetudinem inter se differunt. Atque haec quidem hactenus.

3. Cum autem quis comederit, aut biberit, corpus ad se a ventriculo commemoratum humorem attrahit et fontes per venas de ventriculo trahunt, similis humor similem, et in corpus distribuunt, non secus ac in plantis similis humor ex terra similem attrahit. Habet enim

[1] γίγνεται δέ abest. — [2] ἐπὴν οὖν αὖται. — [3] καί abest. — [4] ἀπὸ τούτων. — [5] ὀλίγον. — [6] οὕτως. — [7] χολῶδές τι.

ita ut legere oporteat καὶ διότι; — porro ὁκοίη αὐτέων E. H. v. Marc. — Dein καὶ ὑπὸ τὸ αὐτὸ ῥῖγος vulg., ὑπὸ τοῦ Foës. in adn., Mack. pro αὐτό K. solum τό; equidem ὑπὸ τό scripsi ὑπ' ὅτου, pro αὐτό vero solum τό ex K.' scribendum, nisi malis αὐτό in αὖ τό dividere. — Tum διατὶ G., διότι E. H.; — articulum ante πῦρ om. J.

2. ἐθέλω — τηκομένου.] ποτῶν E. H. Q.' v. Marc., Lind. — De meo γίγνεται δέ interposui.

εἰσὶ δὲ — ἥπατι.] Vulgo ἐπὴν οὖν αὖται ἀπὸ τῆς κ., unde Littr. οὖν cum cod. J. omisit; consentio, sed etiam αὐταί est scribendum; — καί ante αὐτὸ τὸ σ. om. Mack.; ἐπήν τι ἡ κ. E. H. v. Marc., ἐπὴν ἡ κοιλίη τι cett., hoc autem loco, si Mackii collationi codicis v. fides habenda, hic et Marc. inter se differunt, nam v. legit ἔχει, Marcianum vero ἔχῃ habere adnotavit Cobetus, — καί ante τῷ μὲν δὴ αἵμ. de meo dedi; — ἐν τῷ ἥπατι L. P.' Mack.

αὗται αἱ — κάλλιον.] κοιλίης· ἀπὸ τούτων vulg., sed ἀπό om. Littr. cum v. et abest praep. in Marc; — ἐν αὐτῷ ceteri; — ὀλίγον ὕστερον vulg., ὀλίγῳ ὕστ. K. Littr.

ἔχει — εἴρηται.] τότε οὕτως vulg., τόδε ὧδε et alii, unde Littr. dedit, et v. et Marc.; — καὶ ἐν τοῖσι ποτοῖσι K.; — ὑγείην vulg., ὑγιείην E. H. Littr. et Marc.

3. ἐπὴν — ὁμοίην.] ἐς ἑωυτὸν ἐκ τῆς κ. Ed. Bas., ms. v., sed Marc. ἐς ἑωυτὸ ἀπὸ τῆς κ.; — Littr. ἀπό adnotat

ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην. Ἔχει [1] γὰρ ἡ γῆ ἐν ἑωυτῇ δυνάμιας παντοίας καὶ ἀναρίθμους. Ὁκόσα γὰρ ἐν αὐτῇ φύεται, πᾶσι ἰκμάδα παρέχει ὁμοίην ἑκάστῳ οἵην καὶ αὐτὸ τὸ φυόμενον ἑωυτῷ ὁμοίην κατὰ ξυγγενὲς ἔχει, καὶ ἕλκει ἕκαστον ἀπὸ τῆς γῆς τροφὴν, οἷόν περ καὶ αὐτό ἐστι· τό τε γὰρ [2] ῥόδον ἕλκει ἀπὸ τῆς γῆς [3] ἰκμάδα τοιαύτην, οἷόν περ καὶ αὐτὸ δυνάμι ἐστὶ, καὶ τὸ σκόροδον ἕλκει ἀπὸ τῆς γῆς ἰκμάδα τοιαύτην, οἷόν περ καὶ αὐτὸ δυνάμι ἐστὶ, καὶ τἄλλα πάντα τὰ φυόμενα ἕλκει ἐκ τῆς γῆς καθ' ἑωυτὸ ἕκαστον· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο οὕτως εἶχε, οὐκ ἂν ἐγένετο τὰ φυόμενα ὁμοῖα τοῖσι σπέρμασι. Ὅτῳ δὲ τῶν φυομένων ἐν τῇ γῇ ἰκμὰς κατὰ ξυγγένειαν τοῦ δέοντος πολλῷ πλέων ἐστὶ, νοσέει ἐκεῖνο τὸ φυτόν· ὅτῳ δὲ ἐλάσσων τοῦ καιροῦ, ἐκεῖνο αὐαίνεται. Ἢν δὲ ἐξ ἀρχῆς μὴ ἐνῇ ἰκμὰς τῷ φυτῷ, ἣν ἕλκει κατὰ τὸ ξυγγενὲς, οὐδ' ἂν βλαστῆσαι δύναιτο· παρέχει δὲ νοηθῆναι ὅτι ἣν μὴ ἔχῃ ἰκμάδα κατὰ φύσιν τὸ φυτὸν, οὐ βλαστάνει τὴν ἀρχήν· ἡ γὰρ Ἰωνίη χώρη καὶ ἡ Πελοπόννησος τοῦ ἡλίου [4] καὶ τῶν ὡρέων [5] οὐ κάκιστα κέεται ὥστε δύνασθαι ἐξαρκέειν τοῖσι φυομένοισι τὸν ἥλιον· ἀλλ' ὅμως οὐ δυνατὸν, πολλῶν ἤδη [6] πειρασαμένων, οὔτε ἐν Ἰωνίῃ, οὔτε ἐν Πελοποννήσῳ σίλφιον φῦναι· ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ αὐτόματον φύεται· οὐ γάρ ἐστι οὔτε ἐν Ἰωνίῃ, οὔτε ἐν Πελοποννήσῳ ἰκμὰς τοιαύτη, ὥστε τρέφειν αὐτό. Ὅτι δὲ πολλὰ καὶ ἄλλα, ὅσα τοῦ ἡλίου ἐξαρκέοντος αἱ χῶραι οὐ δύνανται τῶν θεραπευμάτων τρέφειν, ἄλλαι

terra in se varias et innumeras facultates. His namque omnibus, quae ex ea producuntur, cuique similem humorem praebet, qualem ipsum illud quod producitur sibi similem secundum cognationem habet, et trahit unumquodque ex terra alimentum, quale sane ipsum est. Nam et rosa talem ex terra humorem trahit, qualis et ipsa facultate est, et allium talem ex terra humorem trahit, quale etiam ipsum facultate exsistit, reliquaque omnia, quae producuntur, unumquodque e terra quod sibi cognatum est trahunt. Quod nisi ita esset, quae producuntur suis seminibus non essent similia. Cum vero quod ex terra gignitur, plus habet cognati humoris quam conveniat, id ipsum aegrotat, quod vero iusto minus habet, illud marcescit. Sin prorsus desit humor plantae, quem secundum cognationem attrahat, ne pullulare quidem poterit. Quod vero id, quod producitur, pullulare ab initio nequeat, nisi humorem secundum naturam habeat, id inde intelligitur, quod Ionia et Peloponnesus quod ad solem attinet et anni tempestates minime pravum situm habent, ita ut sol iis, quae a terra nascuntur, satis esse possit, neque tamen fieri potest, etsi multi iam tentarint, ut in Ionia aut Peloponneso laser producatur, cum in Libya sponte crescat; neque enim in Ionia, neque in Peloponneso est eiusmodi humor, qui ipsum nutriat. Quod vero multa etiam alia medicamenta regiones, etiamsi sol sufficiat, alere non possint, aliae vero sponte producant, id quod dicturus sum considerandum praebet, quantum locus loco etiam

[1] γὰρ ὧδε ἡ γῆ. — [2] ῥόδιον. — [3] ἤ τις ἐν τῇ γῇ ἰκμὰς τοιαύτη ἔνεστι. — [4] καί abest. — [5] οὐχ ἥκιστα καίεται. — [6] πειραζομένων.

ex K, H., dederunt Lind., Mack., cett. ἐκ. Articulum ante πηγαί omm. Ald. Parr. 6; — καὶ δίδωσι Ald.

ἔχει γὰρ — ἀναρίθμους.] ἔχει γὰρ ὧδε ἡ γῆ ceteri; abieci otiosum ὧδε. Librarius putans sibi formulam ὧδε ἔχει esse describendam intulit.

ὁκόσα — σπέρμασι.] οἵην καί de meo dedi pro οἷον καί; — paulo post οἵην περ G.', quod ibi incongruum; sed neque fero οἵην καὶ αὐτὸ τὸ φυόμενον αὐτῷ ὁμοίην ... ἔχει, nempe pro αὐτῷ sine dubio ἑωυτῷ legendum; saepius haec pronomina in libro nostro permutari observavi. Eadem lectio, quam ad ἰκμάδα e v. notavi, a Littr. adnotatur e Parr. 5. et mihi e Marc. est excerpta a Cobeto; — τὰ ἄλλα E.; — ἐγίνετο pro ἐγένετο Ald. Parr. 5. Lind.

ὅτῳ δὲ — αὐαίνεται.] πολλῷ πλέον pauci codd.

ἢν δὲ — τρέφειν αὐτό.] ἢν μὴ ἔχῃ E. H. Marc., εἰ μὴ ἔχει vulg. — Porro vulg.: τοῦ ἡλίου τῶν ὡρέων (ὡραίων alii pauci) οὐχ ἥκιστα καίεται, sed emendavit Coraës ad Hipp. vol. II. p. 399., quam emendationem iam Littréus recepit. — Dein ἐξαρκέειν ex aliis et v. notatur a Littréo, mihi etiam e Marciano est excerptum; — πειρασαμένων eodem loco, quem indicavi, legendum esse docuit Coraës pro vulgata, quam e V. notavi; recepit Coraïs emend. etiam Littr.; — φῦσαι vulg., φῦναι alii apud Littr. et hic ipse et v. et Marc. Dein οὔτε ante ἐν Ἰωνίῃ omm. E. H.; — ἐν τῇ I. H., qui οὐδέ pro sequenti οὔτε.

ὅτι δὲ — ἔνθα δὲ οὔ.] παρέχει δέ E. v.; — seq. καί om. H., sed rest. al. m.; vulgo ὃ μέλλω ἐρέειν, sed ὅ τι pro ὃ praebent E. H. v. Marc.; — ὁκόσον [δὴ] χῶρος Lind.

δὲ φύουσι αὐτόμαται, παρέχει καὶ τοῦτο σκέψασθαι ὅ τι μέλλω ἐρέειν, ὁκόσον χῶρος χώρου κάρτα πλησιάζων διαφέρει ἐς τὴν ἡδυοινίην τοῦ ἡλίου ὁμοίως ἐξαρκέοντος· ἔνθα μὲν γὰρ τῆς γῆς ἰκμάς ἐστι ἥτις τὸν οἶνον ἡδὺν παρέξει, ἔνθα δὲ οὔ. Ἔστι δὲ καὶ ἄγρια φυόμενα ἐν χωρίῳ οὐκ ὀλίγα, μεταρθέντα δ' ὁκόσον ὀργυιὴν, οὐκ ἂν [1] εὕροις ἔτι φυόμενα· οὐ γὰρ ἔχει ἡ γῆ μεταρθέντι τοιαύτην ἰκμάδα οἵην τοῖσι ἀγρίοισι φυτοῖσι ἐκείνη παρέσχε. Ἔστι γὰρ ἐν αὐτοῖσι τὰ μὲν ἰωδέστερα, τὰ δὲ ὑγρότερα, τὰ δὲ γλυκύτερα, τὰ δὲ ξηρότερα, τὰ δὲ τρηχύτερα, ἄλλα [2] δ' ἄλλως ἔχει μυρία· μυρίαι γὰρ ἐν αὐτοῖσι δυνάμιές εἰσι καὶ διὰ ταῦτα τὰ γένεα ἐκ τῆς γῆς πρῶτον οὐδὲν ἕτερον ἑτέρῳ ὁμοῖον ἔφυ, ὅ τι μὴ ξυγγενές. Ἄγρια δέ μοι δοκέει ταῦτα πάντα εἶναι· ὥνθρωποι δὲ [3] αὐτὰ ἡμέρωσαν ἐργαζόμενοι καρποφορέειν [4] κατὰ τὸ σπέρμα ἕκαστον· ἕλκει γὰρ ἐκ τῆς γῆς ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην καὶ τούτοισι αὔξεται καὶ τρέφεται καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρῳ ὁμοῖόν ἐστι τῶν φυομένων, οὔτε ἴσην οὔτε ὁμοίην ἐκ τῆς γῆς ἰκμάδα ἕλκον. Ἕλκει δὲ ἕκαστον τῶν φυομένων βρωτῶν τε καὶ ποτῶν [5] ἐς ἑωυτὸ πολλὰς δυνάμιας ἀπὸ τῆς γῆς· ἐν παντὶ δὲ ἐστί τι φλεγματώδεος καὶ αἱματώδεος· ἀνάγκην οὖν τῷδε προσηγαγόμην, ὅτι ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν ἐς τὴν κοιλίην χωρεόντων ἕλκει τὸ σῶμα [6] κατὰ τὰς πηγὰς, ἃς ὠνόμασα, ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην διὰ φλεβῶν.

δ'. Σημήϊον δὲ ἀποφανέω ἕτερον τόδε ὅτι ἕλκει ἕκαστον κατὰ τὰ εἰρημένα, καὶ ἅμα φράσω ὅθεν τὸ φλέγμα γίγνεται ἐν τῷ σώ-

valde vicino ad vini suavitatem praestet, quamvis sol aequaliter sufficiat, cum in hoc terrae humor sit, qui vinum suave exhibeat, in illo vero minime. Sunt quoque agrestia non pauca in loco nascentia, quae ad ulnae spatium translata non amplius produci comperias. Neque enim terra eiusmodi humorem translato accommodatum habet, qualem illa agrestibus plantis suppeditabat. Sunt enim inter illas quaedam magis virulentae, aliae magis humidae, aliae dulciores, sicciores aliae, asperiores etiam quaedam, sexcentaeque alias aliter se habent; innumerae enim in iis sunt facultates, quapropter genera ex terra proveniunt nullum alteri simile, nisi cognatum sit. Ac mihi sane haec omnia agrestia esse videntur. Verum ea homines cultura mitia reddiderunt, effeceruntque ut quidque suo semini similem fructum ferret. Humor enim similis similem ex terra trahit, ex eoque increscit et nutritur et ex iis, quae ex terra producuntur, alterum alteri simile nihil est, neque aequalem neque similem humorem attrahit. Eorum autem singula, quae ad cibos aut potiones e terra producuntur, multas ad se e terra facultates trahunt, et in quoque aliquid pituitosi et sanguinei inest. Hac igitur ex necessitate adductus sum, quod de cibis ac potibus, qui in ventriculum veniant, corpus per fontes nominatos trahit, similis humor similem per venas.

4. Quod vero unumquodque per praedicta trahat, hoc aliud proferam argumentum, simulque aperiam, unde pituita in corpore gignatur.

[1] εὕρης. — [2] δὲ μυρία ἄλλως ἔχει. — [3] ταῦτα. — [4] καὶ τὸ σπ. — [5] ἐν ἑωυτῷ. — [6] καὶ τὰς πηγὰς ὠνόμασα.

ἔστι δὲ καὶ ἄγρια — παρέσχε.] δ' ὁκόσον E. H., δέ plene cett.; — οὐκ ἂν εὕροις E. H. K. Littr., Marc., vulgatam e V. notavi; — τὴν αὐτὴν ἰκμάδα E.

ἔστι γὰρ — ξυγγενές.] ἐν ante αὐτοῖσι de meo adscripsi; — ἄλλα δὲ μυρία ἄλλως ἔχει vulg., ἄλλα δὲ ἄλλως ἔχει μυρία e Marc. excerptum video, in qua lectione δ' Littréus ex E. H. v.; — μυρίαι γὰρ ἐν αὐτῇ vulgo; de meo ἐν αὐτοῖσι scripsi; — ὅ τι μή H. Littr., ὅ τι vulg.

ἄγρια — ἕλκον.] πάντα ταῦτα H.; — ἄνθρωποι ceteri, ὥνθρωποι de meo; — αὐτὰ ἡμερ. ex E. H. Littr., idemque fert Marc.; — ταῦτα ἡμ. vulg.; — καὶ τούτῳ αὔξεται P.', Mack.

ἕλκει — φλεβῶν.] ἐν ἑωυτῷ vulg., ubi ἐς ἑωυτό ex Littréi emendatione scripsi; — ἐστὶ καὶ φλεγματώδεος E. H. Marc.; — βρωμάτων vulg., βρωτῶν E. H. v. Marc.; — τῶν ante ποτῶν om. E.; — αὐτὰς πηγάς vulg., καὶ τὰς πηγάς alii codd. multi et v. et Marc.; — εἰς αὐτάς, vel κατ' αὐτάς vult Foës.; κατὰ τὰς H.', κατὰ πηγάς Lind.; — consentienter cum Littréo textum descripsi.

4. σημήϊον — σώματι.] ἕκαστα E. P.'

ματι. Ἐπήν τις φάγῃ τυρὸν ἢ ὅ τι ἐστὶ δριμὺ, ἢ ἄλλο τι φάγῃ, ἢ πίῃ ὅ τι ἐστὶ φλεγματῶδες, αὐτίκα οἱ ἐπιθέει ἐπὶ τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ τοῦτο οὕτω γιγνόμενον πάντες [1] ὁρέομεν· τοῦτο δὲ χρὴ ἐλπίσαι, ὅθεν ἐγὼ ἐρέω. Φημὶ δὲ ὅτι ὁκόσον ἐν τῷ βρώματι ἢ πόματι φλεγματῶδες [2] ἔνι, κείνου ἐς τὴν κοιλίην ἐλθόντος, τὸ [3] μὲν τὸ σῶμα ἕλκει ἐς ἑωυτὸ, τὸ δὲ ἡ κεφαλὴ κοίλη ἐοῦσα καὶ ὥσπερ σικύη ἐπικειμένη ἕλκει· τὸ δὲ φλέγμα, ἅτε γλίσχρον ἐὸν, ἕπεται ἕτερον δι' ἑτέρου ἐς τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ μὲν νέον φλέγμα, τὸ γεννώμενον ἀπὸ [4] τοῦ βρώματος, μένει ἐν τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ παλαιὸν, ὁκόσῳ πλεῖον τὸ νέον, ὑπ' ἐκείνου βιώμενον ἐξέρχεται καὶ διὰ τοῦτο ἐπήν τις φάγῃ ἢ πίῃ ὅ τι φλεγματῶδες, ἀποχρέμπτεται φλέγμα. Ἔχει δὲ καὶ τόδε οὕτως, ἢν, φαγόντος τι ἢ πιόντος τοῦ ἀνθρώπου ὅ τι ἐστὶ φλεγματῶδες, μὴ ἐξέλθῃ πάλιν ὅσῳ πλέον ἐγένετο, μήτε κατὰ [5] τὸ στόμα, μήτε κατὰ τὰς ῥῖνας, ἀνάγκη ἐστὶ μένειν ἐν τῇ κεφαλῇ, ἢ ἐς τὸ σῶμα κατελθεῖν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς [6] ἢ ἐς τὴν κοιλίην ἀφικέσθαι. Καὶ ἄριστον ἂν [7] ξυμβαίνοι, εἰ ἐς τὴν κοιλίην ἀφίκοιτο· ἐξέλθοι γὰρ ἂν ξὺν τῇ κόπρῳ· καὶ εἰ μὲν πολλὸν εἴη καὶ ὑγρὸν, ὑγρήνειε ἂν τὴν κόπρον· εἰ δὲ ὀλίγον, οὐκ ἂν ποιήσειε. Εἰ δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ μείνειε, πολλὸν ἂν πόνον πα-

Cum quis caseum aut aliquid acre comederit, aut aliud quid pituitosum ederit, aut biberit, confestim ei ad os et nares accurrit. Quod omnes ita fieri cernimus, idque ex eo quod referam exspectare oportet. Assevero autem quod quicquid in cibo aut potu pituitosum inest, id ubi in ventriculum venerit, partim corpus ad se trahit, partim trahit caput, quum cavum sit et veluti cucurbitula corpori incumbat. Pituita vero, quum sit viscida, alia ex alia ad caput sequitur. Ac nova quidem pituita a cibo genita in capite manet, vetus autem, quo maiore copia nova sit, ab hac vi illata egreditur; ideoque, siquis aliquid quod pituitosum sit comederit, aut biberit, pituitam exscreat. Habet autem se hoc etiam ita: nisi, cum quis pituitosum quid ederit aut biberit, pituita rursus egrediatur prouti copiosior facta sit, neque per os, neque per nares, necesse est ut in capite maneat, aut ad corpus descendat, aut ad ventrem deveniat. Et optime quidem cesserit, si ad ventrem devenerit; exibit enim cum stercore et si multa et humida sit, stercus humectabit; sin pauca sit, id non faciet. Sin in capite manserit, multum dolorem capiti praebebit, quum in venis sit; sin pauca sit, id non faciet, sed plus minus de se significationem praebuerit. Sin ad corpus devenerit, ibi mista est cum reliquo humore; ac si multa sit pituita, statim

[1] ἑωρῶμεν. — [2] ἐνῇ. — [3] μέντοι σ. — [4] τοῦ om. — [5] τό om. — [6] καί. — [7] συμβαίνῃ.

ἐπὴν — ἐρέω.] ὁρέομεν C. H. v. Littr., Marc.; — vulgatam e V. notavi. Mira dictio mihi videtur ταῦτα δὲ χρὴ ἐλπίσαι ὅθεν ἐγὼ ἐρέω, — mira, inquam, non tamen vitiosa.

φημὶ δὲ — φλέγμα.] ὅτι de meo interposui; — ἢ τῷ πόματι K.; — ἔνι a Littréo scriptum est pro vulgato ἐνῇ; — τό ante σῶμα ex J., in quo al. m. adscriptum est, dedit Littr., cf. lectt. Voss.; vulgo abest. Iam vero seqq. describam, quemadmodum edi solent: .... τὸ δὲ ἡ κεφαλὴ .... ἕλκει τὸ φλέγμα ἅτε γλίσχρον ἐόν· ἕπεται δὲ τοῦτο (sic E. H. Littr., τούτῳ vulg.) τὸ ἕτερον διὰ τοῦ ἑτέρου (δι' ἑτέρου E. H. v. Marc., sed Ald., Parr. 3.: διὰ ἑτέρου) ἐς τὴν κεφαλήν· τὸ μὲν νέον φλέγμα τὸ γεννώμενον ἐκ τοῦ βρώματος (vulg. ἐκ βρώματος, sed E. H. P′. Q′. Lind., Mack., Marc., ἐγγενώμενον ἀπὸ τοῦ βρ., unde Littr. τοῦ in textum introduxit) μένει ἐν τῇ κεφαλῇ κ. τ. λ. — Quodsi haec accuratius persequaris, videbis ἕλκει τὸ φλέγμα perineptum esse et distinguere te oportere post ἕλκει; tum novae periodi initium esse in verbis τὸ δὲ φλέγμα, ἅτε γλίσχρον ἐόν; — dein insiticia esse δὲ τοῦτο τό et τοῦ, ita ut eximenda sint; — denique legendum esse καὶ τὸ μὲν νέον κ. τ. λ. Quod autem nonnulli Parr. μένει ἐς τὴν κεφ. ferunt, ut V., vitium est manifestum; — βιαζόμενον J.; — πίῃ ἢ φάγῃ H. Marc.; — post ἀποχρέμπτεται Littr. ex H. P.′ Q.′ v. recepit ὁ ἄνθρωπος, quod Marc. etiam fert, sed vulgo deest; mihi, quum τις tam brevi antecedat et τοῦ ἀνθρώπου paulo post sequatur, non recipiendum videtur.

ἔχει — ἀφίκεσθαι.] ἐν ὅσῳ πλέον ἐγένετο edi solet; otiosum ἐν abegi. Vulgo ἀνάγκη ἐστὶ μένειν αὐτὸ ἐν τῇ κεφ., sed K. αὐτό ante ἐστί habet, Voss. contra αὐτό omittit, quo duce otiosum pronomen delevi; — ἐλθεῖν pro κατελθεῖν E. H.; — ἢ ἐς τὴν κοιλίην E. H. P.′ Q.′ Lind., Littr.; — vulgatam e V. notavi.

καὶ ἄριστον — ποιήσειε.] συμβαίνει Littr. ex E., vulgatam e V. notavi; — καί ante εἰ μέν cum Lind. de coniectura dedi; — καὶ ὑγρόν omm. v. et Marc. Ac huius quidem collatio cum libris de morbis h. l. desinit. De meo ἄν post ὑγρήνειε supplevi.

εἰ δὲ — ἔλασσον.] ἐπισημήνοι ceteri, de meo emendavi; post ἄν addunt τις E. P′. Q′. v.

ράσχοι τῇ κεφαλῇ ἐν τῇσι φλεψὶ ἐόν· εἰ δὲ ὀλίγον, οὐκ ἂν ποιήσειε τοῦτο· ἐπισημήνειε δ' ἂν ἢ πλέον ἢ ἔλασσον. Ἢν δ' ἐς τὸ σῶμα ἀφίκηται, κεῖθι μέμικται τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι· κἢν μὲν πολλὸν ἔῃ τὸ φλέγμα, [1]ἀάσειε ἂν τὸ σῶμα αὐτίκα· ἢν δὲ ὀλίγον, οὐκ ἂν [2]ἀάσειε ἅτε μέγα τὸ σῶμα ἐὸν, εἰ μή τις οἱ ἀρχὴ ὑπολείποιτο καὶ ἄλλη· χρόνῳ δὲ ἢν μὲν ἕτερον ἐπιγένηται φλέγμα [3]σίνοιτο ἄν· ἢν δὲ τὸ σῶμα τῇ κύστι καὶ τῇ κοιλίῃ διαδιδῷ καὶ ταῦτα ἔξω φέρῃ, οὐδὲν ἂν κακὸν ἐξ αὐτοῦ σχοίη. Ἐν τούτῳ μὲν οὖν τῷ λόγῳ ἀποπέφανται ὅκως ἡ κεφαλὴ ἐκ τῆς κοιλίης φλέγμα ἕλκει, τό τε ὁμοῖον ἔρχεται πρὸς τὸ ὁμοῖον, καὶ ἅμα εἴρηταί μοι ὅκως τε καὶ διότι πλεῖον γίγνεται [4]τῷ ἀνθρώπῳ ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν.

corpus laedet; sin pauca, corpus, quum magnum sit, non laedet, nisi alind ei principium relinquatur. Temporis tractu vero, si quidem alia pituita supervenerit, laedet. Cum vero corpus vesicae et ventri eam tradiderit et hae partes foras evexerint, mali nihil inde orietur. In hac igitur oratione demonstratum est, quomodo caput ex ventriculo pituitam trahat, et simile ad simile veniat, simulque a me commemoratum est, quomodo et quam ab causam copiosior pituita in homine ex cibis et potibus gignatur.

ε'. Νῦν δ' ἐρέω περὶ χολῆς, ὅκως τε καὶ διότι πλείων γίγνεται ἐν τῷ σώματι καὶ ὅκως ἕλκει τὸ χωρίον αὐτὴν, τὸ ἐπὶ τοῦ ἥπατος. Ἔχει δὲ οὕτως· ἐπὴν φάγῃ ἢ πίῃ ὁ ἄνθρωπος ὅ τι ἐστὶ πικρὸν, ἢ ἄλλως χολῶδες καὶ κοῦφον, πλείων καὶ ἡ χολὴ γίγνεται ἐπὶ τῷ ἥπατι, καὶ αὐτίκα ἀλγέει τὸ ἧπαρ, ὅπερ οἱ παῖδες καρδίην καλέουσι, καὶ τοῦτο ἐσείδομεν γιγνόμενον καὶ ἐμφανὲς ἡμῖν ἐστι ὅτι ἀπὸ τοῦ βρώματος ἢ τοῦ ποτοῦ ἐγίγνετο. Ἕλκει

5. Nunc vero de bile dicendum quomodo et quam ab causam copiosior in homine gignatur et quomodo locus eius, qui est in hepate, ipsam trahat. Ad hunc vero modum res se habet: cum quis aliquid amarum aut alioqui biliosum et leve comederit, aut biberit, tum copiosior in hepate bilis gignitur, tum confestim hepar dolet, quod pueri cor vocant, idque fieri cernimus et ex cibo et potu accidere nobis apertum est. Si quidem omnem commemoratum

[1] ἐσάσειεν ἐς τὸ σ. ἂ. — [2] ἐσάσειε. — [3] σινοίατο ἄν. — [4] τῷ om.

ἢν δ' ἐς — σχοίη.] δ' ἐς E. H. δὲ ἐς vulg.; — κεῖσέ οἱ μέμικται vulgo, sed otiosum est οἱ, in quo fortasse vestigium lectionis alterius κεῖσέ οἱ μέμικται ἡ ἄλλη ἰκμάς; sed κεῖσε incongruum, ita ut κεῖθι de coniectura reponam; — verum nunc sequitur verbum informe: vulgo ἐσάσειεν ἐς τὸ σῶμα, et mox iterum ἐσάσειε. Littréus ἐσάσσειεν ἂν ἐς τὸ σῶμα scripsit: quare σ̄ reduplicaverit, non intelligo, ἂν dedit ex ἢν codicis H. et dederunt Lind., Mack., qui ἐς omittunt, quod fecisse videntur monente Foësio in adn. ad hunc locum ipsum, ubi ἐς se abiicere malle significat. Foësius in Oecon. Cornarium „corpus laeserit" reddidisse monet et suspicari se hunc pro ἐσάσειε legisse ἑλκύσαι; — ipse ad σάττειν refert ἐσάσειε, quod tamen, quomodo inde duci possit non liquet: fac enim ut πάσσω habet ἔπασα, sic σάσσω habere ἔσασα, at quomodo augmentum in optativi forma servabitur? Sitne igitur ab ἐσάσσω pro σάσσω, ut velle videtur Foësius? At quid significabit? — Corn. rite perspexit requiri verbum, quod *laedere* significet; itaque putavi ἀάσειεν errori ansam praebuisse. Sentio equidem dubitari posse num Homericum ἄασαι in nostri scriptum introducere liceat: at primum puto lapsum ab hoc verbo ad monstra, quae progenuit, esse facilem; tum vero noster ἐπαυρίσκω passim usurpat et χατίζει § 8. habet, et § 12. ἀκικύς τε ἢν scripsit, quibus si utatur etiam ἄασαι scribere potuisse censendus est. Sed pergo: ἅτε μέγα τὸ σῶμα ἐὸν eodem modo § seq. ponitur; — σίνοιτο Littr. cum Mack. ex Aem. Port. pro σινοίατο vulgatae. In ἢ — σχοίη vulgo καὶ τῇ κοιλίῃ διαφέρῃ et καὶ ταῦτα ἔξω διοίσῃ; verum διοίσῃ nihil est et διαφέρῃ eo loco ineptum: scripsit noster διαδιδῷ τῇ κοιλίῃ et καὶ ταῦτα ἔξω φέρῃ. — Ald. fert κάκιον.

ἐν ἑωυτῷ — ποτῶν.] ἕλκῃ vulg., ἕλκει Littr. cum Parr. 4.; — τότε δέ Parr. 4.; — ἔρχηται Lind.; — πλείων K.; — τῷ ex E. Littréus, vulgo abest.

5. νῦν δ' ἐρέω — ἥπατος.] δ' E. H., δέ cett.; — ἕλκει Parr. 4., Littr.: ἕλκῃ vulg.

ἔχει — ἐγίγνετο.] καὶ πίῃ cett., de meo ἢ πίῃ dedi ad exemplum § superioris; — καὶ ἄλλως vulg., ἢ ἄλλως E. Littr., qui in seqq. de suo καὶ πλείων ἡ χολὴ γίνηται ἐπὶ τῷ ἥπατι, αὐτίκα ἀλγέει κ. τ. λ., quo modo legendum esse mihi non persuadet, nam manifesto apodoseos initium est πλείων καὶ ἡ χ. γ. — Ceterum in vulgata horum verborum lectione πλεῖον legit H., ἐν pro ἐπί E. P.' Q.' Mack. Pro καρδίης Askew apud Mackium καρδιαλγίην, quod nec Littréo placuit, nec mihi placet.

ἕλκει μὲν γὰρ — πόνοι.] De ὅ τι ἂν αὐτόθι οἱ χολῶδες

μὲν γὰρ τὸ σῶμα ἐς ἑωυτὸ ἀπὸ τῶν βρωμάτων τὴν πᾶσαν ἰκμάδα τὴν εἰρημένην· ἕλκει δὲ καὶ τὸ χωρίον τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι ἐς ἑωυτὸ ὅ τι ἂν αὐτόθι οἱ χολῶδες ἐνῇ, καὶ ἢν ἐξαπίνης πολλὴ γένηται ἡ χολή, ὀδυνᾶται τὸ ἧπαρ ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀπὸ τῆς νηδύος πλέων γίγνεται· τούτου γὰρ γιγνομένου ἔρχεται ἀπὸ τῆς παλαιῆς χολῆς διὰ τὴν πληθὺν ἐς τὴν κοιλίην, καὶ στρόφος ἐκ τούτου τῇ κοιλίῃ γίγνεται καὶ ἐξέρχεται ἐξ αὐτῆς τὸ μὲν κατὰ τὴν κύστιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν κοιλίην καὶ οὕτως ἐλάχιστον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γίγνεται καὶ παύονται οἱ πόνοι. Ἢν δὲ τούτων μηδέτερον γένηται, χωρέει τὸ πρῶτον ἀπὸ τῆς παλαιῆς [1] ἐς τὸ σῶμα, διαδίδοται γὰρ ἐς [2] αὐτό· κῆν μὲν [3] πολλὴ ἔῃ, αὐτίκα ἐπισημαίνει μιχθεῖσα τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ· ἢν δὲ ὀλίγη, οὐκ ἂν [4] ἀάσειε, ἅτε μέγα τὸ σῶμα ἐόν, ἢν μή τις καὶ ἄλλη ἀρχὴ ὑπογένηται· χρόνῳ δὲ ἢν μὲν ἑτέρη χολὴ ἐπιγένηται, πλείω σίνεται τὸν ἄνθρωπον· ἢν δὲ μὴ ἐπιγένηται, διηθήσειε ἂν τὸ σῶμα, ὥστε τὴν χολὴν προϊέναι ἅσσα τέ ἐστι χολώδεα. Ἕτερα γὰρ τῶν ἑτέρων τὰ ἐσθιόμενα [5] καὶ πινόμενα φάρμακά ἐστι, — οὕτω δὲ καὶ τὰ ἄλλα ὁκόσα [6] σινόμενά ἐστι, ὑφ' ἑτέρου ἕτερον ἐσπεσὸν ἐς τὴν κοιλίην τῇ ἑωυτοῦ δυνάμι τὸ αἰτίην [7] ἔχον κρατηθὲν ἐξωθέει καὶ οὐ σίνεται τοῦτο. Ἐπὴν δ' ἐπιγένηται ἄλλη χολή, ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν ἐς τὴν κοιλίην πιπτόν-

humorem ex cibis corpus ad se attrahit. Locus autem, qui est in hepate, quicquid illic biliosi illi inest ad se trahit. Et si derepente copiosa bilis exstiterit, hepar homini dolet et copiosior ex ventre gignitur. Hoc enim si acciderit, vetus bilis propter multitudinem ad ventrem fertur, unde tormina in ventre oriuntur, et ipsius pars quaedam per vesicam quidem, pars vero per ventrem foras prodit sicque paucissima in homine fit et dolores cessant. Sin horum neutrum fiat, primum vetus bilis in corpus procedit, si quidem in ipsum transmittitur, et si copiosa eo cesserit, confestim reliquo humori permixta de se significationem exhibet, sin pauca, minime utique laeserit, nimirum quum corpus magnum sit, nisi aliud quoddam principium suboriatur. At successu temporis, si quidem altera bilis accesserit, plus hominem laedit; sin minime accesserit, eam corpus percolaverit, ita ut bilem demittat et quaecumque sunt biliosa. Quae enim eduntur alia aliorum sunt medicamenta; ita vero etiam reliqua, quae laedunt, ubi aliud ex alio in ventriculum illapsum est, sua facultate superatum id quod causam morbi continet propellit, ita ut non laedat. Ubi vero ex his, quae in ventriculum illabuntur, alia bilis corpori accesserit, inde morbus oritur. Hoc ego loco demonstravi cur bilis et quam ob causam ex cibariis aut potibus copiosior oriatur, quodque locus hepatis quod biliosum est, quia

[1] ἐς om. — [2] ἑωυτό. — [3] πουλὺ ἔῃ. — [4] ἐσάσειεν ἅτε μέγα τὸ σῶμα ἐόν. — [5] καὶ πιν. om. — [6] σινεόμενα. — [7] ἔχον τὸ κρατηθὲν ἔξω καὶ σινέεται τοῦτον. ἐπὴν δε.

ἐνῇ verbulo moneo: quid est illud, de quo οἱ dicit? puto esse τὴν ἰκμάδα; quod si teneas, demum puto apertum esse verborum sensum. Pro ἀπὸ τῆς νηδύος πλέον γίγνεται vulgatae, Mack. πλέων de suo, recte ut opinor, — ἐπέρχεται H., sed alia m. ἐξέρχεται; sequens ἐξ alii et e multis codd. Littr. adscripserunt, vulgo deëst; Voss. item fert. Ceteri ἐλάχιστον ἐς τὸν ἄνθρωπον γίγνεται, reposui ἐν τῷ ἀ., quum has praepositiones saepius confusas viderim in hoc libello.

ἢν δὲ τούτων — οὐ σίνεται τοῦτο.] Duas periodos seqq. in hac notula una tractabo, quia de distinctione inter utramque a vulgata decedendum; — primum κῆν μὲν πουλὺ ἔῃ vulg., sed πολλή Littr. ex E. H. Rursus ἀάσειε de meo pro vulg. ἐσάσειεν, Littr. ἐσάσσειεν; — ἢν μὲν ἑτέρη χολὴ ὑπογένηται H., in quo ἐπιγ. restituitur, et v.; — pro σίνεται Ald., Parr. duo φθίνηται tertius φθίνῃ, de qua lect. iam Foës. monet. Iam vero Littr. cum L. K.' Lind., Mack., ἅσσα τέ ἐστι χολώδεα scripsit, haec verba ad priorem periodum referens, quod mihi item faciendum videtur, et Foësium in Latinis fecisse video. Dein οὕτω δή vulgo, sed δέ legunt E. H. P.', quos sequor, quin paene καὶ οὕτω δέ malim. Vulgata vero h. l.: οὕτω δὴ καὶ τὰ ἄλλα ὁκόσα σινεόμενα φάρμακά ἐστιν, ὑφ' ἑτέρου ἕτερον ἐσπεσὸν ἐς τὴν κοιλίην τῇ ἑωυτοῦ δυνάμει αἰτίην ἔχον τὸ κρατηθὲν ἔξω καὶ σινέεται τοῦτο. Foës. vitiosa haec esse videns malo mederi voluit post ἔξω inferendo ὠθέειν, aut προϊέναι, Littréus primum φάρμακα delet post σινεόμενα, qua de re prorsus consentio; extrema vero legit: τῇ ἑωυτοῦ δυνάμει τὸ αἰτίην ἔχον διηθέεται ἔξω καὶ ἀσινὲς τοῦτο, collato loco e § 7. — Ac recte quidem vidit in vulgato αἰτίην ἔχον τό latere τὸ αἰτίην ἔχον; sed non debuerat abiicere κρατηθέν, quod sanissimum est; verum post κρατηθέν verbum deficit, cuius vice apte fungitur Foësii ὠθέειν, quare pro ἔξω dedi ἐξωθέει. Tandem οὐ ante σίνεται de meo intuli.

ἐπὴν δὲ — ποτῶν.] δ' E. H., δέ vulg.; — ἐπεσήμηνον vulg., ἐπεσήμαινεν Aem. Portus, Mack.; malui probam aoristi

των, νόσος ἐντεῦθεν γίγνεται. Ἐν τούτῳ δὲ ἐγὼ [1] ἐπεσήμηνα, ὅκως ἡ χολὴ καὶ διότι πλείων γίγνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν καὶ ὅτι ἕλκει ἐς ἑωυτὸ τὸ χωρίον τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι κατὰ τὸ ὁμοῖον τὸ χολῶδες ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν.

ς'. Νῦν δ' ἐρέω περὶ ὕδρωπος, ὥς τε καὶ διὰ τί πλείων γίγνεται ἐν τῷ σώματι καὶ ὅκως ἕλκει ὁ σπλὴν ἐς ἑωυτόν. Φημὶ δὲ, ἐπὴν ὁ ἄνθρωπος πίνῃ πλέον, [2] ἕλκειν ἐς ἑωυτὸν ἐκ τῆς κοιλίης τοῦ ὕδατος καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸν σπλῆνα καὶ, ἢν πλέον εἰρύσῃ τοῦ καιροῦ, πονέειν αὐτίκα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτο [3] ἐπαΐουσι γιγνόμενον ὁκόσοι σπληνώδεες τῶν ἀνθρώπων εἰσί. Ἐπὴν δὲ εἰρύσῃ ὁ σπλὴν, [4] ἄριστον μὲν εἰ τῇ κύστι διαδοθείη τὸ παλαιὸν τοῦ ἐνεόντος ἐν τῷ σπληνὶ ἢ τῇ κοιλίῃ καὶ ταῦτα ἐκδιηθήσειε· κατὰ τὰ ἄνω γὰρ χωρία οὐκ ἀποκαθαίρεται τὸ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς, [5] εἰ μὴ ὁκόσον δὴ ἐν τοῖς ἀγγείοις ἐνεόν ἐστι τοῖσι ἀπὸ τοῦ σπληνός· [6] ἀλλ' οἵ ἐστι ἀποκάθαρσις ἐς τὴν κοιλίην καὶ ἐς τὴν κύστιν. Ἢν δὲ ταῦτα μὴ εὔροα ᾖ, μηδὲ διηθῇ ἔξω, ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ἔρχεται τὸ ὕδωρ ἐς τὰ κάτω· κεῖθι δὲ μίσγεται τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι· κἢν μὲν ὀλίγον ἔῃ, οὐκ ἂν [7] ἀάσειε, ἀλλὰ [8] διηθηθείη ἂν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐς τὴν κύστιν καὶ ἐς τὴν κοιλίην διὰ φλεβῶν· εἰσὶ γὰρ ἐκ τούτου κατατείνουσαι πολλαὶ, αἳ ἕλκουσι ἐς ἑωυτὰς ἐκ τῶν κάτωθεν χωρίων, ἐπὴν ξηρότεραι [9] γένωνται ἢ πρὶν ἦσαν. Ἢν δὲ γί-

simile est, ex his, quae comeduntur et bibuntur, ad se attrahat.

6. Nunc vero de aqua mihi dicendum est, qua ratione quamque ob causam copiosior in corpore oriatur et quomodo eam lien ad se attrahat. Assevero autem quod ubi quis amplius biberit, corpus et lien aquam ex ventriculo ad se attrahunt et si plus aequo traxerint, confestim hominem laborare, atque ita fieri sentiunt quicumque lienosi sunt. At ubi lien traxerit, optime quidem cesserit, si vetus aqua quae in liene inest transmittatur vesicae aut ventri, et hae partes foras percolent. Neque enim per superiora loca aqua de liene expurgatur, nisi certe quantum in vasis inest, quae a liene procedunt; sed ei repurgatio est in ventrem et in vesicam. Sin hae partes non facile perfluere sinant, neque foras excolent, aqua a liene ad inferiores partes fertur; ibi vero miscetur cum reliquo humore. Ac si quidem pauca fuerit, non laedet, sed percolabitur de corpore ad vesicam et ventrem per venas. Multae enim ex eo deferuntur, quae ubi sicciores quam antea fuerint, ad se ex inferioribus partibus trahunt. Sin altera aqua oriatur, neque ventriculus, neque vesica foras percolet, lien attollitur et inferiores corporis partes dolore affliguntur.

[1] διεσημηνον. — [2] ἕλκει. — [3] ἐσαΐσουσι. — [4] ἄριστα. — [5] ἦν. — [6] ἀλλοία ἐστὶν ἀποκ. — [7] ἐσάσειεν. — [8] διηθείη. — [9] γίνονται.

formam dare; — τό ante χωρίον Lind. et e multis mss. Littr.; vulg. om.

6. νῦν — ἑωυτοῦ.] δ' E., δέ cett.; — ὥστε vulgo, ὥς τε Littr.; — διότι Lind.; — ἕλκῃ vulg., ἕλκει Parr. 5., Littr.

Φημὶ — εἰσί.] πλέον εἰρύσῃ Littr. ex E. H., πλεῖον εἰρ. vulg.; — πονέειν τὸν ἄνθρ. αὐτίκα E. H.; — ἐσαΐουσι vulg., ἐσαΐσσουσι H., ἐσαΐσουσι E. K. Lind.; equidem non ἐσαΐειν *audire*, sed ἐπαΐειν *intelligere*, *sentire* congruere opinor.

ἐπὴν δὲ — κύστιν.] διηθείη vulgata, δοθείη multi codd., eamque lect. iam memorat Foës.; Littréus Lindani διηθηθείη dedit, sed recurrendum est ad superiora ut de his constet: vulgata supra habet ἐν τῇ κύστι et paulo post ἢ τῇ κοιλίῃ, quod non pertinet ad ἐνεόντος ἐν τῷ σπληνί, sed ad ἐν τῇ κύστι; hinc factum ut in his ἐν abiicerem et pro διηθείη s. δοθείη darem διαδοθείη, quod multo aptius quam διηθηθείη. Sequens καὶ ταῦτα refertur ad ἡ κύστις καὶ ἡ κοιλίη, sicuti § 4. sub finem καὶ ταῦτα ἔξω φέρῃ. Sed iam aliud quid advertit; vulgata eo, quem dixi, modo emendata refert: ἄριστον μὲν εἰ τῇ κύστι διαδοθείη ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὸ παλαιὸν τοῦ ἐνεόντος ἐν τῷ σπληνὶ, ἢ τῇ κοιλίῃ, at vide quam orationem impediat illud ἀπὸ τοῦ ὕδατος, quod emblema alienum eximere oportet. Dein ἢν μὴ ὁκόσον vulg., εἰ μὴ ὁκ. E. H. Littr. — Porro vulgo ἀλλ' οἷά ἐστιν ἀποκάθαρσις, cod. E. ἄλλοια, K. ἀλλοία, ut Voss. — Littr. ἀλλ' ἵα ἐστὶν ἀποκάθαρσις „quoique, inquit, ἵα soit épique!" Sed κάθαρσις ἐς τὴν κοιλίην et κάθαρσις ἐς τὴν κύστιν duae mihi sunt καθάρσεις, non una. Fortasse etiam οἵη scribi posse putat Littréus; sed non magis placet hoc quam ἵα. Equidem οἵ pro οἷα repono.

ἢν δὲ ταῦτα — ἦσαν.] ἀάσειε de meo, codd. ἐσάσειεν, Littr. ἐσάσσειεν. — Tum διηθείη vulg., διηθέῃ Mack., διηθηθείη Littr.; — γένωνται E. Littr., γίνωνται vulg.

γνηται ἕτερον ὕδωρ καὶ ἡ κοιλίη καὶ ἡ κύστις μὴ διηθῇ ἔξω, ἀείρεται ὁ σπλὴν καὶ τὰ κάτω τοῦ σώματος ἐπίπονα γίγνεται. Τοῦτο δέ μοι εἴρηται, ὅκως τε καὶ διότι τὸ ὕδωρ πλεῖον γίγνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τοῦ ποτοῦ καὶ ὅκως ὁ σπλὴν ἕλκει.

ζ'. Νῦν δ' ἐρέω περὶ αἵματος ὅκως τε καὶ διότι πλεῖον γίγνεται ἐν τῷ σώματι. Ἐπὴν τι φάγῃ ἢ πίῃ ὁ ἄνθρωπος, ὅ τι ἐστὶ αἱματῶδες, ἕλκει [1] μὲν καὶ τὸ σῶμα ἅπαν ἐς ἑωυτὸ, ἕλκει δὲ καὶ ἡ καρδίη τὸ αἱματῶδες ἐς ἑωυτὴν, καὶ ἐπὴν πλέον εἰρύσῃ, οὐ γίγνεταί οἱ πόνος· στερεὸν γάρ τι χρῆμα καὶ πυκνόν ἐστι ἡ καρδίη καὶ διὰ τοῦτο οὐ πονέει, καὶ ἐξ αὐτῆς παχεῖαι φλέβες τείνουσι αἱ σφάγιαι καλεόμεναι, [2] ἐς ἃς ταχέως, [3] ἢν οἱ πλεῖον προσγένηται, διαδίδοται τὸ αἱματῶδες, καὶ πιμπλάμεναι κεῖναι τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ σώματι διαδιδόασι ἐν τάχει, καὶ ἐπὴν τι φάγῃ ἢ πίῃ, ὅ τι ἐστὶ αἱματῶδες, αὐτίκα αἱ σφάγιαι φλέβες ἀείρονται καὶ τὸ πρόσωπον ἐρεύθει. Προσγενομένου δὲ τῇ καρδίῃ καὶ τῷ σώματι τοῦ αἵματος πλείονος τοῦ ἱκανοῦ ἀπὸ τῶν [4] βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν καὶ [5] μισγομένου τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ, ἢν μὴ ἀπ' αὐτοῦ ἐξέλθῃ κατὰ τὴν κοιλίην, ἢ κατὰ τὴν κύστιν, μιγὲν τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι [6] τῇ ἐν τῷ σώματι πόνον παρέχει· ἢν δὲ ὀλίγον προσγένηται, οὐκ [7] ἀάσειε ἂν τὸ σῶμα, χρόνῳ δὲ διαδίδοται ἀπ' αὐτοῦ ἐς τὴν κοιλίην ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας, τὰ δὲ διηθέει ἔξω καὶ ἀσινὲς γίγνεται· ἢν δ' ἐξ [8] ὀλίγου πλέον γίγνηται, ἐπίνοσον γίγνεται. Ὅκως δὲ πλέον τὸ αἷμα γίγνεται, ἡρμήνευταί μοι. Τέσσαρα οὖν ἐόντα [9] τό τε αἷμα καὶ ἡ χολὴ καὶ τὸ φλέγμα καὶ ὁ ὕδρωψ, ἀποπέφανται ταῦτα πάντα ὅκως

Istaque a me dicta sunt, quomodo et quam ob causam aqua copiosior ex potu in corpore oriatur et quanam ratione lien trahat.

7. Nunc vero quo modo et quam ob causam sanguis copiosior in corpore gignatur, dicendum est. Cum quis aliquid sanguineum comederit, aut biberit, id totum quidem corpus ad se trahit. Trahit autem etiam cor ad se quod sanguineum est, neque ubi copiosius attraxerit, dolor ei oboritur. Cor enim cum sit solidum et densum, eam ob causam minime dolore affligitur, ex eoque venae crassae, iugulares dictae, feruntur, in quas quod sanguineum est confestim transmittitur, si copiosius accesserit, illaeque impletae capiti et corpori tradunt celeriter. Cumque aliquid sanguineum comederit, aut biberit, statim iugulares venae extolluntur et facies rubet. Cordi autem et corpori ubi ex cibis ac potibus plus aequo sufficiens sanguis accesserit, reliquoque humori admixtus fuerit, nisi per ventrem aut vesicam reliquo humori permixtus exierit, corpori dolorem exhibet. At si paucus accedat, utique corpus minime laeserit, procedente vero tempore ab ipso ad ventriculum aut ad nares transmittitur, quae foras excolant, neque ullo modo laedit. Si vero paulatim copiosior evadat, morbidus redditur. Quanam autem ratione copiosior sanguis gignatur, a me est expositum. Cum igitur quatuor in corpore exsistant, sanguis, bilis, pituita et aqua, haec omnia quomodo quamque ob causam ex cibis et potibus copiosiora gignantur, a me est demonstratum. Quod vero ex his gignan-

[1] δὲ μέν. — [2] καὶ ἄς. — [3] ἢν οἱ πλ. — [4] βρωμάτων. — [5] μισγομένου. — [6] τῇ abest. — [7] ἐσάσειεν ἂν ἐς τὸ σ. — [8] ὀλίγων πλέον γένηται. — [9] τὸ δὲ ἅ.

ταῦτα — ἕλκειν.] τὸ πλεῖον in his J.

7. νῦν — σώματι.] δ' E. H. δέ cett.

ἐπὴν — ἐρεύθει.] φάγῃ ἢ πίῃ K., πίῃ ἢ φ. vulg.; — in seqq. ceteri οὐ γίγνεταί οἱ τῇ καρδίῃ πόνος, in quibus τῇ καρδίῃ manifesto est scholion ad οἱ adscriptum, quare eieci; — τε γὰρ χρῆμα sine τι E. H. P.' Q.' Lind.; — τι om. v.; — ἐξ αὐτῆς τῆς καρδίης Mack.; — ἢν οἱ E. H., plures alii et V., vulgo οἱ abest, sed P.' Q.' οἶνου, in quo fortasse latet ἢν οἱ οὖν πλεῖον προσγέν. Dein καὶ ἐκεῖναι πιμπλ. E. H.; — διδόασι cett., διαδιδόασι de meo.

προσγενομένου — γίγνεται.] προσγινομένου H.; — βρωμάτων J., ut Voss.; — καὶ ποτῶν E.; — ἐσάσειεν vulg., ἐάσειεν K., ἐσάσσειεν Littr., ἀάσειε de coniectura; — tum Littr. ἐς τὸ σῶμα de suo, codd. ἐς omm.; — ἀσινέες γίνονται ceteri; de meo ἀσινὲς γίγνεται, ut ad αἷμα referatur, ad quod item refertur sequens ἐπίνοσον γίγνεται; — δ' ἐξ E. H., δὲ ἐξ cett.

τέσσαρα — ποτῶν.] τέσσαρα δὲ K. Lind., Mack.; —

τε καὶ διότι πλέονα γίγνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν. Ὅτι δὲ γίγνεται ἀπὸ τούτων, [1] σημήϊον τόδε ἐστί· εἰ ὁ ἄνθρωπος ὀλίγα ἐσθίει καὶ ὀλίγα πίνει, οὐδεμίαν νοῦσον ἐπάγει. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται· παρέψαυσται δέ μοι δηλῶσαι τῷ ξυνετῷ καὶ ὅκως ταῦτα ἐλάσσονα γίγνεται· δηλώσω δὲ περὶ αὐτοῦ κάλλιον ὀλίγῳ ὕστερον.

tur, hoc constat argumento, quod si quis pauca edat et pauca bibat, nullum ei morbum adfert. Atque de his quidem hactenus. In quo etiam intelligenti a me demonstratum est, quomodo haec pauciora fiant, quod et melius paulo post declarabo.

η'. Αἱ δὲ πηγαὶ, ἃς ὠνόμασα, τῷ σώματι, ὁκόταν πληρέες ἔωσι, ἀεὶ ἐπιδιδόασι· ὁκόταν δὲ κεναὶ περιϊστῶνται, ἀπ' αὐτοῦ ἕλκουσι· οὕτω δὲ καὶ ἡ κοιλίη ποιέει. Ἔχει γὰρ οὕτως ὥσπερ εἴ τις ἐς χαλκεῖα τρία ἢ καὶ πλείονα ὕδωρ ἐγχέας καὶ ξυνθεὶς ὡς ἐπὶ ὁμαλωτάτου χωρίου, καὶ ξυναρμόσας ὡς κάλλιστα διαθείη αὐλοὺς ἐναρμόσας ἐς τὰ τρυπήματα, καὶ [2] ἐγχέοι ἡσυχῇ ἐς ἓν τῶν χαλκείων ὕδωρ, μέχρις οὗ [3] ἐμπλησθῇ τοῦ ὕδατος πάντα· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑνὸς ῥεύσεται ἐς τὰ [4] ἕτερα χαλκεῖα μέχρις ὅτου καὶ τὰ ἄλλα ἐμπλησθῇ· ἐπὴν δὲ πλήρεα γένηται τὰ χαλκεῖα, ἤν τις ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀπαρύσῃ τοῦ ὕδατος, ἀνταποδώσει ὀπίσω ῥέον τὸ ὕδωρ ἐς τὸ [5] ἓν χαλκεῖον καὶ κενεὰ ἔσται τὰ χαλκεῖα πάλιν ὥσπερ καὶ ἐδέξατο. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ σώματι ἔχει· ἐπὴν γὰρ ἐς τὴν κοιλίην πέσῃ τὰ βρώματα καὶ τὰ ποτὰ, ἐπαυρίσκεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ πληροῦται ξὺν τῇσι πηγῇσι· ἐπὴν δὲ ἡ κοιλίη κενῶται,

8. Quos vero appellavi fontes, cum pleni fuerint, semper in corpus transmittunt, cum vero vacui facti fuerint, ex eo attrahunt; ita autem facit etiam ventriculus. Habet enim se res ad hunc modum, velut si quis affusa in tria aut etiam plura vasa aenea aqua ea quam planissimo loco statuat et quam optime coaptata disponat, coniunctis ad foramina fistulis, sensimque in unum vas aquam, donec omnia impleta fuerint, affundat. Ex uno enim in reliqua vasa defluet, quoad cetera etiam impleta fuerint. Plenis vero vasis, si quis ex uno aquam exhauriat, vicissim contra refluet aqua in unum illud vas aeneum et rursus aqua ex vasis evacuabitur, quemadmodum eam exceperunt. Ita sane et in corpore se res habet. Ubi enim cibi et potus in ventriculum deciderint, corpus ex ventriculo haurit, simulque cum fontibus expletur. At ubi ventriculus vacuatur, rursus retro humor redditur, quemadmodum etiam ex reliquis unum illud vas receperat. Venae enim

[1] σημεῖον. — [2] ἐγχέῃ. — [3] πλησθῇ ἀπὸ τοῦ ὕδ. — [4] λοιπά. — [5] ἓν om.

ego οὖν supplevi de meo; — δέ pro τε Ald., Parr. 5., τε om. K.; — πλεῖον (πλείων K.) γίγνεται ἐν τῷ σώματι vulgo; de meo πλέονα dedi; — καὶ ποτῶν E.

ὅτι δὲ — ἐπάγει.] σημήϊον P.' Q.' Lind., Littr., vulg. e V. notavi; — ὁ ἄνθρ. E P.' Q.' Mack., Littr., vulgo ὁ abest; — ἐσθίοι — πίνοι aliquot Parr., ut V.; — οὐδεμίαν τούτῳ ν. ἐ. vulgo, sed τοῦτο pro τούτῳ E. K. Mack., Littr.; pronomen vero omm. Par. H. et Voss., et vero mihi quoque otiosum videtur.

καὶ ταῦτα — ὕστερον.] καί ante ταῦτα om. K.

8. αἱ δὲ — ποιέει.] Describam locum ex ed. Littréi: τὰς δὲ πηγὰς, ἃς ὠνόμασα, αὗται τῷ σώματι, ὁκόταν πληρέες ἔωσι, ἀεὶ ἐπιδιδόασιν· ὁκόταν δὲ κεναὶ περιΐστανται (περιϊστῶνται desiderat Littr.) ἀπ' αὐτοῦ οὕτω δὲ καὶ (καί om. ν.) ἡ κοιλίη ποιέει. Sunt haec a librariis turbata, nam τὰς δὲ πηγάς non habet unde pendeat; itaque nominativum repono simulque otiosum αὗται reiicio. Verum dein non solum περιϊστῶνται dandum, sed certum est etiam verbum deësse post ἀπ' αὐτοῦ, quod ἕλκουσι, εἰρύουσι simileve aliud esse debebit.

ἔχει γὰρ — ἐδέξατο.] ἢ καὶ πλ. de meo scripsi, ceteris ἤ non habentibus; — διαθέει H., sed al. m. vulgatum διαθείη, at E. P.' Q.' ν. Lind., Mack, ἐπιδιαθείη. Dein ἐγχέῃ vulg., ἐγχέει K., ἐγχέοι E. Littr.; — ἐμπλησθῇ E. H. Littr., πλησθῇ vulg.; ἀπὸ τοῦ ὕδατος πάντα cett., mihi vero otiosa et eiicienda visa est praepositio; — ἐς τὰ ἕτερα E. H. Littr., ἐς τὰ λοιπά vulg.; — τἄλλα I. J. L.; — ἐμπλησθῇ cod. ν. Mack., Littr., πλησθῇ vulg.; — ἀπαρύσῃ ἀπὸ τοῦ ὕδ. cod. ν.; ἀνταποδώσειεν vulgo, ἀνταποδώσει ἄν Aem. Port.. Mack.; ego futurum sine ἄν nostrum scripsisse opinor; — ἐς τὸ ἓν χαλκεῖον Ald., Parr. 6. Littr., ἓν in his om. vulg.; — πάλιν omm. H., ubi rest. al. m., et ν.; — ἐδέξαντο Parr. nonnulli.

οὕτω — χαλκεῖον.] οὕτω δέ E. H., οὕτω δή vulg.; — τήν ante κοιλίην om. vulg., addit Littr. e Parr. 4. et Demetrio Pepag.; mihi Voss. praebet; ἀπαυρισκ. cod. ν.; —

ἀποδίδοται αὖθις ὀπίσω ἡ ἰκμὰς, ὥσπερ καὶ ἐπεδέξατο ἐκ τῶν ἄλλων [1] τὸ ἓν χαλκεῖον. Φλέβες τε γάρ εἰσι διὰ παντὸς τοῦ σώματος τείνουσαι, αἱ μὲν λεπτότεραι, αἱ δὲ παχύτεραι, πολλαὶ καὶ πυκναί· αὗται δὲ, μέχρις οὗ ἂν ζώῃ ὁ ἄνθρωπος, ἀνεῴγασι καὶ δέχονται καὶ ἀφιᾶσι νέον τε καὶ παλαιὸν ὑγρόν· ἐπὴν δὲ ἀποθάνῃ, ξυμμύουσι καὶ γίγνονται λεπταί. Μέχρι μὲν οὖν ζώῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπαυρίσκεται μὲν τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, ἐπήν τι ἔχῃ ἐν ἑωυτῇ· ἐπαυρίσκονται δὲ καὶ αἱ πηγαὶ καὶ πιμπλάμεναι [2] διαδιδόασι τῷ σώματι· εἰ γὰρ τὸ σῶμα μὴ [3] ἕλκοι ἀπὸ τῆς κοιλίης, ἀλλ' αἱ πηγαὶ μόναι, καὶ ἐς τὸ σῶμα μὴ διαδιδοῖεν, οὐκ ἂν εἶχε τὸ σῶμα τροφὴν ἀρκέουσαν, ἀλλ' ἐλάσσονα. Αἱ δὲ πηγαὶ αὗται εἰ μὴ ἦσαν, ἐσθίοντες ἂν καὶ πίνοντες οὐκ ἂν διεγιγνώσκομεν ἀτρεκέως, οὔτε ὅ τι ἡδύ ἐστι, οὔτε ὅ τι ἀηδὲς, κατὰ ἀνάγκην τοιήνδε, ἣν μέλλω ἐρέειν. Ταῦτα τὰ χωρία, ἅτε μικρότερα ἐόντα καὶ ἔνδοθεν τοῦ ἄλλου σώματος, ἀεὶ καὶ πρὸ τοῦ [4] ἀάσαι ἕκαστον κατὰ τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν ἑρμηνεύει τῷ ἄλλῳ σώματι τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων [5] ὅ τί τε χολῶδές ἐστι καὶ ὅ τι φλεγματῶδες καὶ ὅ τι αἱματῶδες καὶ ὅ τι ὑδρωποειδές. Τούτων γὰρ ἡμῖν ὅ τι ἂν ἑκάστου πλεῖον τοῦ καιροῦ [6] γίγνηται καὶ ἐν τοῖσι βρωτοῖσι καὶ ἐν τοῖσι ποτοῖσι, [7] κεῖνα οὐδὲ ἡδέα γίγνεται· ἅσσα δὲ χατίζει μάλιστα, κατὰ ταῦτα

multae et crebrae, aliae quidem tenuiores, aliae crassiores per totum corpus feruntur. Hae autem, quamdiu homo vivit apertae sunt et novum ac veterem humorem accipiunt et demittunt; — mortuo vero connivent et extenuantur. Quoad igitur homo vivit, corpus quidem ex ventriculo, si quid in se habuerit, haurit, hauriunt et fontes et expleti corpori transmittunt. Nisi enim corpus de ventriculo hauriret, sed solum fontes, neque hi corpori traderent, non utique sufficiens haberet corpus alimentum, sed parcius. Ac nisi fontes isti adessent, dum comedimus aut bibimus, non utique certo dignosceremus quod in cibo et potu suave esset aut insuave, hac necessitate, quam dicam, coacti. Haec nimirum loca cum parva sint et intra reliquum corpus collocata, prius quam laedat unumquodque semper sua facultate reliquo corpori denunciat, quid ex his, quae comeduntur et bibuntur biliosum, pituitosum, sanguineum et aquosum sit. Ex his enim singulis, quicquid in cibo et potu plus iusto adfuerit, illos nobis insuaves reddit, quae vero maximum sui desiderium faciunt, ea ratione suavia sunt. Quodsi ex fontibus aliquis cibo aut potu indigeat, ea ratione etiam corpus ab his attraxit, donec humor iusto paucior evaderet, tuncque quis comedere aut bibere desiderat quod portionem illam expleat et reliquis aequalem faciat. Eamque ob causam cum multum edimus aut

[1] ἐς τὸ ἓν χ. — [2] διδόασι. — [3] ἕλκει. — [4] ἐσάσαι. — [5] ὅ τι τε χ. — [6] γίνηται. — [7] ἐκεῖνα.

καὶ ἀποδιδ. cod. K.; — ὥσπερ καὶ ἐπεδέξατο ὡς ἐκ τῶν ἄλλων ἐς τὸ ἓν χαλκεῖον libri, Littr. ὡς et ἐς reiecit; hunc sequor.

Φλέβες τε γὰρ — λεπταί.] καὶ δέχονται καὶ ἀφιᾶσι (παλαιόν interponit Lind.) τε καὶ (τό pro τε καί K.) νέον ὑγρόν vulgo; Littr.: ἀνεῴγασι καὶ δέχονται τε καὶ ἀφιᾶσι νέον ὑγρόν: „je pense, inquit, qu'il n'y a que τε καί à deplacer." Equidem cum Lindano consentio: est omnino sermo de humoris motu in utramque partem, adeoque veteris ac novi. Id unum circa Lindani emendationem animadvertendum videtur potius νέον τε καὶ παλαιόν quam contra παλαιόν τε καὶ νέον esse dandum.

μέχρι μὲν οὖν — πηγαί.] δέ pro μὲν οὖν E. H. ν.; — ἀπαυρ. cod. ν.; — δὲ καὶ αἱ de meo, καί h. l. non habent cett.; — ἕλκοι H. K. Littr., ἕλκει alii Parr. 3., ἕλκῃ vulg.; — ἕλκοι ἀπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς κοιλίης, ubi mihi dittographia esse videtur τῆς ἰκμάδος et τῆς κοιλίης et hoc retinendum, ἢ ἐς τὸ σῶμα Littr. de suo, ego non video causam, cur de vulg. decedam. — Vulgo μὴ ἐδίδοσαν, sed διεδίδοσαν pro μὴ ἐδίδοσαν K.!, male, quum negatio non sit tollenda, sed puto διαδιδοῖεν auctorem scripsisse, quod repono; — ἀλλ' ἐλασσ. E., ἀλλὰ ἐλ. cett. Iam vero omnes post ἐλάσσονα legunt: οὐ γὰρ ἂν ἔτι εἶχον τῷ σώματι τὴν (τήν om. E., sed alia m. restituitur) τροφὴν διεκδιδοῦσαι πηγαί. Quae quid sibi velint, non liquet; periodus superior tota absoluta est et conclusa verbis ἀλλ' ἐλάσσονα: quorsum sequentia illa spectent, quo nexu cum superioribus aut seqq. cohaereant, non apparet; itaque otiosum emblema mihi eximendum est visum.

αἱ δὲ π. — ἐρέειν.] οἵην μέλλω ἐρέειν E. H.

ταῦτα — ὑδρωποειδές.] ἐσάσαι vulg., ἐσάσσαι Littr., ἐᾶσαι E. K., ἐσάξαι K.; — ἀάσαι de coniectura; — in ὅ τί τε omm. τε H. K.

τούτων — ἡδέα ἐστιν.] πλεῖον τοῦ καιροῦ γένηται K.; καὶ ἐκ τοῖσι βρ. καὶ ἐν τοῖσι π. K., καὶ ἐν τοῖσι ποτ. καὶ ἐν τοῖσι βρ. cett. — ἐκεῖνα Ald., Parr. 4.

[1] κεῖνα ἡδέα ἐστί. Εἰ δὲ βρωτῶν καὶ ποτῶν ἐνδεήσεται τῶν πηγέων τις, κατὰ τοῦτο καὶ τὸ σῶμα εἵλκυσε ἀπ' αὐτέων ἔστ' ἂν τὸ ὑγρὸν ἔλασσον τοῦ καιροῦ γένηται, καὶ τότε ἱμείρεται ὁ ἄνθρωπος ἢ φαγέειν ἢ πιέειν τοιοῦτον, ὅ τι τὴν μοῖραν ἐκείνην ἐπιπλήσει καὶ [2] ἰσώσει τῇσι ἄλλῃσι· καὶ διὰ τοῦτο βεβρωκότες πολλὰ ἢ [3] πεπωκότες ἔστι ὅτε ἱμειρόμεθα ἢ βρωτοῦ ἢ ποτοῦ, καὶ ἄλλο οὐδὲν ἂν ἡδέως φάγοιμεν, εἰ μὴ ὅ τι ἱμειρόμεθα· ἐπὴν δὲ φάγωμεν καὶ ἰσωθῇ [4] ἡ ἰκμὰς [5] κατὰ τὰ ἀνυστὰ ἐν τῇσι πηγῇσι καὶ ἐν τῷ σώματι, τότε πέπαυται ὁ ἵμερος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται.

θ'. Ἔχει δὲ καὶ τόδε ὧδε, ὅτι ἐς μὲν τὸ χωρίον τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν ἀποκρίνεται ἡ χολὴ μοῦνον· τὰ γὰρ φλέβια ἀσθενέα καὶ λεπτὰ ὑπάρχοντα οὐ [6] δύναται ἕλκειν τὴν ἄλλην ἰκμάδα παχυτέρην καὶ βαρυτέρην ἐοῦσαν καὶ ἅμα εὐρυχωρίη οὐκ ἔστι τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι, ὥστε ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ εἶναι· ξύνηθές τέ ἐστι τῇ χολῇ τοῦτο τὸ χωρίον κατὰ φύσιν μάλιστα καὶ διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ οὐδεμία νοῦσος γίγνεται ἄλλη ἢ ἥν τινα καρδιωγμὸν οἱ ἄνθρωποι καλέουσι. Ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ ἡ καρδίη καὶ ὁ σπλὴν μετέχουσι τῆς ἰκμάδος πάσης· ἕκαστον δὲ, ἢν μή τι νοσέῃ, μετέχει πλεῖστον κατὰ φύσιν τὴν ἑωυτοῦ τῶν εἰρημένων, ἡ μὲν κεφαλὴ τοῦ φλέγματος, ἡ δὲ καρδίη τοῦ αἵματος, ὁ δὲ σπλὴν τοῦ ὕδατος· ἕλκουσι δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἰκμάδος αἱ φλέβες ἐς ἑωυτὰς, εὐρεῖαι καὶ παχεῖαι καὶ ἑλικοειδέες ἐοῦσαι· [7] ὥστε, ἐπὴν ἕλκωσι, ἕπεσθαι ἕτερον

bibimus, interdum cibum aut potum appetimus, nihilque suavius sumimus quam quod appetimus. Ubi vero cibum sumpserimus, humorque quoad eius fieri potuerit in fontibus et corpore adaequatus fuerit, tunc appetentia sedatur. Ac de his quidem hactenus.

9. Quod vero in loco quidem, qui est in hepate, ex cibis et potioribus sola bilis secernitur, ita etiam se res habet: Venulae enim cum tenues et debiles exsistunt, alium humorem crassiorem et graviorem attrahere nequeunt, simulque ea non est loci capacitas, ut ibi alius humor consistat, hicque locus bili natura maxime familiaris est. Proptereaque nullus in eo alius oritur morbus, nisi quem καρδιωγμόν, i. e. *cordis morsum*, vocant. At vero caput, cor et lien omnis humoris participes sunt. Unumquodque autem, nisi aegrotet, plurimum eius qui cuique natura inesse dictus est, particeps fit, caput quidem pituitae, cor sanguinis, lien aquae. At venae etiam amplae et crassae quum sint et clavicularum in modum intortae, ad se alium humorem attrahunt, ita ut, ubi traxerint, alium alius sequatur. Et cordi quidem vicinae sunt iugulares venae crassae, in quas, si quid ei plus iusto accesserit, celeriter distri-

[1] ἐκεῖνα. — [2] Ἰσώσει. — [3] πεπτοκότες. — [4] ἡ om. — [5] κατὰ ταῦτα ἄν. — [6] δύνανται. — [7] ὥστε ἐπὴν ἕ.

εἰ δὲ — ἵμερος.] *εἰ* Littr. e codd. non paucis, idem fert Voss.; *ἢν* vulg.; — *βρωμάτων* Lind.; — *ποτῶν καὶ βρ.* H.; — *ἑλκύσει* ceteri, sed sine dubio aoristo opus est, corpus enim non hauriet e fonte, in quo deficiat aliquid, sed e pleno, donec in hoc desit, aut deësse incipiat humor illi proprius; — *τέως καὶ τὸ ὑγρόν* libri, de meo *ἔστ' ἂν τὸ ὑ.* scripsi; — item *καί* ante *τότε* de meo dedi; — *ὁ* ante *ἄνθρ.* e solo E. Littréus; — *ποτοῦ ἢ βρ.* Parr. 4.; — *κατὰ ταῦτα ἀνυστά* vulg., sed Littr. de suo *κατὰ τὰ ἀνυστά.* — Vulgo *τότε οἱ πέπαυται ὁ ἵμερος*, sed non apparet quorsum *οἱ* referendum sit; ad *σώματι* solum referri possit, nec tamen apte, quum non *τὸ σῶμα ἱμείρεσθαι* dixit in superioribus, sed ipsos homines; bis enim *ἱμειρόμεθα* habet.

9. *ἔχει δὲ καὶ τόδε — καλέουσι.*] Ceteri *ὧδε* non habent, sed manifesto interiit, quare de meo adscripsi, vide eandem formulam sub finem § 2.; — *δύναται* E. H. Littr., *δύνανται* vulg.

ἡ δὲ κεφαλὴ — ἰκμάδος.] *ἕκαστον δέ* cum P.' scripsi, primum volueram *καὶ ἕκαστον*, quippe aliquid deesse sentiebam, sed nunc in illa lectione acquiesco; — *πλείστων* vulgo, sed *πλεῖστον* ipse dudum emendavi, antequam E. habere videram; — *καί* ante *τῆς ἄλλης* om. G.; — *ὥστ'* vulgo, *ὥστε* E. H. Voss.

ἑτέρῳ τῆς ἄλλης ἰκμάδος. Καὶ τῇ μὲν καρδίῃ πλησιάζουσι αἱ σφάγιαι φλέβες, παχεῖαι ἐοῦσαι, ἐς ἃς διαδίδοται ταχέως, ἐπὴν οἱ πλείων τοῦ καιροῦ προσγένηται· αἱ δὲ τῷ ἄλλῳ σώματι ἐκδιδόασι· καὶ ἅμα αὐτὴ ἡ καρδίη στερεή καὶ πυκνή ἐστι, ὥστε μὴ νοσέειν ὑπὸ τῆς ἰκμάδος καὶ διὰ τοῦτο νόσημα ἐν τῇ καρδίῃ οὐδὲν γίγνεται. Ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ ὁ σπλὴν μάλιστα ἐπίνοσά ἐστι· νοσέει γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν φύσι [1]ἐνεόντων, ὅταν πλείονα προσγένηται τοῦ καιροῦ· νοσέει δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης ἰκμάδος· φλέβες γὰρ ἐς αὐτὰ παχεῖαί τε καὶ πολλαί εἰσι καὶ αὐτὰ φλεβώδεα κάρτα ἐστὶ καὶ ἔγκοιλα, ὥστε εὐρυχωρίην καὶ τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι ἐν αὐτοῖσι εἶναι, χωρεούσῃ κατ' ὀλίγον καὶ μισγομένῃ τῇ φύσι [2]ἐνεούσῃ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀγγείῳ μεγάλῳ εὐρυχωρίη ἐστὶ πλέων ἢ ἐν μικρῷ, οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ἐν τῷ σπληνὶ ἔχει· εὐρυχωρίη γὰρ τούτων τῶν χωρίων μάλιστα ἐν αὐτοῖσί ἐστι· ἢν [3]δ' ἐμπλησθῶσι ἰκμάδος αἱ αὐτόθι φλέβες, ἀπ' ἐκείνης ἐν αὐτοῖσι νοῦσος γίγνεται. Ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται νῦν.

buitur, hae vero reliquo corpori transmittunt; simulque cor ipsum solidum et densum exsistit, adeo ut ab humore affligi nequeat, ideoque nullus in corde morbus suboriatur. Caput autem et lien morbis maxime sunt obnoxia. Afficiuntur enim ab his, quae natura insunt, cum plus iusto accesserint, afficiuntur quoque et a reliquis humoribus. Venas enim crassas et multas in se habent, cumque ipsa admodum venosa sint et cava, amplam capacitatem alteri excipiendo humori exhibent, qui sensim ad ea procedit et ei, qui a natura inest, permiscetur. Ac quemadmodum in magno vase amplior est capacitas quam in parvo, sic et in capite et liene se res habet. In his enim praecipue horum locorum ampla est cavitas. Quodsi venae isthic obviae humore expletae fuerint, in his ab eo morbus oritur. Atque de his nunc hactenus.

ι'. Ἐθέλω δὲ ἀποφῆναι κάλλιον, ὅκως ἑκάστη ταύτης τῆς ἰκμάδος ἐν τῷ σώματι ἐλάσσων γίγνεται. Τέσσαρα μὲν [4]δὴ ὑγρὰ ἐόντα ἀπέδειξα τὸν ἄνθρωπον [5]σινόμενα, [6]τέσσαρας δέ σφι πηγάς· τέσσαρα δέ σφι λέγω εἶναι, οἷσι ἀποκαθαίρεται ὁ ἄνθρωπος τούτων ἕκαστον· ταῦτα δέ ἐστι τό τε στόμα καὶ αἱ ῥῖνες καὶ ὁ ἀρχὸς καὶ ἡ οὐρήθρη. Καὶ ἐπήν τις πλείων γένηται τῆς ἰκμάδος τῆς

10. Quomodo autem horum humorum quisque in corpore parcior gignatur, melius demonstrare volo. Quatuor equidem esse humores homini noxios demonstravi, quatuorque iis esse fontes; assevero autem quatuor illis esse partes, per quas homo ab horum singulis purgetur; hae autem sunt: os, nares, anus, urinae fistula. Et ubi copiosior aliquis humor molestus fuerit, si per hauc viam homo repurgetur, nullus inde

[1] ἐόντων. — [2] ἐούσῃ sine seq. καί et mox πολλή pro πλέων. — [3] δὲ πλησθῶσι. — [4] δή om. — [5] σινεόμενα. — [6] τέσσαρας δέ σφ. πηγὰς λέγω εἶναι οἷσιν ἀποκ.

καὶ τῇ μὲν καρδίῃ — γίγνεται.] διαδέδοται Ald.; — ἐκδιδόασιν, ἅμα τῇ καρδίῃ· αὐτὴ δὲ στερεὴ κ. τ. λ. Lind.; — in διὰ τοῦτο Littr. praepositionem revocavit ex Ald., mss. multis; vulg. solum τοῦτο habet, Voss. etiam διὰ τοῦτο.

ἡ δὲ κεφαλὴ — γίγνεται.] ἐνεόντων de meo dedi, ἐόντων vulg.; — ὅτε E. H. v. pro ὅταν; — προσγίνεται H., προσγίνηται Parr. alii tres; — ἐν αὐτῇσι vulg., ἐν αὐτοῖσι E. H. alii plures, Lind., Mack., Littr.; — ἐνεούσῃ rursus de meo, ἐούσῃ cett.; — καί ante ὥσπερ de meo interposui, itemque de meo πλέων dedi pro vulgato πολλή; — οὕτω δή Lind., quem sequor, οὕτω δέ cett.; — vulgo ἢ ἐν τῷ σπληνί, requiritur καὶ ἐν τῷ σπ., quod de meo dedi; — τῷ ante σπληνί e vulg. exciderat, e multis mss. revocavit Littr.; — δ' ἐμπλησθῶσι E. H. v. Littr., δὲ πλησθ. cett.; — ἰκμάδος αἱ φλέβες αὐτόθι vulgo, sed E. αἱ φλέβες ἰκμάδος αὐτόθι; equidem de meo αἱ αὐτόθι φλέβες scripsi, quippe quod auctor voluisse videtur.

10. τέσσαρα — οὐρήθρη.] Ad τέσσαρας κ. τ. λ. vulgatam e V. adscripsi, nisi quod hic liber οἷσιν, ubi vulg. ἧσιν. Sed Littr. ex Ald. et Parr. 6. adnotat lect.: τέσσαρας δέ σφι (σφισι E.) πηγὰς εἶναι τέσσαρας δέ σφι λέγω εἶναι οἷσιν, quam ita recepit ut ex altero τέσσαρας efficeret τέσσαρα. Recte sane mss. lectionem et probavit et emendavit.

καὶ ἐπὴν — σώματι.] μιν om. E., in quo tamen rest. al. m.; — μή ante πληρής de suo Littréus, cum quo prorsus consentio.

πονεούσης, ἣν ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος ταύτῃ, οὐδεμία μιν νοῦσος πιέζει ἀπὸ ταύτης· καὶ ἢν ἡ κοιλίη [1] μὴ πλήρης ᾖ, τηκομένου τοῦ σώματος, ἀπὸ τῆς ἰκμάδος καταρρέει ἐς αὐτὴν καὶ ἔξω ἔρχεται κατά τι τῶν χωρίων τούτων καὶ διὰ ταῦτα τὸ ὑγρὸν ἔλασσον γίγνεται ἐν τῷ σώματι. Τὸ γὰρ σῶμα, ὥσπερ μοι καὶ πρότερον εἴρηται, τῇ κοιλίῃ ἐπιδιδοῖ, ἐπὴν κενεὴ ἔῃ καὶ ἐπαυρίσκεται ἐπὴν πλήρης ἔῃ ἀπ' αὐτῆς. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται ὅκως τε καὶ διότι ἐλάσσονα [2] γίγνεται τὰ πονέοντα τὸν ἄνθρωπον.

ια'. Ὅκως δὲ καὶ διὰ τί ὁ ἄνθρωπος ὑγιαίνει ἐρέω. Ἐπὴν φάγῃ καὶ πίῃ, καὶ ἀφίκηται ἡ ἰκμὰς ἐς τὸ σῶμα, τρόπῳ [3] ὥσπερ εἴρηται μιγεῖσα καὶ τῇ ἄλλῃ [4] τῇ ἐν τῷ σώματι καὶ τῇ ἐν τῇ πηγῇ ἐούσῃ, τῇ μὲν ἡμέρῃ, ᾗ ἂν προσγένηται, μένει ἐν τῷ σώματι, τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἄλλη οἱ ἰκμὰς προσγίγνεται. Αὗται δύο μὲν ἡμέραι εἰσί· δύο δὲ ἰκμάδες ἐν τῷ σώματι· τῇ μὲν ἑτέρῃ τῶν ἰκμάδων δύο ἡμέραι εἰσὶ, τῇ δὲ ἑτέρῃ μία. Καὶ ἡ μὲν δὴ ὑστέρη μένει ἐν τῷ σώματι, ἅτε παχεῖα ἐοῦσα, ἡ δὲ ἑτέρη πεφθεῖσα ὑπὸ τῆς θέρμης διακέχυται καὶ λεπτὴ γενομένη παραγίγνεται τῇ ὑστεραίῃ ἐς τὴν κοιλίην διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ἐξωθευμένη ὑπὸ τῆς νέης· ἐλθοῦσα δὲ ἐς τὴν κοιλίην πέσσει τὰ σιτία ἐν τῷ τόπῳ· καὶ ποιέει τὸ αἷμα ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ σώματι· μείνασα δὲ ἐγένετο ὑπὸ τοῦ χρόνου κάκοδμος. Τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρῃ [5] ἐξέρχεται ξὺν τῇ κόπρῳ καὶ τῷ οὔρῳ, πλῆθος αὐτὴ ἑωυτῇ πᾶσα ἴση τε

eum morbus vexat. Ac si ventriculus minime plenus fuerit, tabescente corpore de eius humore ad eum defluit et per aliquem ex his locis extra fertur, ideoque parcior in corpore fit humor. Corpus enim, quemadmodum a me ante dictum est, ventriculo, ubi vacuus fuerit, distribuit et ex eo haurit, ubi plenus fuerit. Atque haec dicta sunt, quomodo et quare humores homini molesti pauciores fiant.

11. Quo modo autem et quam ob causam homo sanus degat, mihi dicendum. Ubi comederit et biberit, humorque ad corpus pervenerit, quo dictum est modo alteri permixtus, tum ei, qui in corpore, tum ei, qui in fonte est, eo quidem quo accessit die in corpore manet, postridie vero ei alius humor accedit. Atque hi quidem duo dies sunt et duo in corpore humores. Humorum quidem alteri duo dies sunt, alteri vero unus. Ac posterior quidem, ut qui crassus est, in corpore manet. Alter vero a calore coctus diffunditur et ubi tenuis evaserit, postridie semper a recenti protrusus ad ventriculum pervenit. Quo cum pervenerit, cibos eo loco coquit, et ex iis sanguinem in corpore facit. Cum autem permanserit, tempore graveolens redditur. Tertio vero die una cum stercore et urina copia sibi ipsi toti aequalis et similis, aequabilique momento foras egreditur. Et si eius portio quaedam exierit, humor tamen iuxta dictam rationem in corpore manet. Tertio

[1] μή om. — [2] γίνηται. — [3] ὡς εἴρ. — [4] καὶ τῇ. — [5] ἔρχεται ἔξω σὺν κ. τ. λ.

τὸ γὰρ σῶμα — ἀπ' αὐτῆς.] κενεὴ εἴη E.
ταῦτα — ἄνθρωπον.] γίνηται vulg., γίνεται E. H. K. Littr.; — γίνονται Ald. J.
11. ὅκως — ἐρέω.] ὑγιαίνῃ vulg., ὑγιαίνει Littr. e Parr. 4.; idem fert Voss.
ἐπὴν — προσγίγνεται.] καὶ τῇ ἐν τῷ σ. vulg.; — καί omm. E. H. Littr.; — καὶ τῇ πηγῇ sine ἐν τῇ Parr. 3.; — in ᾗ ἂν προσγ. de meo ἄν adscripsi; — pro τῇ δὲ ὑστεραίῃ E. P.' Q.' ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην; — seq. οἱ omm. Ald. G.
καὶ ἡ μὲν δὴ — κάκοδμος.] καί principio de meo addidi; nempe saepius particulae copulativae in hoc libello perierunt et hoc loco aut quod dedi, aut ἡ μὲν οὖν ὑστέρη requirebam; — ὑστέρη Ald., Parr. 6., Littr., ὑστεραίη vulg.; — post μένει ferunt αὕτη E. H.; — δ' ἑτέρην iidem; — παραγίνεται ἐν τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ vulg.; ego ἐν et ἡμέρῃ pro interpolatis abiicio; — καὶ ποιέει τὸ αἷμα ἀπ' αὐτῆς ἐν τῷ σώματι cett., in quo ἀπ' αὐτῆς mihi vitiosum videtur et ortum ex ἀπ' αὐτῶν i. e. ἀπὸ τῶν σιτίων. Non neglexi in ἀπ' αὐτῆς latere posse ἀπ' ἑωυτῆς, maxime quum haec pronomina tam saepe in huius libri apographis permutentur, sed ποιέει τὸ αἷμα ἀπ' ἑωυτῆς mirum mihi sonat. Nolui tamen reticere quae mecum disputavi, ut alii quoque videant.
τῇ δὲ τρίτῃ — εἰρημένον.] Lectionem ἔρχεται ἔξω etiam e Parr. 5. et P.' Q.' adnotat Littr.; — αὐτὴ ἑωυτῇ I. K. Lind., Littr., αὐτῇ ἑωυτῇ vulg.; — κἂν pro καὶ ἢν codd. Vatt. Mackii; ἑωυτῆς ceteri, de meo αὐτῆς scripsi; — εἴη vulg., Littr. ἔῃ, equidem in εἴη latere puto ἴῃ, pro quo

καὶ παραπλησίη καὶ ἰσόρροπος· καὶ ἢν [1] αὐτῆς μέρος τι ἴῃ, ὅμως ἡ ἰκμὰς μένει ἐν τῷ σώματι κατὰ λόγον τὸν εἰρημένον. Ἐπιρρέει δὲ καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ τῆς ἰκμάδος ἀπὸ τοῦ σώματος ἐπὶ τὴν κοιλίην πλεῖον καὶ [2] κακοδμότερον τὸ [3] ἐπιλιπὲς γενόμενον ἀπὸ τῆς ἑτέρης, καὶ καταφέρει τὰ βρώματα πεπεμμένα καὶ ὅ τι ἐν τῷ σώματι νοσερόν ἐστι καὶ αὐτὴ ξυνεξέρχεται· σημαίνει δὲ τὸ οὖρον ἁλμυρὸν ἐὸν, ὅτι [4] καὶ καταφέρει ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ [5] νοσερόν. Τὰ σιτία δὲ ἐς τὴν ὑστεραίην ἀεὶ διαχωρέει, ἡ δὲ ἰκμὰς ἐς τὴν τρίτην. Οὕτως ἡ ὑγίεια ξυμβαίνει γίγνεσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν εἴρηται ὅκως τε καὶ διότι ὑγιαίνουσι οἱ ἄνθρωποι.

ιβ'. Ἡ δὲ ἰκμὰς αὕτη εἰ κατὰ μέρος ἔξω χωρέοι ἐς τὴν ὑστεραίην, τὰ σιτία οὐχ ὁμοίως ἂν [6] ἡμῖν ἐκ τῆς κοιλίης κάκοδμα γενόμενα ἔξω χωρέοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐφθὰ, καὶ τὸ οὖρον τῷ ποτῷ παρόμοιον, καὶ τὸ σῶμα [7] ἂν ἐκενοῦτο ἀεὶ, καὶ ἔχρηζε διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ὁ ἄνθρωπος, ἐπὴν ἀποπατήσειε καὶ οὐρήσειε, αὐτίκα πόσιος καὶ βρώσιος κατὰ [8] τὸν ἀπόπατον, εἰ ἔμελλε ἰσχύειν, ἰκμάδος μὴ ὑπολειπομένης ἐν τῷ σώματι ἀρκεούσης, ἀλλὰ χωρεούσης ξὺν τῇ κόπρῳ ἔξω τῇ ὑστεραίῃ ἢ τῇ [9] αὐτῇ ἡμέρῃ· καὶ εἰ [10] μέν τι ἔφαγε, — · εἰ δὲ μὴ, [11] κενωθεὶς ἀκικύς τε ἦν, οὐδ' ἂν δύναιτο παχυνθῆναι ἡ ἰκμὰς, εἰ

autem die ex corpore humoris maior copia et graveolentior ad ventriculum confluit, id quod videlicet de altero relictum fuerit, et cibaria concocta deducit, et quidquid in corpore morbosum est, et una ipse foras egreditur. Urina vero, quae salsa exsistit, indicat quod e corpore etiam id, quod morbosum est, deducit. Cibaria vero postridie semper per alvum secedunt, humor vero tertio die. Eoque modo contingere sanitas solet. Et ista quidem dicta sunt, qua ratione et quam ob causam homines sanitate fruantur.

12. Quodsi humor hic sigillatim postridie foras prodeat, cibaria non similiter graveolentia reddita, sed velut cocta ex ventre foras concederent urinaque potui similis redderetur et corpus semper evacuaretur, et homini continenter, si alvum aut urinam misisset, opus esset potu et cibo pro excrementi modo, si viribus valere vellet, quum non satis humoris relinqueretur in corpore, sed hic cum stercore postridie, aut eo die ipso foras prodiret. Et si quid comedisset, res bene se haberet; sin minus, debilis esset, neque humor crassior fieri posset, si postridie foras prodiret, neque enim satis magna eius copia in corpore relinqueretur. At nunc,

[1] ἑωυτῆς μ. τι εἴη. — [2] κακοδμωδέστερον. — [3] ἐπιλειπές. — [4] καί abest. — [5] νοσερὸν τὰ σιτία. ἐς δὲ τὴν ὑ. — [6] ἡμῖν abest. — [7] ἀνακεινοῦτο. [8] τὸν ἀπόπατον πλῆθος κ. τ. λ. — [9] αὐτῇ abest. — [10] μέν τοι. — [11] κενωθεῖσα.

malim ἐξίῃ; pro ὅμως Ald. ὅκως. Iamque hunc locum futuris editoribus maxime commendatum volo; nam nondum expeditus mihi videtur; feci, quod potui, necdum tamen omnia aperta sunt. Initio capituli sequentis sermo quidem est de humore alio quam oportet tempore pro parte foras egrediente, sed non video, quomodo haec cum illis connectere possim.

ἐπιρρέει — τὸ νοσερόν.] κακοδμοδέστερον s. κακοδμωδέστερον, ut V., e pluribus mss. adnotat Littr.; — ἐπιλοιπές vulg., ἐπιλειπές Littr. e codd. pluribus; — ὑπὸ τῆς δευτέρης Lind.; — de meo pro ὑπὸ τῆς ἑτ. dedi ἀπὸ τῆς ἑτέρης. — Vulgo καὶ αὖθις συνέρχεται sensu plane incongruo, de meo καὶ αὐτὴ ξυνεξέρχεται scripsi; — καί ante καταφέρει, ut V., omm. E. L. Lind.; — νοσερόν. τὰ σιτία δὲ ἐς κ. τ. λ. Lindani est emendatio a Littréo recepta; vulgatam e V. notavi.

οὕτως — οἱ ἄνθρωποι.] οὕτω Lind.; — articulus ante ὑγίεια abesse solet, revocavit Littr. ex edd. antiquioribus et mss. multis.

12. ἡ δὲ ἰκμὰς — ἀρκέουσα.] pro εἰ in J. solo al. m. οὐ; — ἡμῖν ex E. H. ν. recepit Littr., vulgo abest; — χωρέοι E. K. Mack., Littr., χωρέει vulg.; — τὸ γὰρ σῶμα alia m. J. — Dein κατὰ (δέ interponitur in cdd. pluribus) τὸν ἀπόπατον (τοῦ ἀποπάτου Lind.) πλῆθος (κατὰ τὸ τοῦ ἀποπάτου πλῆθος Mack.) (κατὰ τὸν ἀπόπατον πλῆθος, εἰ K.') (πλῆθος erasum et οὐκ alia m. pro πλῆθος J.) ἔμελλεν vulg. Littréus probavit Lindani τοῦ ἀποπάτου et εἰ ante ἔμελλε intulit; et hac in re consentio, de illo vero sic censeo: aut cum Mackio legendum est κατὰ τὸ τοῦ ἀποπάτου πλῆθος, aut κατὰ τὸν ἀπόπατον sine πλῆθος, quin utrumque si conferamus, probabile fit hoc auctoris verba referre, illud scholion recentius, quare κατὰ τὸν ἀπόπατον dedi. — In seqq. μή om. E., sed rest. al. m.; — tum ἔξω ξὺν τῇ κ. K. — Porro: (καί praemittit Lind.) κενωθεῖσα ἀκικύς τε (τ' H.) ἦν οὐδ' (οὐκ E. H. Q.' Lind.; καὶ οὐκ al. m. J.) ἂν δύναιτο παχυνθῆναι ἡ (ἡ om. E.) ἰκμὰς τῇ ὑστεραίῃ ἔξω χωρέειν vulg. — Littréus adfert Koenii emendationem ex adn. ad Greg. Cor. p. 59.: κενωθεὶς ἀκικύς τε ἦν, οὐδ' ἂν δύναιτο παχυνθῆναι ἡ ἰκμὰς οὔτε τῇ ὑστεραίῃ ἔξω

τῇ ὑστεραίῃ ἔξω [1] χωρέοι· οὐ γὰρ περιλιμπάνοιτο ἂν ἐν τῷ σώματι ἀρκέουσα. Νῦν δ' ἐξαποπατέοντες εὐροοῦμεν καὶ δύο ἡμερέων μηδὲν φαγόντες καὶ ἰέναι καὶ πρήσσειν τι ὑπομένομεν καὶ οὐκ ἐξασθενέομεν τελείως ὑπὸ κενώματος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ· ἡ γὰρ ἰκμὰς [2] ἡ ἐν τῷ σώματι μένουσα τὴν ἰσχὺν παρέχει. [3] Καὶ ταῦτα μὲν εἴρηταί μοι, ὅκως τε καὶ διότι οὐχ οἷόν τε τὴν ἰκμάδα τὴν προσγενομένην [4] τῷ σώματι ἐξελθεῖν ἔξω αὐθημερὸν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ ὑστεραίῃ.

ιγ'. Φημὶ δὲ, ἤν τε ἐμμένῃ πλείονας τῶν τριῶν ἡμερέων ἡ ἰκμὰς ἐν τῷ σώματι, ἢ ἄλλη προσγένηται πολλὴ πιμπλαμένη, τῶν φλεβῶν θερμαινομένων καὶ ἱσταμένων, ἐπισημαίνειν [5] τῷ ἀνθρώπῳ κακὸν ἢ μεῖζον ἢ ἔλασσον, χειμῶνος μὲν ἔλασσον καὶ ὕστερον, θέρεος δὲ μεῖζον καὶ πρόσθεν. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται ὅ τι ξυμβαίνει γίγνεσθαι, ἢν μένῃ ἡ ἰκμὰς ἐν τῷ σώματι. [6] Εἰ δὲ τὰ βρώματα διαχωρέοι, τὸ σῶμα οὐκ ἂν ἐπαυρίσκοιτο ἡμῖν τῆς ἰκμάδος ἐπαρκέον, ἀλλ' ἦσαν οἱ ἄνθρωποι λεπτοὶ καὶ ἀσθενέες· νῦν δὲ ἐμμενόντων τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν, ὁκόσον χρόνον διαμένει, τὸ σῶμα ἐπαυρίσκεται καθ' ἡσυχίην ἕλκον ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ πίμπλαται. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται ὅκως τε καὶ διότι τὰ βρώματα οὐχ οἷά τέ ἐστι αὐθημερὸν ἐξιέναι. Ἢν δ' ἐμμένῃ τὰ σιτία ἐν τῇ κοιλίῃ πλείονα τοῦ δέοντος [7] χρόνον καὶ ἕτερα [8] ἐς αὐτὰ προσπίπτῃ, τὸ σῶμα [9] πληρωθείη ἂν, καὶ, πιεζομένων τῶν φλεβῶν ὑπὸ τῆς πληθώρης, θέρμη ἂν καὶ πόνος τῷ σώματι πα-

cum ventrem exoneramus, bene valemus, et biduo nihil edentes et circumire et aliquid facere sustinemus, neque hoc tempore propter vacuationem prorsus debilitamur. Humor enim in corpore relictus robur praestat. Atque haec quidem quomodo et quam ob causam humor ad corpus accedens non eodem die, sed neque postero foras prodire queat, dicta sunt.

13. Id autem affirmo, quod si plus quam tres dies in corpore humor permaneat, aut alius, qui impleat, copiosus accesserit, ubi venae incaluerint et constiterint, homini maius aut minus malum denunciari, hieme quidem minus et tardius, aestate vero maius et celerius. Atque haec quidem fieri solere, si humor in corpore maneat, dicta sunt. Sin corpus statim per alvum cibos dimittat, non utique quod satis sit humoris nobis suppetat et homines graciles et debiles essent. At nunc cum cibi et potus tanto tempore in corpore permaneant, corpus ex ventriculo attrahens, sensim haurit et expletur. Istaque a me dicta sunt, quo modo et quam ob causam cibaria eodem die exire non possint. Quodsi cibi in ventriculo plus quam conveniat immorentur, aliique ad eos accedant, corpus utique implebitur et compressis a plenitudine venis calor ac dolor corpori aderit aestate quidem citius, hieme vero tardius. Aestate enim aër circumstans calidus est, calidioremque spiritum homo ad se attra-

[1] χωρέειν. — [2] ἡ abest. — [3] καί abest. — [4] ἐν τῷ. — [5] τῷ ἀνθρώπῳ abest. — [6] εἰ δὲ βρώματα διαχωρέει. — [7] χρόνον V. — [8] εἰς αὐτά. — [9] ἂν πληρωθείη.

χωρέειν. — Littréus partim Koenii rationem sequitur, partim non: — ego, ut Littréus, textum descripsi, nisi quod ille εἰ ἡ ἰκμάς, ego ἡ ἰκμὰς, εἰ scripsi; ille παχυνθῆναι ad hominem spectare putat, mihi ad humorem pertinere videtur. — Tandem περιλιμπάνεται ceteri, quod de coniectura in περιλιμπάνοιτο ἂν mutavi; id autem faciendum, etiamsi Koenii rationem sequaris.

νῦν δ' ἐξαποπ. — παρέχει.] δ' E. H., δέ vulg.; — ad εὐροοῦμεν Foësii et Cornarii emendationes εὐρωοῦμεν et εὐρωστοῦμεν otiosas esse monet Littr.; etiam mihi esse videntur. Ceteri εἶναι, de meo ἰέναι.

καὶ — τῇ ὑστεραίῃ.] τε omm. Parr. 4., περ pro τε E. H. — ἀπὸ τῆς τροφῆς e solo J. supplevit Littr. ante ἐν τῷ σώματι, uti ferunt codd.; ego non recipio ex uno illo ms., neque ἐν recipio, quod sive illa verba assumas, sive non, otiosum est. In seqq. αὐθημερὸν ἐξελθεῖν ἔξω J.; — ἀλλ' omm. E. P.'

13. Φημὶ δὲ — πρόσθεν.] τῶν ante τριῶν om. E.; — post ἐν addit ἡ cod. E., sitne vestigium lectionis ἐνῇ? — ἐπισημαίνει ceteri, ἐπισημαίνειν de meo. In seq. periodo ὅτι vulg., ὅ τι Littr.

εἰ δὲ τὰ — πίμπλαται.] Articulum ante βρώματα dederunt Lind., Littr., vulgo om.; — διαχωρέει vulg., διαχωρέοι Littr., ἐπαυρίσκετο vulg., ἐπαυρίσκοιτο E. H. al. m., K. P.' Littr.; — καὶ λαμβάνῃ καθ' ἡσυχίαν J.

ἢν δ' ἐμμ. — ὕστερον.] δ' E. H., δέ vulg.; — τοῦ δε-

ῥαγίγνοιτο, θέρεος μὲν θᾶσσον, χειμῶνος δὲ ὕστερον. Τοῦ μὲν [1] γὰρ θέρεος θερμόν ἐστι τὸ περιέχον καὶ θερμότερον ἕλκει τὸ [2] πνεῦμα ἐς ἑωυτόν· κἢν ἔτι θερμῆς τῆς κοιλίης ἐούσης θερμότερον τοῦ καιροῦ τὸ πνεῦμα προσγίγνηται, οὐ θαῦμά ἐστι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ τοιούτου πυρετῆναι· χειμῶνος δὲ ψυχρὸν ἕλκοντος τὸ πνεῦμα ἐς ἑωυτὸν, μᾶλλον πολλῷ δύναιτ' ἂν τὴν πληθώρην ἀναφέρειν τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀποπατέοντος ὀλίγον. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται ὅ τι ξυμβαίνει γίγνεσθαι, [3] ἢν μὲν μείνῃ τὰ σιτία πλείονα χρόνον ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ [4] παρέψαυσταί μοι ἀποφῆναι ἅπαν περὶ τῆς ἰκμάδος καὶ τῆς βρώσιος τοῦ χρόνου τοῦ πλείονος καὶ τοῦ ἐλάσσονος τὸ διαφέρον, διότι νοσέουσι οἱ ἄνθρωποι· δηλώσω δὲ περὶ τούτου κάλλιον τοῦ λόγου προϊόντος.

hit. Ac si calido adhuc ventriculo iusto calidior spiritus accedat, minime mirandum est exinde hominem febricitare. Cum vero spiritum frigidum hieme ad se attrahat, multo magis corpus plenitudinem perferre queat, homine parum alvum exonerante. Atque haec ita accidere si cibi in ventriculo diutius permaneant, dicta sunt. Quin etiam leviter a me demonstratum est, omnem humoris et cibi in tempore tum longiore tum breviore differentiam in causa esse, cur homines aegrotent; quod etiam procedente sermone pulchrius declarabo.

ιδ'. Ἀναβήσομαι δ' αὖθις ὀπίσω περὶ τῆς ὑγιείης ἐρέων, ὅτι δὴ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ [5] τῶν ποτῶν τῆς ἰκμάδος ἐπαυρίσκεται καὶ χωρέει ἔξω τῷ ὑγιέϊ κατὰ τὸν εἰρημένον λόγον τά τε βρώματα καὶ ἡ ἰκμάς. Καὶ ἢν μὲν ἔξω χωρέῃ τῆς ἰκμάδος πλεῖον ἢ ὅσον προσεγένετο ἀπὸ τῶν σιτίων [6] καὶ τῶν ποτῶν, λεπτὸς γίγνεται ὁ ἄνθρωπος. Πλείω δὲ χωρέει [7] ἔξω τῆς προσγενομένης διὰ τόδε· ἢν μὲν δι' ἡσυχίης [8] ᾖ ὁ ἄνθρωπος καὶ μὴ ταλαιπωρέῃ, κακόν τί οἱ ἐν τῷ σώματι [9] ἐνέσται, ὑπὸ δὲ τῆς ἄλλης ὑγιείης πολλῆς ἐούσης οὐκ [10] ἂν ἀάσειε κάρτα· τὸ δὲ κακὸν τοιόνδε ἐστί· ἐπὴν τούτων τι τῶν τεσσάρων τῶν γιγνομένων τῷ σώματι

14. At mihi rursus unde digressus sum redeundum est et de sanitate dicendum, quod hominis corpus ex cibis et potibus humorem haurit, quodque dum valet tum cibi tum humor secundum commemoratam rationem foras prodeunt, et si quidem plus humoris quam ex cibis et potibus accesserit foras prodeat, homo extenuatus redditur. Plus autem foras prodit quam accesserit, hac de causa: si quidem homo quiete degat nec laboret, malum aliquod in corpore illi inerit, propter reliquam vero sanitatem, quae multa est, non admodum laeserit. Malum vero eiusmodi est: postquam quatuor illorum, qui in corpore sunt, humorum aliquis accesserit non multo maiore copia, corpus

[1] γάρ om. — [2] σῶμα ἐς ἑωυτό. — [3] ἢν μένῃ τὰ σ. — [4] παρεψαῦσθαι. — [5] τῶν om. — [6] καὶ ἀπὸ τῶν. — [7] ἔξωθεν τῆς προγενομένης. — [8] ᾖ om. — [9] πάρεστι. — [10] ἐσάσει.

κέοντος pro τοῦ δέοντος H. v.; — χρόνου vulg., sed in Voss. χρόνον lego, quod praefero; — πίπτῃ vulgo, de meo compositum dedi.

τοῦ μὲν — ὀλίγον.] Post θέρεος legi solet τὸν ἄνθρωπον, quod K.' om., consentio et cum Cornario repudio; — πνεῦμα E. H. Q.' Lind., Mack., Littr., ubi vulgo σῶμα. cf. lectt. V.; — ἑωυτό, ut V., L. v. Lind., Mack. — Ante προσγένηται delevi τῷ ἀνθρώπῳ, quod omnes libri ferunt; — ψυχρὸν δὲ χειμ. E.

ταῦτα δέ μοι — προϊόντος.] In vulg. ὅτι ubi ὅ τι Littr.; — ἢν μὲν μ. om. H., sed rest. al. m.; μένῃ Parr. 3.; — παρεψαῦσθαι, ut V., Parr. 4.; — ἅπαντα ceteri; ego ἅπαν repono, ut ad τὸ διαφέρον referam cum Foësio in Latinis; — διαβρώσιος E. H. Q.' Lind.; — δηλῶσαι K.; — τοῦ χρόνου προϊόντος ceteri, sed manifesto χρόνου ex antecedentibus casu fortuito huc appulit, auctor noster τοῦ λόγου scripsit, quod repono.

14. ἀναβήσομαι — ἰκμάς.] τῶν π. καὶ τῶν βρ. cod. H.

καὶ ἢν — ὁ ἄνθρωπος.] ἀπὸ καὶ τῶν σιτ. Parr. 3., Mack.; — τῶν ante ποτῶν om. E.

πλείω δὲ — ἀποφανέω.] χωρέει ἔξωθεν vulg., χωρέει ἔξω E. H. v. Littr.; — προγεγενημένης I. J. K.; — καὶ μὴ ταλαιπωρίῃ G. J. K.; — ἔνεστιν cett., ἐνέσται praeferendum videbatur, adeoque de meo dedi; — ἐσάσει vulg., K. in marg. ἀτονήσει, Littr. ἐσάσσει, de meo ἂν ἀάσειε dedi, ut supra; — τῶν προσγενομένων τῷ σ. K.; — θερ-

ἐσέλθῃ πλέον τι μὴ πολλῷ, τὸ σῶμα θερμαίνεται καθ' ἡσυχίην, ὡς μὴ [1] ἀάσαι κάρτα, καὶ τήκεται [2] ἐς τὴν κοιλίην καὶ τὸν σίτον ἀηδέα τῷ ἀνθρώπῳ ποιέει· ἢν δὲ πλέων [3] ἔῃ ἡ ἰκμὰς ἡ ἑτέρη τῆς ἑτέρης πυρετὸς ἐκ τούτου τῷ ἀνθρώπῳ [4] προσγίγνεται· ἀλλὰ περὶ τούτου ἀτρεκέστερον [5] ὀλίγῳ ὕστερον ἀποφανέω. Ἔστι δ' ὅτε καὶ τοῦ [6] σίτου ἐόντος ἡδέος λεπτὸς γίγνεται ὁ ἄνθρωπος, αἴτιον δὲ τὸ αὐτό. Τούτων δὲ γενομένων ἐξέρχεται τῆς ἰκμάδος πλέον ἢ [7] καταπέσσεται· καὶ διὰ ταῦτα τῷ μὲν ἡσυχάζοντι ξυμβαίνει λεπτῷ γίγνεσθαι. Ταλαιπωρεόντων δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸ σῶμα θερμαίνεται καὶ ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης τούτου θερμαινομένου καὶ [8] ἡ ἰκμὰς ἡ ἐν αὐτῷ διαχέεται καὶ [9] γίγνεται λεπτή· ἀχρεῖος δὲ γενομένη καταρρέει [10] καὶ ἐς τὴν κοιλίην καὶ ἐς τὴν κύστιν, ταῦτα δὲ διηθέει ἔξω, τὸ δέ [11] τι αὐτῆς διατμιᾷ ἔξω διὰ τοῦ ἔνδον ἀραιώματος· τὸ [12] δέ τι καὶ ἐμμένον ἱδρὼς γενόμενον ἔξω χωρέει κατὰ τὸ σῶμα. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ γυμνάσια τῶν νέων τὸ αὐτὸ τῇ ταλαιπωρίῃ [13] προσεξεργάζεται. Ἢν [14] δὲ ἔῃ ἐλάσσων ἡ ἰκμὰς τῆς πρότερον ἐξιούσης, μὴ [15] προσγένηται δὲ ἄλλη ἀπὸ τῶν [16] ποτῶν καὶ ἀπὸ τῶν βρωτῶν, λεπτὸς γίγνεται ὁ ἄνθρωπος· ἐλάσσων δὲ προσγίγνεται, ἢν μὴ ἄλλο

non vehementer incalescit, adeo ut id non admodum noceat, et colliquatur versus ventrem et cibum homini iniucundum reddit; — sin multo copiosior sit alter humor altero, febris inde homini oborietur; sed hac de re paulo post exactius edisseram. Fit autem nonnumquam, ut cibo grato exsistente homo extenuetur; cuius rei causa est eadem. Quae si accidant, plus humoris exit, quam concoquitur eamque ob causam in quiete degenti ut extenuetur accidit. Cum vero homines laborem peragunt, corpus incalescit, quo a labore calefacto etiam qui ei inest humor diffunditur et tenuis redditur. Qui cum inutilis factus est defluit et in ventrem et in vesicam, quae partes foras percolant; pars vero eius exhalat per internam raritatem; alia vero pars cum intus manserit, sudor factus per corpus foras prodit. Similiterque etiam iuvenum exercitationes idem efficiunt, quod labor. Quodsi minor copia sit humor quam qui prius foras progressus est, neque alius accedat a cibis et potu, homo extenuatur; — minor vero copia accedit, nisi aliud quid comedere possit. Et pro ratione laboris in superiore opere faciendo, vel exercitatione alii in aliis copia minuuntur. At vero bona corporis habitudo per cibos hanc ob cau-

[1] ἐσάσειν. — [2] ἐν τῇ κοιλίῃ. — [3] εἴη ἡ ἰκμάς. — [4] γίνεται. — [5] ὀλίγον. — [6] σιτίου. — [7] κατατάσσεται. — [8] ἡ om. — [9] γίνεται ἡ νοῦσος ἤδη λεπτή. — [10] καί om. — [11] δι' αὐτῆς. — [12] δὲ ἔτι. — [13] προσεργάζεται. — [14] δὲ καὶ ἔῃ. — [15] προσγενομένη τε ἔτι. — [16] ποτῶν om.

μαίνηται edd. antt., Parr. 3.; — *ἐσάσειεν* vulg., *ἐσάσειν* Ald., mss. plura, *ἐσάσει* Mack., *ἐσάσσειν* Littr., malui *ἀάσαι* dare; — *ἐν τῇ κοιλίῃ* vulg. *ἐς τὴν κ.* H. v. Littr.; — *τόν*, quod sequitur, om. E.; — *πλέον* vulg., *πλέων* Mack., Littr., *εἴη* vulg., *ἔῃ* Littr.; — *ἡ ἰκμὰς ἡ ἑτέρη* vulg., prius *ἡ* omm. Ald., Parr. 5., Littr.; — *ἐκ τοιούτου* E.; — *τῷ ἀνθρώπῳ γίνεται* aliquot codd. Parr.; — *ὀλίγον* Parr. 6., ut V.

τούτων δὲ γεν. — γίγνεσθαι.] *γινομένων* E. H.

ταλαιπωρεόντων — σῶμα.] *καὶ τὸ σῶμα θερμαίνεται* ceteri, ubi ego otiosum *καί* abiiciendum iudicavi; tum ceteri omnes *καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίης θερμαινομένου*, in quibus primum *ἀπό* in *ὑπό* mutandum est visum; tum *γάρ* otiosum esse existimo, ita ut deleam. — Porro *ἡ* ante *ἰκμάς* omm. Parr. 3.; — *καὶ γίνεται ἡ νοῦσος ἤδε λεπτή* vulgo, e quibus recte eiecit Littréus *ἡ νοῦσος ἤδε*. Tum *καί* ante *ἐς τὴν κ.*, ut V., omm. Parr. 6.; — *τὸ δὲ δι' αὐτῆς* vulgo *τὸ δ' αὐτῆς* K.; — *τὸ δὲ δὴ αὐτῆς* Foës. in not., minus bene quam Cornarius, qui *τὸ δέ τι αὐτῆς*, quod cum Littréo sum amplexus. Pro *διατμέει* de meo dedi *διατμιᾷ*; quia noster duas formas huius verbi aut saltem compositorum cum eodem verbo usurpavisse videtur i. e. *ἀτμιάω* et *ἀτμίζω* Et *ἀτμίζω* occurrit § 18., ubi Littréus recte *ἐξατμισθήσεται* pro vulgato *ἐξατμησθήσεται*, et ubi unus cod. E. *ἐξατμηθήσεται*, quo sane non voles defendere nostrum *ἐξατμέω* usurpavisse, quum *ἐξατμισθήσεται* solum verum sit. — Etiam § 16. *διεξήτμησε* vulgo, ubi *διεξήτμισε* alii codd. et Littr., sed quum § 18. *διεξατμισθήσεται* scribatur, non certum mihi non h. l. *διεξητμίσθη* dedisse auctorem, licet nihil mutaverim, quum *ἐξατμίζειν* transitive et intransitive sumi posse videatur. — Reliquis locis omnibus *ἐξατμιᾷ* cett. legit, quod saepius in mss. in *ἐξατμιεῖ* abiit, quemadmodum loco nostro in *διατμέει* latere puto *διατμιεῖ* i. e. *διατμιᾷ*. Tandem *τὸ δέ τι* E. H. Littr.; — *τὸ δ' ἔτι* vulg. — *ἱδρὼς γενόμενος* ceteri, mihi *γενόμενον* scribendum est visum, quum ad *τὸ δέ τι* sit referendum.

ὡσαύτως — προσεξεργάζεται.] *προσεξεργ.* E. H. P.′ Q.′ Lind., Littr., *προσεργάζεται* vulg.

ἢν δὲ ἔῃ ἐλάσσων — ἐσθίειν.] *ἢν δὲ καὶ* (*καί* om. K.) *μὴ* (*μή* omm. L. v. Lind., Mack.) *ἔῃ ἐλάσσων ἡ* (*ἡ* om. E.) *ἰκμὰς τῆς πρότερον ἐξιούσης προσγενομένη* (*προσγίνεται* E. H. Q.′ v. Lind.) *τε* (*δέ* Lind.) *ἔτι* (*ἔτι* om. H., sed rest. al. m.) *ἄλλη* vulg. — Ego, uti Littréus, textum descripsi, nisi quod cum prima m. in H. *ἔτι* omisi, quod profecto supervacaneum; sicuti item in seqq. abundabat *προσέτι* ante

τι δύνηται ἐσθίειν. Καὶ πρὸς μὲν τὸ πονέειν κατὰ τὴν προτέρην ταλαιπωρίην ἢ γυμνασίην ἄλλοισι ἄλλα [1]ἐλάσσω γίγνεται. Ἐπιγίγνεται δὲ κατὰ τὴν βρῶσιν εὐεξίη διὰ τόδε· ἐπὴν αὐαίνηται ἐν τῷ τῆς ἰκμάδος χρόνῳ καὶ ἐν τῇ προτέρῃ ταλαιπωρίῃ ἐσέλθῃ πρότερον ἑτέρη τῆς ἑτέρης ἔστι ὅτε πλείων, καὶ κρατέῃ μία ἄλλη τῶν ἄλλων κάρτα, πληθώρη ἐστί· κῆν μὲν δὴ ὑπὸ πολλῶν κάρτα κρατέηται, πῦρ ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου γίγνεται· ἢν δὲ ὑπὸ ὀλίγων, ὀλίγον· τὸ σῶμα δὲ οὕτως ἀναφέρειν δύναται, καὶ τῆς ὑγρότητος πλείονος [2]αὐτῷ ἐνεούσης αὐθημερὸν τὴν θέρμην ἀπολύεται· θερμαίνεται γὰρ τὸ σῶμα τῷ πυρί. Κῆν μὲν ὀλίγον ἔῃ τὸ λυπέον, τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ μεθῆκε τρόπῳ τῷ αὐτῷ, τὰς δὲ δύο ἔχει ξυνεχέως· ἢν δὲ πλεῖον, πέμπτῃ ἡμέρῃ· τὰς δὲ τέσσαρας ἔχει κατὰ λόγον· οὕτω τῶν ἡμερέων αἱ νοῦσοι [3]κρίνονται, ἢν μεθῇ τὸ πῦρ.

sam accedit: si resiccetur eo tempore, quo adesse debet, humor et in priore labore alter citius quam alter accesserit, interdumque maiore copia id fiat, et alius humor alios valde superet, id plenitudinem facit. Et si a multis admodum superetur, febris inde accidit, sin a paucis, exigua. Quod corpus sustinere valet et quum maior humoris copia ei insit, ipso illo die calorem dimittit; nam febris corpus calefacit. Ac si id quod laedit paucum est, tertio die dimisit, duos vero continenter tenet; sin plus, quinto die; tenet autem quatuor pro ratione. Ita quidem, quod ad dies attinet, si febris dimittat, morbi iudicantur.

ιε'. Ἐν δὲ τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων καὶ ὑγιὴς γίγνεται ὁ ἄνθρωπος καὶ θνήσκει· διὸ δὲ [4]ὀλίγῳ ὕστερον ἀποφανέω· νῦν δ' ἐρέω διότι μεθίει τὸ πῦρ. Φημὶ δὲ ὅτι ὅ τι ἂν ἀπὸ τοῦ σώματος πῦρ λάβῃ τὸν ἄνθρωπον, ἀνάγκη ἐστὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ἐξιέναι τὴν ἰκμάδα τὴν λυπέουσαν ἀπὸ τοῦ σώματος ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ τῶν περισσῶν ἡμερέων κατὰ τὸν

15. Diebus autem imparibus et sanus homo evadit et moritur; quam vero ob causam, paulo post declarabo, nunc autem dicendum cur febris dimittat. Affirmo autem in quacumque ex corpore nata febre in homine, necesse esse ut humor laedens tertio die ex hominis corpore egrediatur aut alio quodam impari, secundum rationem, quam supra diximus. Neque enim foras pro-

[1] ἔλασσον δύνηται. ἐπιγίνηται. — [2] αὐτοῖσιν ἐούσης τὴν θέρμην ἀπολύεται. — [3] κρίνονται. Ἢν δὲ μεθῇ τὸ πῦρ ἐν τῇσι κ. τ. λ. — [4] ὀλίγον.

ἀπὸ τῶν βρωτῶν, quod item eieci. — E. P.' Q.' ἀπὸ τῶν βρωμάτων. Dein item interpolatum est visum διὰ ταῦτα, quod post λεπτὸς γίγνεται ceteri legunt, sed abiiciendum est.

καὶ πρὸς — γίγνεται.] μή pro μέν K.', Foës. in adn., Mack.; — ἐλάσσω Mack., ἐλάσσονα H.', ἔλασσον vulg.; — γίνηται G. Ald., δύνηται H. I. L., Littréus ἐλάσσων dedit; et vere monet textum h. l. satis suspectum esse, sed qualem nunc habemus is tamen potius ἐλάσσω quam ἐλάσσων requirere mihi videtur, quin hoc ne ferri quidem posse.

ἐπιγίγνεται — τῷ πυρί.] ἐπιγίνηται vulg. sed indicativum ferunt Ald., Parr. 6., alii et Littr. voluerunt et dederunt. Mack., K.' τά pro ἐν τῷ legunt; — pro ἐξέλθῃ Foës. in adn. et Mack. εἰσέλθῃ; — quam emendationem non recipere video Littréum; sed conferens verba § 19. ἢν δὲ — κάρτα — πλῆθος γεννήσῃ ἡ ταλαιπωρίη κ. τ. λ. opinatus sum Foësium recte ἐσέλθῃ voluisse; — πλεῖον F. J.; — πληθώρη lego cum Foës. in adn., Mack., πληθώρης cett., quod credo adiectivi loco illis esse, falso tamen; — κῆν K. Mack., ἢν vulg.; — ὀλίγον pro ὀλίγα Lind., quem sequor; — sequebatur καί ante τὸ σῶμα, quod Lind. omisit, aut transtulit ante τῆς ὑγρότητος, ubi solus καί habet; equidem hic eum sequor; — αὐτῷ ἐνεούσης est emendatio Cornarii vulgatae, quam e V. notavi. Iam vero Littréus Lindani illam transpositionem particulae καί non admittens ante τὴν θέρμην intulit ὥστε αὐθημερόν; equidem puto recte Littréum αὐθημερόν deësse iudicavisse; ὥστε mihi inutile est, quum in illis Lindanum sequor. Cum hac periodo conferre oportet § 19. infra, unde melius quid noster in his velit, intelligetur. Nolim tamen affirmare non superesse vitia scripturae.

κῆν μὲν — τὸ πῦρ.] ἢν δὲ πλείων vulg., dudum πλεῖον desiderarunt partim, partim dederunt interpretes; — οὕτω δὲ ἡμερέων Lind. — Vulgo post κρίνονται puncto distinguitur et ἢν δὲ μεθῇ τὸ πῦρ legitur, ut in V.; mutavit Littréus, recte, me iudice.

15. ἢν δὲ — τὸ πῦρ.] De principio huius capituli alio modo quam in vulgata a Littréo descripto vide adn. superiorem; — δ' ἐρέω H., δὲ ἐρέω vulg.

Φημὶ — γίγνεται.] Vulgo: Φημὶ δὲ εἶναι, ὅ τι ἂν ἀπὸ τοῦ σώματος πῦρ λάβῃ τὸν ἄνθρωπον ἀνάγκη ἐστὶ κ. τ. λ. — Littr. εἶναι delevit et ex ὅ τι secutus K.' et Mackium effecit ὅτι, Aldus et Parr. 5. τι omm.; — „il faut, inquit, supprimer εἶναι, ou si on le gardait, ce serait ὅτι, qui devrait disparaitre et on lirait ἀνάγκην sans ἐστί." — Mihi vulgatum ὅ τι servandum et una cum ὅτι recipiendum est visum. —

πρότερον εἰρημένον λόγον· οὐ γὰρ ἐξέρχεται πρὶν ἢ οἱ ἑτέρη προσγένηται ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀγαθή· τῇ γὰρ μέσῃ [1] καὶ τῇ ὑστεραίῃ ἕλκει τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, ὅ τι ἂν ἐς [2] αὐτὴν ἀφῇ τῇ προτέρῃ ἡμέρῃ, ἢν μὴ ἡ κοιλίη διηθήσῃ καὶ ἑτέρην σχῇ ἰκμάδα, καὶ τοῦτο πονηρὸν τῷ ἀνθρώπῳ γίγνεται. Ἢν δὲ [3] μεθῇ τὸ πῦρ τριταῖον, [4] τῷ αὐτῷ τρόπῳ μεθίει, [5] ᾧ περ καὶ αὐθημερὸν εἴρηται, καὶ οὕτω μὲν ξυμβαίνει τὸ πῦρ γιγνόμενον ἀπὸ τοῦ σώματος τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ἀνιέναι. Φημὶ δὲ καὶ ἢν πέμπτῃ ἡμέρῃ καὶ [6] ἢν ἑβδόμῃ καὶ ἢν ἐνάτῃ μεθῇ, τρόπῳ τῷ αὐτῷ μεθιέναι ὥσπερ καὶ τὸ τριταῖον ἐξέρχεται. Καὶ γὰρ ἡ τροφὴ [7] τῷ πυρὶ κατὰ τὰ χωρία, ὁκοῖα ὀλίγῳ πρότερον εἴρηκα· ἐπικρατήσαντος γὰρ μᾶλλον τοῦ ὑγροῦ πλείονος ἐόντος, ἀνέθη ὁ ἄνθρωπος. Μεθίει δὲ τὸ πῦρ ἐν τῇσι περισσῇσι διὰ τόδε, ὅτι ἐν μὲν τῇσι ἀρτίοισι τῶν ἡμερέων ἕλκει τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, ἐν δὲ τῇσι περισσῇσι ἀφίει, ἡ δὲ κοιλίη διηθέει ἔξω τῷ ὑγιέι. [8] Κατ' ἀνάγκην τοιήνδε αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων· καὶ ἐν τούτῳ μὲν τῷ λόγῳ ὁ ἄνθρωπος [9] πυρέξας ὑγιὴς ἐγένετο. Φημὶ δὲ καὶ τὸ πονέεσθαι μάλιστα τοὺς νοσέοντας ἐν τῇσι περισσῇσι ἡμέρῃσι διὰ τόδε καὶ κατὰ λόγον γίγνεσθαι. Τετάρακται μὲν δὴ ὁ ἄνθρωπος, ὁκόταν πυρεταίνῃ· σημήϊον δὲ τοῦτο, ὅτι φρίκη διαΐσσει διὰ τοῦ σώματος ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἐγένετο οὕτως, εἰ μὴ ἐτάρασσετο τὸ ὑγρὸν καὶ ἀπεκρίνετο ἀπ' αὐτοῦ ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον καὶ ἐκράτει ἄλλοτε ἄλλο. Μάλιστα [10] δὲ τετάρακται ἐν τῇσι περισσῇσι

dit prius quam alius bonus ei a ventre accedat. Die enim intermedio et postero corpus de ventre attrahit quodcumque ad eum superiore die demisit, nisi venter eum percolaverit et alterum humorem contineat; quod malum est homini. Quodsi febris tertio die dimittat, eodem dimittit modo, quo eodem die eam dimittere diximus; et sic quidem fit ut febris ex corpore nata tertio die demittat. Assevero autem eam si quinto die, aut etiam septimo, aut nono dimittat, eadem ratione dimittere, qua tertio die egreditur. Alimentum enim febri est per corporis locos, sicuti paulo ante dixi; nam magis exsuperante humore, quum sit multus, homo dimitti solet. Dimittet autem febris diebus imparibus hac de causa, quod diebus paribus corpus de ventre haurit, imparibus vero demittit, venterque foras percolat in homine sano. Iudicantur vero morbi diebus imparibus propter eiusmodi necessitatem. Et ob hanc quidem rationem homo, qui febricitavit, sanus fieri assolet. Istamque ob causam aegrotos assero diebus imparibus maxime affligi, idque ex ratione quadam. Conturbatur quidem homo cum febricitat istiusque rei indicium est horror, qui subinde per totum corpus impetu quodam fertur. Quod sane minime fieret, nisi humor conturbaretur et ab ipso copiosior aut parcior secerneretur et alio tempore alius superaret. Maxime vero etiam conturbatur diebus imparibus, cum aegrotat, tuncque horror praecipue accidit. Sic enim se res habet. Humoris molesti aliquid a recenti humore superatum extra corpus propellitur et ad inferiorem alvum defertur, quae una

[1] καί om. — [2] ἑωυτήν. — [3] μὴ μεθῇ. — [4] τρόπῳ τῷ αὐτῷ. — [5] ὥσπερ καὶ αὐθ. ὡς εἴρ. — [6] ἤν. — [7] τῷ πυρί abest. — [8] κατὰ ἀν. — [9] πυρέξας. — [10] δὲ καὶ τ.

Vulgo ὅ τι ἂν αὐτῷ ἐς ἑωυτὴν ἀφῇ τῇ πρ. ἡμ., sed pro αὐτῷ legunt αὐτό Parr. 4., Foësii codex, Lind., Mack., Littr.; — pro ἑωυτήν Littr. αὐτήν recte, sed otiosum αὐτό nunc aegre fero et abiicio.

ἢν δὲ — ἀνιέναι.] τρόπῳ τῷ αὐτῷ Parr. 4.; ᾧπερ Ald. Parr. 3., cod. Foësii, Littr., ὥσπερ vulg.; — ὡς εἴρηται vulg., ὡς om. H., in quo rest. al. m., Littr.; — ceteri ἐν τῇ τρ. ἡμ., otiosum ἐν eieci.

Φημὶ δὲ — ἐξέρχεται.] Pro καὶ ἢν ἑβδ. G. ἢ ἑβδ.

καὶ γὰρ — ὁ ἄνθρωπος.] ὑγιηροῦ pro ὑγροῦ H., sed hoc tamen supra versum.

μεθίει — ὑγιέι.] μέν ante τῇσι ἀρτίοισι om. vulg., E. H. Littr. addunt; — ἀρτίῃσι E. H. K.; eandem feminini formam in Epidd. I. III. legere me memini.

κατ' ἀνάγκην — ἐγένετο.] κατὰ ἀν. E. H.; — πυρετήνας E. H. P.' Q.' v. Lind., Littr.

Φημὶ δὲ καὶ — γίγνεσθαι.] καί omm. L., Lind.

τετάρακται — ἄλλου.] πυρεταίνῃ H. I. J.; — πυρεταίνει vulg., πυρετήνῃ P.' Q.'; πυρετήνῃ Littr., mihi praesens requiri videtur, maxime quidem propter seqq. — Dein ἢ ante πλέον om. K.' Parum placet vulgatum ἄλλοτε ἄλλου: credo scriptum fuisse ἄλλοτε ἄλλο, quod exhibui.

μάλιστα δὲ — γίγνεται.] μάλιστα δὲ καί vulg., sed καί omm. E. H., Littr.; — τότε μάλιστα K.

τῶν ἡμερέων, ὁκόταν νοσέῃ, καὶ ἡ φρίκη δὲ μάλιστα τότε γίγνεται. Ἔχει γὰρ ὧδε· ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τοῦ πονέοντος ἐξωθέεταί τι ἐκ τοῦ σώματος ὑπὸ τῆς νεωτάτης ἰκμάδος νικώμενον καὶ χωρέει ἐς [1] τὴν κάτω κοιλίην, καὶ ἡ κοιλίη προσξυνθερμαίνεται τοῦ πονέοντος [2] δεχομένη ἐς ἑωυτὴν μᾶλλον ἢ [3] ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. Τοῦτο δὲ [4] γίγνεται μάλιστα ἐν τῇ κρίσι τῆς νούσου· καὶ ἢν κατ' ὀλίγον τὸ σῶμα ἐς τὴν κοιλίην ἀφίῃ καὶ μὴ πολλὸν ἔῃ τὸ λυπέον τὸν ἄνθρωπον, [5] ἀναφέρειν τὴν θέρμην ἡ κοιλίη καὶ τὸ σῶμα δύναται ἐν τῇ κρίσι καὶ γίγνεται ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος, ἐπὴν ἐξέλθῃ ἡ ἰκμὰς ἡ πονέουσα καὶ ἣν ἡ τροφὴ τῷ πυρὶ ἐοῦσα ἐξαναλωθῇ, [6] ἡ δὲ ὑγιηρὴ ἐπικρατήσῃ. Ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ νοσήσας ὁ ἄνθρωπος ὑγιὴς ἐγένετο δι' αἰτίας τὰς [7] προειρημένας.

cum molesto humore incalescit in seque magis quam antea recipit, quod in morbi iudicatione praesertim fit. Quodsi corpus paulatim ad ventrem dimittat, neque copiosum fuerit quod homini molestum est, ventriculus et corpus calorem in iudicatione perferre valet et homo convalescit, ubi is, qui affligit, humor exierit, et qui febri alimentum suppeditat consumptus fuerit, sanus vero superaverit. Hac ratione homo, qui aegrotavit, convalescit propter supra dictas causas.

ιϛ'. Νῦν δ' ἐρέω διότι θνήσκουσι ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων. Φημὶ δὲ ὅτι, ἢν πολλὸν ἔῃ τὸ πονέον ἐν τῷ σώματι, μᾶλλον τοῦ καιροῦ τετάρακται καὶ ἁλὲς [8] χωρέει ἐς τὴν κοιλίην, καὶ μὴ δυνάμενον ἀναφέρειν τὴν θέρμην τὸ σῶμα ἐπαυρίσκεται καὶ δυσωδίαν [9] δεῖ γενέσθαι περὶ τὸ πνεῦμα, καὶ οὐ δυνάμενον τὸ σῶμα ὑπὸ ἀσθενείης, ἅτε τοῦ ὑγροῦ παντὸς νοσεροῦ γενομένου, τὴν πνοὴν ἕλκειν, ὡς διαψύχηται τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἐξατμιᾷ ἔξω τοῦ ὑγροῦ πᾶν τὸ ζωτικὸν καὶ οὕτω θνήσκει ὁ ἄνθρωπος. Οὐ γὰρ ἐπικρατέει ἑτέρη ὑγιηρὴ ἰκμὰς, ἀλλὰ πᾶσα ὑπὸ τῆς νοσερῆς πολλῆς ἐούσης ἐπαιρομένη ἐξαναλωμένη ὑπὸ τοῦ πυρὸς, διεξήτμισε. Οὕτω δή περ ἐν τῇσι περισσῇσι ἡμέρῃσι μάλιστα ὁ πόνος γίγνεται· καὶ τοῦτο πᾶς οἶδε ὅς τίς ποτε. Καὶ μὴν

16. Nunc vero dicendum est, cur moriantur diebus imparibus. Ac mea quidem opinione, si copiosius fuerit quod corpori molestum est, plus iusto conturbatur confertimque ad ventrem fertur, corpusque, cum calorem ferre nequit, de eo haurit et graveolentem fieri spirationem necesse est. Cumque corpus prae imbecillitate spiritum, quo quae in ventre sint refrigerentur, attrahere nequeat, nimirum cum omnis humor morbosus exsistat, quidquid in humore vitalitatis inest foras exhalat, sicque quis moritur. Neque enim alter humor salubris superat, sed totus a morboso, quippe qui copiosus est, sublatus et a febre consumptus exspiravit. Sic sane diebus imparibus dolor accidit, idque nemo est, qui non noverit. Quin etiam quod quidem humor iis diebus conturbetur, illud indicio

[1] τὴν κοιλίην τὴν κάτω. — [2] δεχομένης. — [3] ἐν abest. — [4] κρίνεται. — [5] ἀναφέρει. — [6] ἢν δέ. — [7] εἰρημένας. — [8] ἰσχυρὸν ἐς. — [9] δὲ γίνεσθαι.

ἔχει — χρόνῳ.] Pro νικώμενον Ald. γινόμενον; — πρίν om. K.'
τοῦτο — προειρημένας.] τοῦτο δὲ κρίνεται Parr. 5. P.' Q.'; ἀναφέρει vulg., ἀναφέρειν L. Lind. — In seqq. vulgo ἐξαναλωθῇ. ἢν δὲ ἡ ὑγιηρὴ ἐπικρατήσῃ κ. τ. λ. In his tamen ἡ om. E., ἥν τε ἡ legit K.'; — ego Littréi emendationem sum amplexus; — προειρημένας E. H. P.' v. Lind., Littr., εἰρημένας vulg.
16. νῦν — ἡμερέων.] δ' E. H. Q.', δέ vulg.
Φημὶ — ὁ ἄνθρωπος.] ὅτι de meo interposui, collatis locis similibus ex hoc scripto; — χωρέει est Littréi emendatio vulgati in libris ἰσχυρόν; — δέ pro δεῖ etiam Parr. 4., γενέσθαι J. K. L. Lind.; — ἐξατμιεῖ vulgo, ἐξατμίζει aut ἐξατμιᾷ Weigel in suppl. ad Lex. Schneideri, ἐξατμιῇ Littr.; — ἐξατμιεῖ futurum est formae ἐξατμίζω, sed mihi ex ἐξατμιᾷ h. l. ortum videtur, quum probabile sit scriptorem praesens usurpavisse.
οὐ γὰρ — διεξήτμισε.] ἡ ὑγιηρή vulg., sed ἡ omm. Ald. Parr. 7.; — ὑγιηρὴ ἡ G.; — ἐπαιρομένης vult Foës. in adn., praebet Mack., non recipit Littr.; cum hoc consentio; — [καὶ] ἐξαν. Lind.; — ἐς τὸ πῦρ cod. v.
οὕτω δὴ — ποτε.] καί ante τοῦτο de meo adieci; — οἶδ' ὅς τίς ποτε E.; — εἶδεν J.
καὶ μὴν — ὑπερκαθαρθέντες.] ὅτι γε vulgo; γε omm

ὅτι τὸ ὑγρὸν τετάρακται ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι, [1] σημήϊον τόδε· ὁκόσοι ἤδη ὑπὸ πυρὸς ξυνεχέος ἐχόμενοι ἐφαρμακεύθησαν ἐν τῇσι ἀρτίοισι τῶν ἡμερέων, οὗτοι οὐ μὴν ὑπερεκαθάρθησαν· ὁκόσοι δὲ ἐν τῇσι περισσῇσι ἐφαρμακεύθησαν ἰσχυρῇ φαρμακείῃ, [2] ὑπερεκαθάρθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἀπώλοντο ὑπερκαθαρθέντες. Οἱ γοῦν πρόσθεν ἰητροὶ ἐν τούτῳ μάλιστα ἡμάρτανον, ἐφαρμάκευον γὰρ ἐν τῇσι περισσῇσι ἡμέρῃσι καὶ ἀπώλλυον τοὺς ἀνθρώπους, οὐ γιγνώσκοντες ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει. Τὸ γὰρ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι τοῦ νοσέοντος τετάρακται μᾶλλον ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων, οἷα τοῦ σώματος ἐς τὴν κοιλίην μεθιέντος τῆς ἰκμάδος· καὶ ἤν τις ἐπὶ τεταραγμένῳ ἐόντι ἔτι μᾶλλον ταράξῃ φάρμακον ἐμβαλὼν, οὐ θαῦμά ἐστι ἐκ τῶν τοιούτων ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον.

est: — qui iam febre continente detenti diebus paribus medicamentum purgans sumpserunt, ii sane supra modum numquam purgati sunt. Qui vero diebus imparibus vehemens medicamentum sumpserunt, ii purgati sunt supra modum multique etiam iusto plus purgati perierunt. Superiores igitur medici in hoc maxime peccarunt, quod diebus imparibus medicamenta purgantia exhibebant et homines interimebant, id ita se habere ignorantes. Humor enim in aegrotantis corpore magis diebus imparibus conturbatur, nimirum cum corpus ad ventrem humorem transmittat. Et si quis iam commotum medicamento iniecto magis commoveat, non mirum est, si ex his pereat.

ιζ'. Καὶ τὰ ἕλκεα ἢν [3] μὴ μελεδαίνηται φλεγμαίνει μάλιστα ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι, ἔρχεται γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐς [4] ἁπάσας τὰς φλέβας, ὁκόταν ταράσσηται, καὶ πληροῖ, ἐπὴν ἔλθῃ, τὸ ἕλκος· καὶ ἢν μὲν μελεδαίνηται καὶ ἔχῃ ἔξοδον τὸ πῦον ἐξωθεόμενον ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐλθόντος ἐν τῇ ταραχῇ, ἔξω ἀποκαθαίρεται τὸ ἕλκος· ἢν δὲ μὴ μελεδαίνηται, οὐκ ἔχον ἔξοδον τὸ πῦον αὐτοῦ καταμένον ξὺν τῷ κατελθόντι πόνον παρέχει καὶ ἀείρει τὴν σάρκα τὴν περὶ τὸ ἕλκος· καὶ ἀπ' ἐκείνου, [5] ἢν μὲν ἐν τοῖσι σκέλεσι ἔχῃ τὸ ἕλκος, ἀείρονται αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι προσφύσισι τῶν σκελέων ἐοῦσαι· ἢν δὲ ἐν τῇσι χερσὶ, αἱ [6] ἐν τῶν χειρῶν τῇσι προσφύσισι ἐοῦσαι· καὶ ἐκ [7] τούτου βουβῶνες γίγνονται.

17. Ulcera etiam nisi curentur, his maximé diebus inflammationem concipiunt: humor enim ad venas omnes pervadit quando conturbatur et ulcus, cum eo pervenerit, implet. Ac si quidem curetur pusque ab humore adfluente in conturbatione propulsum exitum habeat, ulcus foras expurgatur. Sin non curetur, pus exitu destitutum ibi remanens cum defluente humore dolorem facit et carnem circa ulcus attollit; ab eoque si homo ulcus in crure habeat, attolluntur venae in crurum connexionibus; sin in manibus, eae quae sunt in manuum connexionibus, unde tumores in inguine oriuntur. At quibus febris accidit, nullo alio malo hominem detinente, accidit ex pinguiore quam par est humore, venaeque impletae dolorem et calorem ulceri ex-

[1] σημήϊον τόδε. — [2] ἐκαθάρθησαν. — [3] μή om. — [4] πάσας. — [5] κἢν. — [6] ἐν om. — [7] τούτων.

Parr. 5. et Voss.; — αὐτῇσι τῇσι ἡμ. vulgo, sed ταύτῃσι τῇσι requiri putavi; — cf. initium § 17.; — σημήϊόν ἐστι τόδε vulg., sed ἐστι omm. Parr. 5. et Voss.; — ὑπεκαθάρθησαν Ald. Parr. 7., ὑπερεκαθάρθησαν est Cornarii emendatio a Lind., Littr., recepta, vulgatam vero e V. notavi.

17. καὶ τὰ ἕλκεα — γίγνεται.] Vulgo ἢν μὲν μελεδαίνηται initio, ubi tamen μέν omm. K. L. Lind.; — Littréus haec verba expulit, ex iis, quae sequuntur, errore librarii huc translata esse opinatus; falso, me iudice, nempe μέν e μή ortum est, quod si reponas optime congruunt. In cod. E. omittuntur verba φλεγμαίνει — μελεδαίνηται, verum in marg. restituta sunt ad hunc modum: μάλιστα ἐν τ. τ. ἡμ. φλεγμαίνει, τὸ γὰρ ὑγρὸν ἐς ἁπάσας ἔρχεται τὰς φλέβας .... ἐπὴν ἐς τὸ ἕλκος ἡ νοῦσος ἵκηται. Nimirum vulgo ἐπὴν ἔλθῃ ἐς τὸ ἕλκος ἡ νοῦσος; in quibus quid ἡ νοῦσος sibi velit, non capio. Est emblema alienum, quod abiicio; pariterque reiiciendum ἐς ante τὸ ἕλκος. His demptis demum locus intelligitur et cum sequentibus congruit. Quod ad ἐς attinet, non nescio fortasse id defensurum esse lectorem, ita ut καὶ πληροῖ ἐπὴν ἔλθῃ ἐς τὸ ἕλκος accipiat καὶ ἐπὴν ἔλθῃ ἐς τὸ ἕλκος, αὐτὸ πληροῖ; sed mihi tamen probabilius videtur ἐς insiticium esse. Porro καὶ ἢν μελεδ. K. sine μέν; — in sequenti vero ἢν δὲ μή excidit μή e vulg., sed multi praebent codd. aliique negationem deësse dudum viderunt; —

Ὁκόσοισι δὲ πῦρ ἐμπίπτει, ἄλλου μηδενὸς τὸν ἄνθρωπον κακοῦ ἔχοντος, ἀπὸ τῆς πιοτέρης ἐούσης τοῦ καιροῦ ἐμπίπτει καὶ πληρεύμεναι αἱ φλέβες πόνον καὶ θέρμην τῷ ἕλκεϊ παρέχουσι· τὸ δὲ θερμανθὲν καὶ τὸ ἄλλο σῶμα θερμαίνει, καὶ ἡ θερμασίη οὕτως ἐς τὰ ἕλκεα γίγνεται· θερμαίνεται γὰρ τὸ σῶμα καὶ τὰ ἕλκεα ὑπὸ τῆς κλονήσιος τοῦ ὑγροῦ· καὶ ἡ ταλαιπωρίη τωὐτὸ ἐργάζεται. Ἀποφλεγμαίνει δὲ τὰ ἕλκεα πεμπταῖα καὶ κατὰ λόγον τούτων τῶν ἡμερέων, ὡς ἂν καὶ τὰ ἕλκεα μεγέθεος [1] ἔχῃ, καὶ τριταῖα καὶ πεμπταῖα καὶ ἑβδομαῖα καὶ ἐναταῖα καὶ ἑνδεκαταῖα· εἶτα ἀπηρτισμένης [2] τῆς πρώτης περιόδου, πάλιν δευτέρας [3] ἀρχὴ ἡ τρίτη, ἥ τις ἐστι ἀπὸ τῆς πρώτης τεσσαρεσκαιδεκάτη· τὰ δὲ μέγιστα αὐτῶν τεσσαρεσκαιδεκαταῖα ἀποφλεγμαίνει. Οὗτος ὁ λόγος αἱρέει τὰ νοσήματα κρίνεσθαι ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων καὶ τὴν ἰκμάδα τῷ ὑγιέϊ τριταίην ἐξιέναι, τὴν δὲ κόπρον δευτεραίην· καὶ ταῦτα τριταῖα ἐόντα ἱστορέει ἀλλήλοισι ὅτι οὕτως ἔχει. Οὕτω δέ μοι ὁ λόγος οὗτος πᾶς ἐκκεκορύφωται.

hibent. Quod cum calefiat, etiam reliquum corpus calefacit, eoque modo calor in ulceribus gignitur. Humoris enim agitatione corpus et ulcera incalescunt; idemque immoderatus labor efficit. Ulcera autem quinto die inflammatione sedantur et secundum horum dierum rationem pro ulcerum magnitudine etiam tertio die et quinto et septimo et nono et undecimo. Deinde exacto primo circuitu, rursus tertio die, qui est secundi principium et a primo decimus quartus. Ex iis vero maxima decimo quarto die inflammatione sedantur. Atque haec oratio declarat morbos diebus imparibus iudicari et humorem in sano tertio die exire, stercus vero secundo. Et ista, quae tertio die accidunt, rem ita se habere mutuo inter se attestantur. Ad hunc modum tota haec oratio summatim et velut a capite est a me ad extremum deducta.

ιη'. Νῦν δὲ ἐθέλω ἀτρεκέστερον εἰπεῖν, διότι νοσέουσι οἱ ἄνθρωποι· ἐρέω δὲ ξὺν τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τίνες ἀρχαὶ τῶν νούσων εἰσὶ, καὶ ὁκοῖα ἑκάστη αὐτέων ἐργάζεται. Φημὶ δὲ, ἢν μὲν ἐμμείνῃ τὰ σιτία πλείονα τοῦ καιροῦ ἤδη πεπεμμένα ἐόντα καὶ ὁ ἄνθρωπος μὴ ἀποκαθαίρηται καὶ ἕτερα σιτία ἐπιπίπτῃ, τὸ σῶμα πληρούμενον ὑπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς προτέρης καὶ τῆς νέης, θερμαίνεσθαι καὶ πῦρ ἐκ τούτου γίγνεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ. Τὸ δὲ

18. At nunc exactius quam ob causam homines aegrotent mihi dicendum est, simulque exponendum quae sint morborum principia et quae horum quidque efficiat. Mea autem sententia, si cibi quidem plus iusto copiosi iam concocti intus morentur, neque homo repurgetur et altera cibaria insuper adiiciantur, corpus priore humore et recenti plenum incalescit indeque homini febris accidit. Verum sic oborta febris neque periculi plena neque vehemens est,

[1] ἔχει. — [2] τῆς om. — [3] ἀρχῆς τρίτη.

πῦος vulg., de meo πῦον dedi. — Dein κὴν μέν edd. antt., Parr. 6.; — καί ante ἤν E.; — αἱ τῶν χειρῶν vulgo, sed ἐν suppleverunt Lind., Littr.

ὁκόσοισι — ἐργάζεται.] ὁκόσοισι δὲ τῶν ἀνθρώπων vulgo, otiosum τῶν ἀνθρώπων abieci; — ἐμπίπτει Mack. et Littr. e pluribus mss., ἐμπίπτῃ vulg.; — ἄλλο μηδὲν τοῦ ἀνθρώπου κακὸν ἔχοντος ceteri; de meo mutavi; — τοιοῦτον cett., τωὐτό de meo.

ἀποφλεγμαίνει — ἀποφλεγμαίνει.] Ceteri μέγεθος, sed in hac formula genitivus poni solet; — τῆς ante πρώτης de meo praemisi; — ἀρχῆς vulg., sed ἀρχή K.', Lind., Mack., Littr.; — ἡ ante τρίτη K.' Mack., Littr., vulgo om.

οὗτος — ἔχει.] Ceteri οὗτος ὁ λόγος ἐρεῖ; — de coniectura αἱρέει scripsi: plane idem vitium in libro περὶ φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ monente Cobeto sustulimus. Vide adn. ad § 7. l. 1.

οὕτω — ἐκκεκορυφῶται.] οὗτος ὁ λόγος in his E. H.

18. νῦν — ἐργάζεται.] ἀτρεκέστατον H., sed al. m. vulg. restituitur; — αὐτέων ἑκάστη K.

Φημὶ — ἀνθρώπῳ.] δέ om. H.; — πληρεύμενον K.' De meo θερμαίνεσθαι et γίγνεσθαι scripsi, ubi vulgo θερμαίνεται, γίγνεται s. γίνεται.

τὸ δὲ πῦρ — γίγνεται.] ἡ ante ἰκμάς om. vulg., addidit ex E. H. Littr.; — ἡ ante ἡμέας de suo supplevit Littr.; —

πῦρ οὕτως γενόμενον οὐκ ἄπορον, οὐδὲ [1]ἰσχυρόν ἐστι, ἐν ᾧ [2]ἡ ἰκμὰς ἰσάζει κατὰ πλῆθος [3]ἡ ἡμέας λυπέουσα ἢ ὀλίγῳ πλέων· ἢν γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχῃ καί τις κάρτα ἰσχύῃ καὶ τὰ ἐπιτήδεια προσενέγκῃ, ὑγιὴς γίγνεται. Ἓν δὲ νόσημα [4]μόνον ἀπὸ πάσης τῆς ἰκμάδος καὶ σημήϊα ἴσχει ἑπτά· [5]βήξ τε γὰρ ἴσχει μιν, βληχρὴ [6]καὶ ξηρὴ ἐοῦσα, ἡ [7]γαστήρ τε σκληρὴ γίγνεται, ἅτε τοῦ ἀποπάτου ἐόντος ἐντὸς, [8]καὶ τὴν κεφαλὴν βαρέεται, [9]καὶ [10]ἐξερᾷ, καὶ πυρεταίνει [11]καὶ οὖρον οὐ χρηστῶς διέρχεται· ταῦτα δέ ἐστι τῆς νούσου ταύτης ἀπὸ πάσης τῆς ἰκμάδος γενομένης σημήϊα ἑπτά· ἢν δὲ τοῦ ἀποπάτου μὴ διαχωρέοντος κρατέῃ μία ἰκμὰς τῶν ἄλλων, [12]πολλῷ κάλλιον ἐμπολήσει ὁ ἄνθρωπος. Καὶ ἤν τις τῷ πυρετῷ γενομένῳ ἀπὸ πάσης τῆς ἰκμάδος τὰ ἐπιτήδεια μὴ προσενέγκῃ, περιοίσεται ἡ νοῦσος, ὅσῳ [13]γ' ἂν αὐτὴ κρατέῃ τῶν ἰκμάδων, τρόπῳ τοιῷδε· θερμαινομένου τοῦ [14]σώματος ἐξατμιᾷ μάλιστα διὰ τούτου [15]τὸ ὑδρωποειδὲς, ὅ τι ἐστὶ τῷ πυρὶ πολεμιώτατον· καταλείπεται δὲ τὸ λιπαρὸν καὶ κοῦφον, ὅ τι ἐστὶ χολῶδες καὶ τῷ πυρὶ [16]τροφὴ μάλιστά ἐστι. Ἐξατμιᾷ δὲ τρόπῳ τοιῷδε· ὥσπερ εἴ τις ὕδωρ καὶ ἄλειφα ἐς χαλκεῖον ἐγχέας, ξύλα πολλὰ ὑποκαίοι πουλὺν χρόνον, τὸ μὲν δὴ ὕδωρ πολλῷ [17]ἔλασσον ἔσται· ἐξατμισθήσεται γὰρ ἐκ τοῦ χαλκείου· τὸ δὲ ἄλειφα [18]ὀλίγῳ ἔλασσον, ὅτι τὸ μὲν

in qua humor nobis molestus copia par est aut paulo abundantior; si enim sic se res habet, et quis admodum sit robustus, eaque quae conveniunt adhibeat, sanus evadit. Unus autem hic solus morbus est ab omni humore et signa habet septem. Tussis enim levis et sicca detinet, venter durus redditur, cum nimirum stercus intus retineatur, caput gravatur et vomit, febricitat, neque lotium probe exit. Istaque sunt huius morbi ex omni humore orti septem indicia. Sin stercore non prodeunte unus ex reliquis humoribus superet, melius homo habebit. Ac si quis in febre ex omni humore orta quae sunt idonea minime adhibuerit, circumagetur morbus, quantum ipse humores superaverit hoc modo. Incalescente corpore per hoc aquosum, quod est febri maxime infensum, praecipue exhalat; relinquitur vero pingue et leve, quod est biliosum et praecipuum febris alimentum. Ad hunc autem modum exhalat, non secus ac si quis affusa in vas aeneum aqua et oleo, ligna multa diutius succendat, aqua certe longe paucior, cum ex vase exhalet, futura est; oleum vero paulum imminuetur, quia aqua quidem propter raritatem ab igne extenuari et levis reddita exhalare potest; oleum vero cohaerens et densum extenuari nequit, neque uti aqua exhalare. Ita sane et in homine res se habet. Incalescente enim corpore aqua foras exhalat; quod vero est biliosum cum co-

[1] ἰσχυρότερον. — [2] ἡ om. — [3] ἡ om. — [4] μόνον abest. — [5] πρῶτον βήξ. — [6] δεύτερον καὶ ξ. — [7] τρίτον ἡ γαστὴρ σκληρή κ. τ. λ. — [8] τέταρτον καί. — [9] πέμπτον καί. — [10] ἐξερᾷ ἕκτον καὶ π. — [11] ἕβδομον καί. — [12] πολλῷ om. — [13] δ' ἄν. — [14] αἵματος ἐξατμιεῖ. — [15] τοῦ ὑδρωποειδέος. [16] τροφή excidit. — [17] καὶ ἐλ. — [18] ὀλίγον.

vulgo ὀλίγῳ πλέον sine ἤ, sed incongruum est ὀλίγῳ πλέον ἰσάζει, itaque ἢ de meo interposui et πλέων scripsi.

ἓν δὲ νόσημα — ὁ ἄνθρωπος.] μόνον omm. Parr. 3. Ante βήξ addunt α Parr. quinque, similiterque in nonnullis libris β. γ. δ. cett. deinceps ponuntur locis, ubi πρῶτον, δεύτερον cett. e Voss. excerpsi; recepit haec Mack. ex L. — Porro ἡ ante γαστήρ ex E. H. J. K. recepi, dederat autem dudum Lind.; — δέ pro τε Lind.; — ξηρή E. H.; — ἐντὸς ἐόντος J.; — εἴσω ἐόντος E. H. P.′ v.; — ἐξεμεῖ E., ἐξεᾶ Ald. Parr. 6.; — τῆς ἀπὸ πάσης ἰκμ. K.; — ἰκμὰς τῶν ἄλλων E. H. v., τῶν ἄλλων ἰκμ. vulg.; — πολλῷ E. P. P.′ Q.′ v. Littr., vulgo om. — Advertit nostrum de septem signis, quae enumeraturus sit, hic loqui, cum tamen sex tantum describuntur: vitium igitur hoc loco latet, cuius rationem non prorsus assequor, sed puto signi unius cuiusdam descriptionem periisse; nisi forte re ipsa τὴν βῆχα τὴν βληχρὴν καὶ ξηρήν pro duobus signis lectori obtrudat.

καὶ ἤν τις — μάλιστά ἐστι.] γινομένῳ vulg., γεννομένῳ K., aoristum praefero; — ἀποστάσης vulg., ἀπὸ πάσης Cornarii est emendatio dudum ab aliis recepta; — ὅσῳ γ' ἂν Littr., ὅσῳ δ' ἂν vulg.; — αἵματος vulg., σώματος H., in quo vulg. restituitur, Foës. idem voluit, dederunt Mack., Littr.; — ἐξατμιεῖ vulg., ἐξατμιῇ Littr., dedi ἐξατμιᾷ, ut supra; — διὰ τοῦτο desideravit Foës.; — τοῦ ὑδρωποειδέος vulg., emendavit Foës.

ἐξατμιᾷ — τῷ ὕδατι.] ἐξατμιεῖ K.; — ὑποκαίει vulg., ὑποκαίοι E. H. L. Lind., Littr.; — γάρ om. J.; — ἄλειφαρ E. Lind. tum h. l., tum paulo post, Lind. etiam paulo ante invexit; — καταλεπτύνεσθαι ὑπὸ ἀραιότητος E. H.; — ἐξατμιᾶν Ald. Parr. 6. Littr., ἐξατμιᾷ vulg. — οὐδὲ ἀτμιᾶν vulgo, mutavi de meo.

ὕδωρ ὑπὸ τῆς ἀραιότητος καταλεπτύνεσθαι δύναται ὑπὸ τοῦ πυρὸς καὶ κοῦφον γενόμενον ἐξατμιᾶν, τὸ δὲ ἄλειφα ἅτε ξυναφὲς ἐὸν καὶ πυκνὸν οὐ δύναται καταλεπτύνεσθαι, οὐδ' ἐξατμιᾶν ὁμοίως τῷ ὕδατι. Οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔχει· ὁ μὲν γὰρ ὕδρωψ θερμαινομένου τοῦ σώματος ἐξατμιᾷ ἔξω· τὸ δὲ χολῶδες ἅτε ξυναφὲς ἐὸν καὶ πυκνὸν οὐ δύναται ἐξατμιᾶν καταλεπτυνόμενον ὁμοίως· τὸ δὲ χολῶδες καταλειπόμενον μᾶλλον ποιεῖ θερμαίνεσθαι τὸ σῶμα· πλείων γὰρ καὶ καλλίων τροφὴ τῷ πυρὶ [1] γίγνεται καὶ ῥακούμενον ἐν τῷ σώματι ἢ στηριξάμενον τὴν νοῦσον ἐπεκράτυνε πρὸς τὰ πρόσθεν. Καὶ ταῦτα μὲν εἴρηται ὅτι πάσχει ὁ ἄνθρωπος, ἢν μὴ καθαίρηται καὶ μελεδαίνηται.

haerens et densum sit, non potest attenuari similiter neque exhalare. Verum relictus biliosus humor efficit ut corpus magis incalescat. Copiosius enim et melius alimentum febri suppeditat et in corpus dispersus aut firmatus morbum cum prioribus corroborat. Atque ista quidem homini accidere, nisi purgetur aut curetur, dicta sunt.

ιθ'. Ἢν δὲ [2] μὴ αὐτῶν πλήθεϊ κρατήσῃ, εἴτε ἐς ἅπαξ πολλὴ γενομένη εἴτε καὶ κατὰ σμικρὸν ξυλλέγηται καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ὀδυνᾶται, τοῦτο [3] γενόμενον ὑπὸ ἰσχύος ἀναφέρει, [4] μέχρις οὗ ἀρχή τις ἐπιγένηται καὶ [5] ἢν τὸ πλεῖον [6] γενόμενον ὑγρὸν μὴ ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος, νοῦσος ἔνθεν γίγνεται τρόπῳ τοιῷδε. Ἀρχαί εἰσι τρεῖς ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίγνονται· καὶ μία μὲν ἤδη εἴρηταί μοι [7] ὁκοῖα ἅσσα ἐργάζεται ἐν τῷ σώματι· ἀπέδειξα γὰρ ὅκως τε καὶ διότι, ἢν μὴ ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος, νοσέει· δευτέρα δέ ἐστι ἢν ξυμβῇ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτήδεια καὶ παρὰ δίαιταν εἶναι· τρίτη [8] δὲ ἤν τι βίαιον προσπέσῃ· βίαιον δὲ λέγω εἶναι καὶ πτῶμα καὶ τραῦμα καὶ πληγὴν καὶ ταλαιπωρίην καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶ τοιοῦτον. Τούτων δὲ τῶν ἀρχέων μεγίστη ἐστὶ βίη, ἢν μεγάλη ἔῃ, ἢν δὲ μικρή, οὐ μεγίστη· δευτέρη δὲ, ἢν μὴ ἀποκα-

19. Quodsi horum copiâ non superet, sive semel multa, sive paulatim colligatur, et reliquum corpus dolore affligat, id dum accidit, prae robore perfert, donec principium quoddam accedat; et si ex homine copiosior factus humor minime expurgetur, ex eo morbus oritur ad hunc modum. Cum tria sunt principia, ex quibus morbi oriuntur, unum quidem iam a me dictum est et quid in corpore efficiat. Ostendi enim quomodo et quam ob causam homo, nisi repurgetur, aegrotet. Alterum est, si quae ex coelo pendent minime sint commoda et praeter victus rationem accidant. Tertium est, cum quid violentum inciderit. Violentum autem esse dico et casum et vulnus et percussionem, immoderatum laborem et alia id genus. At horum principiorum vis, si magna fuerit, maximum est, sin parva, non adeo magnum. Post hoc vero si homo non expurgetur. Ter-

[1] γίγνεται ἡ χολή. — [2] μή abest. — [3] γινόμενον. — [4] μέχρι. — [5] ἤν om. — [6] γινομ. — [7] ὁκοῖα καὶ ὅσα. — [8] δέ ἐστι ἤν τι κ. τ. λ.

οὕτω δὴ — πρόσθεν.] καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ δὲ οὕτως ἔχει K.; — δέ pro δή E.; — ἀτμιᾷ E. H., οὐχ ὁμοίως καταλεπτυνόμενον ἀτμιᾷ ἔξω H. v.; — καταλεπτυνόμενον δὲ τὸ χολῶδες E. H. K. v.; — οὐ δύναται ἀτμιᾶν vulg., de meo ἐξατμιᾶν dedi; — καταλεπτυνόμενον vulg., Littr. καταλειπόμενον emendavit; — γίνεται ἡ χολή vulg., sed ἡ χολή omm. H., in quo rest. al. m., v. Littr.; ἐπεκράτυνε om. K.; — ἔμπροσθεν L. Lind., Mack.

καὶ ταῦτα — μελεδαίνηται.] εἰ E.; — καθήρηται E. I.

19. ἢν δὲ μὴ — τοιῷδε.] Pro αὐτῶν K.' Mack. αὐτῷ; — Ionice σμικρόν ex H. Littr.; — συλλέγεται E. H. Littr., συλλέγηται vulg., συνάγηται G.; — τοῦτο [δέ] Lind.; — γενόμενον H. Littr., γινομ. vulg.; — ἡ ἀρχή τις Parr. 6.; — ἤν omm. Ald. Parr. 7.; — γενόμενον E. H. Littr.; — γινομ. vulg.

ἀρχαὶ — τοιοῦτον.] δή E. H. pro ἤδη; — καί pro μοι iidem; — ὁκοῖα ἅσσα iidem et Littr., ὁκοῖα καὶ ὅσα vulg.; — καθαίρηται G.; — τρίτη δέ ἐστιν vulg., ἐστιν omm. E. H. Littr.; — εἶναι λέγω E. K.; τοιοῦτο E. H.

τούτων — ὑγίειαν.] τήν ante ὑγίειαν E. H. Q.' Lind. Mack., Littr., τήν vulgo om.

θαίρηται ὁ ἄνθρωπος· τρίτη δὲ ἢν τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτήδεια ἔῃ [1] πρὸς τὴν ὑγίειαν. Τούτων τοιγαροῦν δεῖ φυλακὴν ἔχειν· ἕκαστα δ' αὐτῶν τοιοῦτον ἐργάζεται ἐν τῷ σώματι, ὁκοῖον ἐγὼ ἐρέω. Ἢν μὲν τρῶμα γένηται, δῆλον ὅτι [2] ἡ σὰρξ διεκόπη καὶ ἕλκος ἐγένετο· τοῦτο δὲ νόσημα ὀνομάζω εἶναι. Ἢν δὲ [3] φλάσμα γένηται πληγέντος, ἢ πεσόντος, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτο παθόντος, καὶ οἴδημα γένηται, τὸ αἷμα αὐτίκα θερμανθὲν ὑπὸ τῆς βίης καὶ ὑποδραμὸν ἐς τὰς φλέβας χανούσας, οὐκ ἔχον ἔξοδον ὑπὸ πλήθεος ἀπελθεῖν ξυνεστράφη καὶ τὸ οἴδημα διὰ τοῦτο ἐγένετο καὶ μέχρι τούτου πάρεστι, μέχρις ἂν ἀποκαθαρθῇ καθότι ἀπὸ τῶν χωρίων εἴρηται, ἢ κατ' αὐτὸ τὸ οἴδημα [4] εἴτε ξὺν χειρουργίῃ εἴτε καὶ μὴ δίοδος γένηται τῷ αἵματι ἢ πυωθέντι ὑπὸ χρόνου ἢ καὶ μή. Καὶ ἡ ταλαιπωρίη δὲ τὸ αὐτὸ ἐργάζεται· ὁκόταν γὰρ οἱ ἄνθρωποι ταλαιπωρέωσι, οἷσι ἂν μάλιστα τοῦ σώματος ταλαιπωρίη ᾖ, κεῖθι στηρίζεται καὶ θερμαίνεται καὶ πόνος ἐκ [5] τοῦ τοιούτου γίγνεται· ἢν [6] δὲ κρατήσῃ μὲν τούτων, κάρτα δὲ πλῆθος [7] γεννήσῃ ἡ ταλαιπωρίη, καὶ ἡ κοιλίη καὶ κύστις μηδαμῶς διηθήσῃ ἐν τάχεϊ τὸ πλῆθος, πῦρ ἐπιπέσοι ἂν ἐκ τούτου. Κὴν μὲν ἡ πρόσθεν [8] ἰσάσῃ ἰκμὰς, οὐδαμῶς· ἣ δ' ἂν ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ αὐτέων πλείστη ἐν τῷ σώματι καταμένῃ, κρατέει κείνη. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται περὶ βίης, ὁκοῖα ἐν τῷ σώματι κατεργάζεται· καὶ αὗται μὲν δύο ἀρχαὶ ἐοῦσαι, ἥ τε βίη καὶ ἡ πληθώρη, ἢν μὴ ἀποκαθαίρωνται οἱ ἄνθρωποι, θερμαίνουσι τὰ σώματα.

tium autem si quae ex coelo accidunt, non fuerint ad sanitatem accommodata. Horum igitur diligens cura habenda est, cum horum quidque quod referam in corpore efficiat. Si quidem vulnus factum sit, carnem dissectam esse manifestum est ulcusque exstitit. Hoc autem morbum appello. Si vero ex plaga aut casu aut alia quapiam affectione eiusmodi contusio et tumor oboriatur, sanguis per vim calefactus et per venas hiantes subiens, cum prae copia exitum quo abire possit non habeat, illic colligitur eamque ob causam tumor fit, tamdiuque adest, quoad ex locis eo quo dictum est modo aut per ipsum tumorem repurgatus fuerit, et sanguini cum tempore vel in pus verso, vel non, exitus sive per manus operam, sive sine ea pateat. Quin et immoderatus labor idem efficit. Cum enim homines immoderate laboraverint, quibus corporis partibus praecipue labor fuerit, in iis firmatur et calefit, unde dolor accidit. Quodsi haec quidem superet, labor autem valde magnam copiam progenuerit, et venter et vesica minime celeriter copiam percolent, febris inde orietur. Ac si prior humor aequalis fuerit, minime fiet; qui vero in labore eorum plurimus in corpore maneat, iste superior evadit. Atque haec quidem de vi, quaenam in corpore conficiat, dicta sunt. Istaque duo principia, nempe vis et plenitudo, nisi homines repurgentur, corpora calefaciunt.

[1] πρὸς ὑγείην. — [2] ἡ om. — [3] θλάσμα. — [4] καὶ εἴτε. — [5] τοῦ abest. — [6] δέ. — [7] γένηται ταλ. — [8] ἰστάζῃ.

τούτων — ἐρέω.] τοιγαροῦν om. H.

ἢν — εἶναι.] ἡ ante σάρξ E. H. Littr., vulgo om.

ἢν δὲ — μή.] τρωθέντος pro πεσόντος E. P.′ Q.′; — τὸ γὰρ αἷμα Lind.; — μέχρις τούτου H.; — παρέστη pro πάρεστι E.; — ἂν de meo; — καθότι εἴρηται ἀπὸ τῶν χωρίων Lind.; — καὶ εἴτε σὺν χειρ. vulg., καί delevit Littr.

καὶ ἡ — ἐκ τούτου.] τὸ αὐτό de meo, τοιοῦτο cett.; — οἷσιν ἂν μάλιστα τοῦ αἵματος ceteri; lego σώματος, quippe quod congruit, αἵματος vero incongruum; — καὶ ὁ πόνος E. P.′ Q.′ Mack.; — τοῦ ante τοιούτου omm. Parr. 4.; — ἢν δὴ κρατηθῇ vulg., δέ lego cum E., κρατήσῃ cum Corn., Littr.; — πλῆθος (πλήθεος K.) γένηται ταλαιπωρίη (ταλαιπωρίης E.) (ἐκ ταλαιπωρίης Mack.) — Littréus γένηται in γεννήσῃ mutavit. — Possis Mackium sequi; possis Littréum sequi, sicuti feci ipse, nisi quod ἡ ante ταλαιπωρίη de meo supplevi, — possis in vulgata ταλαιπωρίῃ scribere; — fortasse alio modo locum constituere; — καὶ ἡ κύστις Lind.; — ἐκείνη pro ἐκ τούτου Mack. in marg.

κὴν μὲν — κείνη.] ἰσάζῃ Ald., Parr. 6., cf. lectionem V.; — ἣν δ' ἐν (δὲ ἐν Parr. 5.) τῇ ταλ. vulgo, de coniectura mutavi; — πλεῖστον E.; — ἢ ἐν τῷ E. H.

ταῦτα — σώματα.] ἐργάζεται Parr. 7. ν.

κ'. Ἡ δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτήδειος γενομένη τῷ ἀνθρώπῳ ἐκράτησέ τε τοῦ ὑγροῦ καὶ θερμαίνει ὡς ἐς νόσον καὶ ψύχει, [1] ὁπότερον ἂν τύχῃ γενόμενον· ἐρέω δὲ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ ὡς θερμαίνει. Φημὶ οὖν ἢν ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνέῃ τι νοσερὸν, ὁκοῖον ἐν τῷ [2] προτέρῳ εἴρηκα, καὶ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτήδεια γένηται καὶ θερμαίνηται ὁ ἄνθρωπος, ταράσσεσθαι τὸ ὑγρὸν πᾶν θερμαινόμενον ἐν τῷ σώματι, τοῦτο δὲ ποιέει βίῃ· καὶ ἢν μὲν ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος, τοῦδε ταρασσομένου, ἀποκρίνεται ὁκόσον ἂν πλέον ᾖ τοῦ καιροῦ. Ἔοικε δὲ τοῦτο ᾧπερ οἱ Σκύθαι ποιέουσι ἐκ τοῦ ἱππείου γάλακτος· ἐγχέοντες γὰρ τὸ γάλα ἐς ξύλα κοῖλα σείουσι· τὸ δὲ ταρασσόμενον [3] ἀφριᾷ καὶ διακρίνεται καὶ τὸ μὲν πῖον, ὃ βούτυρον καλέουσι, ἐπιπολῆς διΐσταται ἐλαφρὸν ἐόν· τὸ δὲ βαρὺ καὶ παχὺ κάτω ἵσταται, ὃ καὶ ἀποκρίναντες ξηραίνουσι· ἐπὴν δὲ παγῇ καὶ ξηρανθῇ, ἱππάκην μιν καλέουσι· ὁ δὲ ὀῤῥὸς τοῦ γάλακτος ἐν μέσῳ ἐστί. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ταρασσομένου τοῦ ὑγροῦ [4] παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι, ὑπὸ τῶν ἀρχῶν διΐσταται ὧν εἴρηκά οἱ πάντα καὶ ἐπιπολῆς μὲν τὸ τῆς χολῆς ἐφίσταται· κουφότατον γάρ ἐστι· δεύτερον δὲ τὸ τοῦ αἵματος· τρίτον δὲ τὸ τοῦ φλέγματος· βαρύτατον δέ ἐστι τῶν [5] ὑγρῶν τούτων ὁ ὕδρωψ. Τούτων [6] δ' ἐόντων, ὅ τι ἂν [7] ἐν τούτῳ πλεῖστον ᾖ, ἐν ἀρχῇσι

20. Quod vero ex coelo dependet principium si homini minime commodum fuerit, humorem superat et tanquam ad morbum viam faciens, calefacit, et refrigerat, quodcumque horum acciderit. Primum autem quomodo calefaciat dicendum. Mea igitur opinione, si in ipso homine morbosum aliquid insit, quale prius dictum est et ea quae ex coelo pendent minime commoda fuerint, homoque incalescat, totus corporis humor incalescens conturbatur; idque vis praestat. Et si quidem homo conturbato humore expurgetur, quantum plus aequo abundat secernitur. Istud vero similiter se habet atque id quod ex lacte equino Scythae conficiunt. Lac enim in vasa lignea cava affusum agitant, conturbatum vero spumescit et separatur. Ac pingue quidem, quod *butyrum* vocant, cum leve sit in summo seponitur, grave vero et crassum subsidet, quod etiam cum separaverint, siccant. Quod cum concretum et siccatum fuerit, *hippacen* appellant. Lactis vero serum medium locum habet. Ad hunc vero modum etiam in homine omni qui in corpore inest humore commoto a principiis, quae dixi omnia illi in suas partes discedunt et in superficie supernatat humor bilis; levissimus enim est; secundo loco vero sanguinis humor, tertio vero pituitae, gravissimus vero horum humorum est aqua. Cum autem haec ita se habeant, quidquid in morbo copia abundat, dum tur-

[1] πρότερον ἢν τ. γ. — [2] προτέρῳ. — [3] ἀφριεῖ. — [4] πᾶν τὸ ἐν τῷ σ. — [5] ὑγροτάτων ὁ ὕδρωψ. — [6] δὲ ὄντων. — [7] ἐν νούσῳ.

20. *ἡ δὲ — θερμαίνει.*] *ἐκ δὲ τοῦ* H. v., sed in illo alia m. vulg. restituitur, — ceteri *ἐν τῷ ἀνθρώπῳ*, mihi iungendum videtur *ἀνεπιτήδειος τῷ ἀνθρώπῳ*, ita ut *ἐν* abiiciam. In H. ante *ἀνεπιτήδειος* legitur *ἀνεπιτήδεια*. — Dein ceteri *ἐκράτησέ τι τοῦ ὑγροῦ*, at me iudice *τοῦ ὑγροῦ* pendet ab *ἐκράτησε* et *τι* ex *τε* ortum duxit. — Porro *ὁπότερον ἂν* Littréus de suo, ubi *πρότερον* (*πότερον* prima m. in H.) *ἢν* vulgata; optimam emendationem lubens amplector. Tum *πρότερον περί* vulgo, sed, *πρῶτον μέν* ferunt E. H., *πρῶτον* sine *μέν* cod. v.; puto autem *πρότερον* ex antecedente *ὁπότερον* esse natum.

Φημὶ οὖν — καιροῦ.] *οὖν* om. H., sed rest. al. m.; — *τῷ αὐτῷ* cett.; — *νοσηρόν* vulg., *νοσερόν* E. H.: — *ἐν τῷ πρότερον εἴρ.* ex E. H. I. J. K. Littr., ego vulgatam praefero. Dein *ἀνεπιτ. γίνηται* E. H. I. K. Littr., *ἀνεπιτ. γένηται* vulg.; — *ποιέει* J.; — *καὶ ἢν μὴ ἀποκ.* E. F. H. K.; — *τοῦδε* Mack., Littr., *τοῦ δέ* vulg.; — *πλέον ἢ τοῦ* K. J.

ἔοικε — ἐν μέσῳ ἐστί.] *ὥσπερ* ceteri, ego in frequenti harum vocularum permutatione *ᾧπερ* scripsi. — Vulgo *ἀφριεῖ*, P.' Q.' Lind. *ἀφριᾷ*, Littr. *ἀφριῇ*; — *μέν* om. K.; — *διΐσταται τοῦτο ἐλαφρὸν ἐόν* E. H. P.' Q.' Littr., vulgata om. *τοῦτο*, quod omnino inepte infertur in codd. illis; — *ἀποκρίνοντες* Parr. 4.; — *μέν* pro *μιν* Ald.,

οὕτω — ὕδρωψ.] *οὕτως* vulg., *οὕτω* E. Littr.; — *πᾶν τὸ ἐν τῷ σ.* vulg.; ex *πᾶν τό* Mack., Littr., *παντός* dederunt recte, sed *τοῦ* post *παντός* addendum videbatur; — *ὧν εἴρηκά οἱ πάντα* vulg., sed *οἱ πάντα* omm. Voss. K.', *πάντα* omm. Parr. 5.; — *ὑπὸ τῶν ἀρχῶν ὧν εἴρηκα διΐσταται· διΐσταται δέ οἱ πάντα* Lind.; — *τό* ante *τῆς χολῆς* om. H., sed rest. al. m. Equidem de meo *τό* ante *τοῦ αἵματος* et ante *τοῦ φλέγματος* intuli, quia genitivi illi, nisi addas, non intelliguntur. — Porro vulgatum *διΐσταται* om. Lind.; — pro eo vero ego *ἐφίσταται* substitui; — *ὑγροτάτων* F. G., ut V.

τούτων — παρέχει.] *δὲ ὄντων* vulg.; *δ' ἐόντων* Littr.; — *ἔνθα ἂν πλεῖστον εἴη* vulg., pro *εἴη* legit *ἔῃ* Littr.; — pro *ἐν* G. *ἢν*, I. J. v. *ἐάν*. — Ceteri *γινομένης*, de meo aor. dedi; — *ἕλκεται* K.' pro *εἰλέεται*, quod quare Corn. non

γιγνομένης τῆς ταραχῆς, ἔρχεται ἐς χωρίον, ἵνα ἂν πλεῖστον ἔῃ· ἐν δὲ τῇ ταραχῇ εὐρυχωρίης γενομένης, εἰλέεται ἀποκεκριμένον καὶ θερμαίνει τὸ σῶμα, ἢ στήριξιν ἔχον [1]πη τοῦ σώματος ξὺν τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ τῷ [2]ἐνεόντι ἐν τῷ χωρίῳ πόνον καὶ θέρμην [3]παρέχει. Τὸ δὲ θερμαινόμενον προσξυνθερμαίνει καὶ τὸ ἄλλο σῶμα, [4]κἀκ τούτου ὁ πυρετὸς γίγνεται καὶ [5]γίγνεται μάλιστα ἀπὸ τῆς χολῆς καὶ τοῦ φλέγματος καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος· θερμότατα γὰρ ταῦτά ἐστι· καὶ ἤν τι τούτων ἀποστηρίξῃ [6]πη τοῦ σώματος, ὡς ἐπιτοπλεῖστον ὠνόμασται κεῖθεν τὸ νόσημα καὶ ἐπωνυμίην ἔχει. Ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδρωπος οὐ γίγνεται πυρετὸς ἰσχυρὸς κάρτα οὐδὲ πουλυχρόνιος· τῷ γὰρ πυρὶ οὐκ ἀγαθὴ τροφὴ ὁ ὕδρωψ ἐστί. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτο εἴρηται. Πρὶν δὲ ταραχθῆναι οὐκ ἔχει ἐκχωρέειν τὸ πλεῖον τοῦ ὑγροῦ, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω εἰλέεται μεμιγμένον τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ· πάντα γὰρ πλήρεά ἐστι· ἐν δὲ τῇ ταραχῇ κενοῦται· κενοῦται δὲ [7]τὸ ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον, καὶ τὸ πλεῖον ἐὸν χωρίον κατίσχει· καὶ τὸ μὲν ἀλλότριον οὐκ ἐπιμίσγεται τῷ ἄλλῳ, ἢν περιστηρίξῃ, πρὶν ἰσωθῇ ἐς δύναμιν· ἔστι δέ μιν ἰσοῦσθαι, καὶ ὃ [8]ἀπ' αὐτοῦ ἐπανέλθοι ἐς τὴν νοῦσον, ἕως οὗ ἀποκαθαρθῇ τὸ χωρίον, ὅπῃ ἡ κάθαρσίς ἐστι. Ἢν δὲ πολλὸν ἔῃ τὸ πονέον, ἐπαυρίσκεται [9]καὶ ἐξαναλίσκεται ἐς τὴν νοῦσον καὶ τὸ ἄλλο πρὶν ὑγιηρὸν ἐόν, καὶ ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος τρόπῳ τοιῷδε· προσεπαυρίσκεται γὰρ ἢν μηκέτι τροφὴν ἀρκέουσαν ἔχῃ τὸ νόσημα καὶ ἐξανα-

batio in principiis fit; ad locum fertur, in quo plurimum superat. In turbatione vero amplam capacitatem nactum secretum volvitur et corpus calefacit, aut in aliqua corporis parte adhaerescens una cum alio humore, qui in loco est, dolorem et calorem exhibet. Quod vero incalescit, reliquum corpus etiam calefacit, unde febris oritur, ac praecipue ex bile et pituita et sanguine oritur, quae calidissima exsistunt. Et si quid horum in aliquam corporis partem incubuerit, plerumque inde morbus nominatur et appellationem habet. Ex aqua autem neque admodum vehemens, neque diuturna febris oritur, cum aqua igni minime idoneum suppeditet alimentum. Ac de his quidem hactenus. Ante turbationem vero non habet quo secedat humor qui copia superet, sed cum alio humore permixtus sursum et deorsum volutatur, cum omnia plena sunt; dum moventur autem evacuantur. Atque alterum altero magis evacuatur, quodque copia superat, loco continetur et quod alienum est cum altero non permiscetur, si circum adhaerescat, nisi viribus adaequatum fuerit. Viribus autem adaequatur et quod ex ipso ad morbum accedit, quoad locus repurgetur, per quem purgatio locum obtinet. Quodsi copiosum est id quod affligit, et reliquum quod prius salubre erat ad morbum exhauritur et absumitur, homo etiam moritur tali modo. Insuper enim exhauritur, si morbo non satis superfuerit alimenti, et ab humore, qui in loco dolente est, absumitur. Ac primum quod propinquum est absumit, deinde ulteriora depascitur, donec con-

[1] ἢ τοῦ σ. — [2] συνεόντι. — [3] παρέχον. — [4] καὶ ἐκ. — [5] γίγνεται om. — [6] ἤ. — [7] τι. — [8] ἐπ' αὐτοῦ. — [9] καὶ ἐξαναλίσκεται om.

probaverit, non capio. Tum τῷ συνεόντι vulg., συνενεόντι E. K. P.′ Q.′; equidem in συνενεόντι inesse puto dittographiam $\overset{εν}{\text{συνεόντι}}$ et ἐνεόντι mecum legeram, antequam hanc lect. videram; ἐν τῷ ἄλλῳ χωρίῳ ceteri, sed ἄλλῳ e paulo superioribus huc appulit et eximendum erat. — Denique παρέχον, ut V., Parr. 6. et cod. ν.

τὸ δὲ — ἐπωνυμίην ἔχει.] καὶ ἐκ E. H. I.; — καὶ γίγνεται μᾶλλον vulg., de meo μάλιστα dedi; sed καὶ μᾶλλον sine intermedio γίνεται L. Lind., Mack.; — ἀπό ante τοῦ αἵματος om. E.

ἀπὸ δὲ — εἴρηται] ἀπὸ τοῦ δέ I. J.; — Ionismum πουλυχρόνιος H. praebuit Littréo.

πρὶν δὲ — κάθαρσίς ἐστι.] ἀλλὰ ἄνω E. H.; — δέ τι ἕτερον vulg., de meo τό dedi; — ἐπιμίγνυται K.; — περιστηρίζῃ H.; — ἀπ' αὐτοῦ coniectura Foësii est a Littr. recepta pro vulg. ἐπ' αὐτοῦ; — ὁποίη ἡ κάθαρσίς ἐστι vulg., sed ὁποίη incongruum mihi videtur; puto $\overset{η}{\text{ὅποι}}$ scriptum fuisse et ὅπῃ recipiendum esse.

ἢν δὲ πολλὸν — κοῦφον ὑγρόν.] ἢν δή vulgo ἢν δέ H. I. K. K.′ Q.′ Lind., Mack.; — καὶ ἐξαναλίσκ. ut V. omm. Parr. 5.; — ἀποθνήσκει E. P.′, θνήσκει cett.; — γάρ omm. F. G. Ald.; — πλήν H. ν., sed in H. γάρ rest. al. m., δέ pro γάρ P.′ — Post προσεπαυρ. ferunt ὁ ἄνθρωπος Ald. F. G.; — ἀλλ' ἐξαναλ. vulg., καὶ ἐξαναλ. Littr. de coniectura; — καί ante πρῶτον de meo addidi, Cornarius πρῶτον γάρ voluit sentiens copulam aliquam requiri; — τά pro

λίσκεται ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ ἐπιπόνῳ χωρίῳ ἐόντος· καὶ πρῶτον τὸ πλησίον προσλαμβάνει, εἶτα ἐπὶ τὸ προσωτέρω νέμεται μέχρις ἂν [1]ἐξαναλωθῇ καὶ μηκέτι ἐνῇ τῷ σώματι τροφή· τροφὴ δέ ἐστι ἀνθρώπῳ τὸ κοῦφον ὑγρόν. Ὥσπερ οὖν [2]δὴ τὸ πρῶτον μὲν κατὰ μικρὸν σηπεδὼν ἐγένετο, ᾗ ἂν μάλιστα θερμαίνηται, ἔπειτα ἐπὴν κεῖθι τῇ σηπεδόνι τροφὴ μηκέτι [3]ἐξαρκέῃ, νέμεται ἀπὸ τοῦ ὑγιέος τοῦ πλησίον ἀρξαμένη πρὸς τὸ σῶμα, μέχρις ἂν ὅλον τὸ σαρκῶδες σήψῃ, ἐπὴν δὲ [4]ἐπὶ τὸ πᾶν νέμηται, ἀναλοῦται ἡ τροφὴ τῇ σηπεδόνι· οὕτω δὴ καὶ ἡ νοῦσος ἀπὸ τοῦ χωρίου κείνου ἀρξαμένη, ἐπὴν κεῖθι ἡ τροφὴ μηκέτι ἀρκέουσα ἐνῇ, νέμεται ἐς τὸ πρόσω ἀπὸ τοῦ πλησίον ἀρξαμένη· ἐπὴν γὰρ ἐπὶ τὸ πᾶν ἔλθῃ, ἀνήλωται ἡ τροφὴ τῇ νούσῳ καὶ ἕτερον ὑγιηρὸν οὐκ ἐπικρατέει, κὴν τοῦτο γένηται, θνήσκει ὁ ἄνθρωπος. Ἔτι δὲ ἐν τῇ ταραχῇ, ἐπὴν τοῦτο πλέονος χωρίου λάβηται καὶ μὴ [5]στηρίξῃ, ἀλλὰ εἱλέηται, οὐκ ἔτι τῷ ἄλλῳ μίσγεται, ἀλλ' ἐξαναλίσκεται ἐς τὴν νοῦσον, ἢν μὴ ἀποκαθαίρηται· εἶτα αἱ φλέβες ὑπερπίμπλανται, πλήθουσαι δὲ κάρτα οὐ χαλῶσι ἐξ [6]ἑωυτέων πρὶν εὐρυχωρίη σφιν γένηται. Ὥσπερ ἐπήν τις πληγῇ, καρτερῶς ὑποτρέχει ὑπὸ τὴν πληγὴν αἷμα, ἅτε τῶν [7]φλεβῶν κενωθεισέων ὑπὸ τῆς πληγῆς· ἐπὴν δὲ αἱ σάρκες πλησθῶσι ὅκως περ σπόγγος, οὐκέτι χαλῶσι, ἀλλ' ἔχουσι ἐν ἑωυτῇσι μέχρις οὗ κενωθῇ κατὰ χωρίον τι αὐτέων· ἀπολαμβάνει γὰρ ἐπὴν ξυλλεχθῇ τὸ αἷμα τὴν ὁδὸν ὑπὸ πλήθεος. Ὥσπερ

sumptum fuerit, neque amplius supersit corpori alimentum. Levis autem humor hominis est alimentum. Quemadmodum igitur primum ubi maxime incalescat putredo sensim oboritur, deinde postquam illic alimenti putredini non satis suppetit, in corpus serpit, initio ab eo quod sanum est et propinquum ducto, quoad totum quod carnosum est putredinem conceperit. Postquam autem in totum depastum est, putredinis alimentum consumitur. Sic sane etiam morbus, initio a loco ducto, postquam illic non satis suppetit alimenti, ulterius depascitur, ab eo quod vicinum est sumpto exordio. Ubi enim ad totum pervenerit, morbi alimentum consumitur, nec aliud quod salubre est superat, idque dum accidit homo moritur. Quin etiam ubi hic in conturbatione ampliorem locum acceperit, neque firmatus fuerit, sed volutatur, non amplius cum alio permiscetur, sed in morbum insumitur, nisi repurgetur. Deinde venae supra modum implentur, valdeque impletae nihil ante ex se dimittunt quam amplam capacitatem nactae sint. Non secus ac si quis vehementer percussus fuerit, sanguis ad vulnus decurrit, venis nimirum per vulnus evacuatis. Ubi vero carnes tanquam spongia oppletae fuerint, non amplius dimittunt, sed in se retinent, quoad ex ipsis aliquid per locum vacuetur. Cum enim in unum collectus sanguis fuerit, prae copia viam intercipit. Quemadmodum si quis ampullam oleariam coriaceam angusti oris oleo plenam recta in os obvertat, idque cum fecerit, ex ea oleum prodire non poterit. Oleum enim

[1] ἐξαλωθῇ. — [2] δή et seq. μέν omm. — [3] ἀρκεῖ. — [4] ὡς ἐπίπαν. — [5] στηρίξῃ. — [6] αὐτέων. — [7] φλεβέων κενωθεισέων.

τό H. L. K. εἶτ' H.; — ἐπὶ τῷ προσωτέρω vulg., ἐπὶ τὸ προσωτέρω K.; — τὸ κοῦφον ἀνθρώπῳ ὑγρόν E. H.

ὥσπερ — ὁ ἄνθρωπος.] δή K. Littr., χρή pro δή vulg., χρή om. L., ut Voss.; — τό omm. E. H.; — μέν ex E. H. Littr., vulgo om.; — ἣν μάλιστα vulgo, ᾗ ἂν μάλιστα de coniectura scripsi; — μηκέτ' H.; — ἐξαρκέῃ E. H. v., ἀρκέει vulg., ἀρκεῖ Parr. 3.; — μέχρις sine ἄν prima m. in H.; — ἐπήν E. H. v. Littr., ἐπεί vulg.; — δὲ ὡς vulg., ut V., ὡς omm. prima m. in H., v., Littr. — Pro ἐπίπαν vulgatae ἐπὶ τὸ πᾶν repono, quemadmodum infra ἐπίπαν ἔλθῃ item correxi; — ἀνάλωται Lind; — οὕτω δέ Parr. 5.; — vulgo οὕτω δὴ καὶ τῇ νούσῳ, in quibus de meo repono ἡ νοῦσος, dativus enim e superiore huc devenisse videtur errore librariorum; — καὶ [ἐν] τῇ Lind., minus recte; ἀπὸ [γὰρ] τοῦ Lind., non melius; — ἐπὴν ἐπίπαν ἔλθῃ sine γάρ prima m. in H.; — ἀνήλωται E. H. P.′ Mack., Littr., ἀνάλωται vulg.

ἔτι δὲ — γένηται.] εἱλέεται E, H. pro εἱλέηται; — ὑποπιμπλ. prima m. in E.; — οὐχ ἁλῶσιν idem; — αὐτέων ceteri, ἑωυτέων de meo.

ὥσπερ — πλήθεος.] τήν ante πληγήν Parr. 5., Mack., Littr., vulgo om.; — φλεβέων cett.; — οὐκέτι E. H., οὐκ ἔτι vulg.; — ἀλλ' E., ἀλλά vulg. — Post κατά addunt τό E. H. al. m., P.′ Q.′ Lind., Mack.; — τοιουτέων pro τι αὐτέων J.

ὥσπερ — νούσῳ.] οὖν e K. solo recepit Littr.; — ἐπὶ στόμα prima m. in H., ἐπὶ τὸ στόμα cett.; — ἔπνιξε cett., ἀπέπνιξε de meo; — ἄλειφαρ E. P.′ Lind., iidemque idem

[1]οὖν εἴ τις λήκυθον σκυτίνην στενόστομον ἐμπλήσας ἀλείφατος καταστρέψειε ἐπὶ τὸ στόμα κατ' ἰθὺ, κἂν τοῦτο ποιήσειε, οὐ δυνήσεται ἐξ αὐτῆς χωρέειν τὸ ἔλαιον, ἀπέπνιξε γὰρ τὴν ὁδὸν τὸ ἄλειφα, ἅτε πολλὸν καὶ ἁλὲς ἐπικείμενον· ἢν δὲ ἐπικλίνῃ τις τὴν λήκυθον, κενεὴ ἔσται ἡ ἀπὸ τοῦ στόματος πνὶξ καὶ ῥεύσεται ἐξ αὐτῆς τὸ ἄλειφα· τὸ δ' αὐτὸ ποιήσειε ἂν καὶ ἐπὶ τραπέζης ὕδωρ· οὕτω δὴ καὶ ἐπὴν τὸ πλεῖον ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ταραχῆς χωρίου λάβηται καὶ πλήσῃ τὰς Φλέβας, οὐκέτι ἀπέρχεται ἐξ αὐτέων πρὶν ἢ ὅκου [2]τὸ χωρίον κενεὸν τῆς τροφῆς [3]ἐξαναλισκομένης τῇ νούσῳ. Καὶ ταῦτα μὲν εἴρηταί μοι, ἐπήν [4]τι ἐν τῷ σώματι ᾖ, ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίγνονται, πληθυόντων καὶ τῶν ἄλλων, ὅκως ἐργάζονται αἱ ἀρχαὶ τὴν θέρμην καὶ τὴν ταραχὴν τῷ ὑγρῷ ὑπάγουσαι ἐς νοῦσον.

copiosum et confertim incidens viam coarctavit. Quodsi quis ampullam oleariam paulum inclinet, tolletur oris obturatio, per quam ex ipsa oleum effluet. Idem etiam in aqua supra mensam effusa experiri licet. Ad hunc sane modum ubi plurimus corporis humor in conturbatione locum occupaverit, et venas impleverit, non amplius ab eo discedit, nisi si locus vacuus fuerit, unde morbi oriuntur, morbi alimento consumpto. Atque ista quidem a me dicta sunt, ubi quid in corpore fuerit, unde morbi oriuntur, aliis etiam redundantibus, quomodo principia humori calorem et turbationem afferant et ad morbum deducant.

κα'. Νῦν δὲ ἐρέω τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἢν ἀνεπιτήδεια [5]γένηται Φύντα ἐν τῷ σώματι, τίνα ἐργάζεται ὁκόταν κρατέῃ ἐν τῷ σώματι τοῦ ὑγροῦ. Φημὶ δὲ τὸ μέν τι ξυστρέφεσθαι καὶ παχύνεσθαι τῆς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἰκμάδος, ἐπὴν τηχθῇ, ἕως ἂν νοῦσον ἀποτέκῃ, τὸ δὲ διευρύνεσθαι καὶ διακρίνεσθαι. Ἔοικε δὲ καὶ τοῦτο τὸ πάθος γάλακτι· ἐπὴν γάρ τις ὀπὸν ἐμβάλῃ ἐς τὸ γάλα, ψύξις γενομένη ἐπ' αὐτῷ τῷ γάλακτι ξυνεπάχυνε τὸ γάλα καὶ ὁμοῦ ἐποίησε, περὶ δὲ τὸ παχυνθὲν [6]ὁ ὀρρός ἐστι· οὕτω δὲ καὶ [7]ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑγρὸν τῆς ἐπινόσου ψύξιος γενομένης ξυνεστράφη καὶ ξυνεπαχύνθη· περὶ δὲ αὐτὸ [8]ἐστὶ καὶ τὸ

21. Nunc vero dicendum quaenam in corpore efficere soleant quae a coelo dependent, si corpori incommoda fuerint et corporis humorem superaverint. Assero autem partem eius humoris, qui est in homine, cum colliquatus fuerit, in se concrescere et incrassari, donec morbum pariat, partem vero dilatari et disparari. Quae affectio cum lacte affinitatem habet: nam si quis coagulum in lac iniecerit, frigus in eo obortum lac incrassat et in se cogit, serum autem quod incrassatum est ambit. Ita vero etiam in homine humor morbosa refrigeratione orta concrevit et incrassatus est. Circa illum vero etiam reliquus humor est, quantum eius

[1] οὖν om. — [2] ἐστὶ τὸ χ. — [3] ἐξαλισκομένης. — [4] τι om. — [5] γένηται φύντα ἐν τῷ σ. — [6] ὁ om. — [7] ἐπί. — [8] ἐστί.

paulo post; — ἢ ῥεύσεται vulg., καὶ ῥεύσεται prima m. in E. Q.' Lind., Mack., Littr.; — τὸ αὐτό K. sine δ'; — ἂν post ποιήσειε de meo interposui; — οὕτω δέ E. H., Merc. in marg.; — τὸ πλεῖον Parr. 6., Lind., Mack., Littr., τὸ πλεῖστον vulg.; — χωρίον λάβηται E. K.; — πλήσειε ceteri; πλήσῃ de meo; — οὐκέτι E.; — οὐκ ἔτι cett.

καὶ ταῦτα — ἐς νοῦσον.] καὶ ὅκως cett.; — ἐργάζωνται H.

21. νῦν δὲ ἐρέω — ὑγροῦ.] ἢν ἀνεπιτήδεια γένηται Φύντα ἐν τῷ σώματι omnes, in quibus habemus imitationem Homerici ἐν δ' ἄρα οἱ Φῦ χειρί. Tum omnes καὶ ὁκόταν κ. τ. λ., in quibus καί interpolatum est et sensum loci perturbat, ita ut item copulam h. l. abiiciam.

Φημὶ δὲ — διακρίνεσθαι.] δέ om. pr. m. in H.; — μέντοι nonnulli pro μέν τι, vitiose tamen; — ἐπὴν τηχθῇ omnes, cuiusmodi aoristi formam num e tam corrupti libri capitulo corruptissimo retinere liceat, fortasse dubitas; itaque malis τακῇ dare? Fecissem, nisi me retinuisset locus sub finem libri ubi τηχθέν recurrit! Dein ἂν post ἕως de meo addidi; — vulgo τότε, alii τό τε, sed recte K.' i. e. Corn., eumque secuti Mack., Littr., τὸ δέ. Denique δὲ εὐρυν. prima manus in E., sed restituitur διευρύνεσθαι.

ἔοικε — πλείστη.] γάρ de meo interposui; — οὕτω δέ E. H., οὕτω δή vulgo; — ἐν τῷ ἀνθρώπῳ E. H. Littr., ubi vulgo ἐπ' (Parr. 3. ἐπὶ) ἀνθρώπῳ; L. Lind., Mack., ἐπὶ τῷ ἀνθρ. — Dein ἐπὶ νούσου vulg., ἐπινούσου et ἐπινόσου pauci libri, quorum hoc cum Littréo recepi; — γινομένης vulgo, sed J. K. Littr. accusativum habent. — Dein vulgata περὶ δὲ αὐτὸν τὸν ὕδρωπα ἐστὶ καὶ τὸ ἄλλο ὑγρὸν, ὁκόσῳ

ἄλλο ὑγρὸν, ὁκόσον ἂν πλεῖον ἔῃ ἐν τῷ σώματι· ἀλλ' ἢν μὲν ἐς τὴν κοιλίην ἔλθῃ, διετάραξε τὴν κόπρον καὶ στρόφον ἐν τῇ κοιλίῃ ἐποίησε καὶ διεξῆλθε ἔξω, οὐδὲν μέγα σίνος παρασχόν· ἢν δὲ μὴ ἐς τὴν κοιλίην ἔλθῃ, στηρίξει τοῦ σώματός πῃ, ἵνα οἱ εὐρυχωρίη πλείστη. Εἰλέεται οὖν ἐξευρὸν ἑωυτῷ εὐρυχωρίην καὶ τοῦ μὲν ὕδρωπος τὸ ἀποκριθὲν ἀπὸ τῆς ξυστροφῆς ἔρχεται, ἅτε ψυχρότατον καὶ βαρύτατον ἐὸν ἐν τῷ σώματι, ἐς τὸ κάτω καὶ περὶ τὰ ὀστέα καὶ περὶ τὰ νεῦρα εἰλούμενον ἔτι μᾶλλον τὸ σῶμα ἐς φλεγμονὴν ἄγει καὶ δηλονότι περὶ τὰ νεῦρα καὶ μάλιστα περὶ τὰ ὀστέα ὁ ὕδρωψ ὁ τὸν κρυμὸν ποιέων ἐστί. Τὰ γὰρ ὀστώδεα τοῦ σώματος μάλιστα [1] ῥιγεῖ ὁ ἄνθρωπος καὶ αἱ τρίχες ὀρθαὶ ἵστανται ξυστραφείσης τῆς ἐπιδερμίδος καὶ ξηροτέρης [2] γενομένης ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ, ἅτε τοῦ ὕδρωπος ἐκλιπόντος αὐτόθεν καὶ περὶ τὰ ὀστέα εἰληθέντος. Ἐντεῦθεν δὴ μοῦνον τὸ χωρίον, ὅκου ἐστὶ τὸν πρῶτον χρόνον, οὐ δύναται [3] κρυμὸν ποιέειν, ὅθεν καὶ τὸ ῥῖγος γίγνεται· τὸ δὲ ἄλλο ὑγρὸν, τὸ μὲν παχυνθὲν [4] ἐσωτάτω ἐν τῷ σώματι παντί ἐστι· τὸ δὲ ὅσον πλέον, ἢν μὲν [5] μὴ τύχῃ ἡ κοιλίη πλέη ἐοῦσα κἢν ὀλίγον ᾖ τὸ λυπέον, ἔρχεται ἔστι ὅτε ἐς τὴν κοιλίην καὶ σίνος οὐδὲν μέγα ἐποίησε, καὶ ποτὲ μὲν πῦρ οὐκ ἐπήγαγε, ποτὲ δὲ βληχρὸν καὶ ἀσινὲς καὶ

superest in corpore; sed si ad ventrem deferatur, stercus commovet et in ventre tormina excitat forasque exit nulla magna illata noxia. Sin ad alvum non deferatur, ad eam corporis partem adhaerescet, in qua plurimam capacitatem adeptus fuerit. Locum igitur amplum sibi nactus in eo volutatur et quod quidem aquosi humoris ex concretione secernitur, cum nimirum in corpore frigidissimum et gravissimum sit, ad inferiora descendit et circum ossa et nervos cumulatum etiam maiorem corpori inflammationem inducit ac manifesto circa nervos et maxime circa ossa adest aquosus humor frigus efficiens. Osseae enim praecipue corporis partes in homine rigore corripiuntur pilique eriguntur summa cute concrescente et sicciore quam antea reddita, deficiente nimirum isthic aquoso humore et circum ossa convoluto. Hinc sane solus locus, ubi antea erat, frigus facere nequit, unde etiam rigor oritur. Reliquus vero humor partim coactus est in maxime internis totius corporis latebris; alia vero pars, quantum superest, nisi venter repletus sit, et si parva copia sit quod molestum est, interdum ad alvum devenit, nec magnum damnum attulit, interdumque febrem non induxit, interdum vero debilem et innoxiam, idque quod laesit una cum stercore exiit. Sin vero alvus plena id quod laedit, quippe quum multum sit, non recipiat, peri-

[1] ῥιγῇ. — [2] γινομένης. — [3] χυμόν. — [4] ἰσώτατον. — [5] δή.

ἂν πλεῖον ἔῃ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι ξυμμέμικται, quod Cornarius ita videtur expedire voluisse, ut pro ἐστί reciperet ἔτι, quod Littréus exhibuit; at vel sic scriptus locus intelligi nequit. Recurrendum est ad id, cum quo haec comparat noster, de quibus nunc agit, quo facto videbis περὶ δὲ αὐτὸν τὸν ὕδρωπα ita esse natum, ut auctor περὶ δὲ αὐτό scriberet, alius glossam τὸν ὕδρωπα adponeret ad αὐτό. Sed neque ξυμμέμικται is scripsit, sed solum ἐστί dedit et ξυμμέμικται est interpolatio omni nomine absurda. Porro ὁκόσον pro ὁκόσῳ legere oportet; neque vero ferendum vulgatum ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, in quo ἄλλῳ ex antecedente τὸ ἄλλο ὑγρόν ortum duxit, quare delevi. — Tandem vulgata στηρίζει, pro quo ex Ald., Parr. 5. scripsi στηρίξει.

εἰλέεται — ποιέων ἐστί.] ἐν τῷ σώματι ἐόν E. H.; — εἰλούμενα vulg., εἰλούμενον dudum emendarunt Corn., Foës., alii post hos; — καὶ περὶ τὰ ὀστέα μάλιστα E. H. — Vulgo χυμόν, pro quo φλογμόν Lind., Mack., sed mihi egregia emendatio visa est Littréi κρυμόν, quam simul ac videram sum amplexus.

τὸ γὰρ — εἰληθέντος.] Pro vulgato ῥιγῇ cod. v. recte ῥιγεῖ, item. Port., Mack. ῥιγοῖ. De meo γενομένης dedi pro vulgato γινομένης. Denique ceteri ἐκλείποντος, pro quo de meo aoristum scripsi; — cod. E. αὐτόθι.

ἐντεῦθεν — τῇ κόπρῳ.] χυμὸν ποιέειν vulgo, et iterum φλογμόν Lind., Mack. et iterum rectius Littréus κρυμόν. Porro vulgo: τὸ δὲ ἄλλο ὑγρὸν τὸ ἰσώτατον παχυνθὲν τὸ ἐν τῷ σώματι παντί ἐστι· τὸ δὲ ὅσῳ πλέον, ἢν μὲν δὴ τύχῃ ἡ κοιλίη πλέη ἐοῦσα καὶ ὀλίγον ᾖ τὸ λυπέον κ. τ. λ. In quibus ἐσώτατον solus K'. alia manu et τὸ μὲν τῷ K.' Mack., τὸ μὲν ἐν τῷ Lind., Littr. — Sed ne sic quidem locus recte sibi constat: primum ἰσώτατον absurdum mihi videtur, ἐσώτατον vero viam sternere ad veram scripturam ἐσωτάτω; tum vero partitio non recte sibi constat ne cum Lindani emendatione quidem et vero ὅσῳ rursus in ὅσον mutandum, ut supra; ἢν μὲν δή dudum a Corn. est emendatum ἢν μὲν μή scribendo; pro καὶ ὀλίγον ᾖ legendum κἢν ὀλίγον ᾖ. Quodsi iam textum, qualem dedi, cum vulgata compares, videbis quare principio horum verborum ordinem mutaverim. In seqq. Lind. ἔρχεται post κοιλίην collocavit, non male me iudice. Pro ἀσινές H. ἀσθενές falso.

ἐξῆλθε τὸ πονέον ξὺν τῇ κόπρῳ. Ἢν δὲ ἡ κοιλίη πλήρης ἐοῦσα μὴ πολλὸν δέχηται τὸ λυπέον, κίνδυνός ἐστι ἐξ αὐτοῦ νοῦσόν τινα γενέσθαι, ἤν πη στηρίξῃ τὸ [1] σινόμενον ἢ πρὸς πλευρὸν ἢ πρὸς σπλάγχνον [2] τι, ἤ πη ἄλλῃ καὶ [3] ξυνθερμαίνῃ ξὺν τῷ ἵνα ξυνέστη [4] πρῶτον ἐκεῖνο. Ὁκόσοισι δὲ οὐχὶ κάρτα [5] πρὸς τῆς θέρμης τὸ τοῦ ὕδρωπος νενικημένον, ἅτε περὶ τοῖσι ὀστέοισι ἐὸν καὶ πλησίον τοῦ μυελοῦ, χρόνῳ [6] μᾶλλον ἄασε πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ χωρίον, ἔπειτα τὸ πλησίον αὐτοῦ καὶ δὴ νέμεται ἐς τὰ προσωτέρω καὶ ἡ κοιλίη οὐ προσλαμβάνει θερμὴ ἐοῦσα, ἔπειτα ἐπὶ μᾶλλον θερμαίνει ἥ τε κοιλίη καὶ τὸ σινόμενον. Τὸ δὲ ὑγρὸν παχὺ θερμαινόμενον διαχέεται, πρῶτον τὸ πλησίον τοῦ πονέοντος ἐόν· διαχεόμενον δὲ μίσγεται τῷ πονέοντι ὕδρωπι, εἶτα κενεώτερα ἐγένετο τὰ ἄλλα τοῦ σώματος ἐν τῇ ξυστροφῇ, καὶ μέχρι τούτου ῥῖγος ἔχει, μέχρις οὗ ὁ ὕδρωψ τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ [7] ξύνεστι.

culum est ne inde morbus aliquis oriatur, si qua impingat id quod laedit, sive in latus, sive in viscus aliquod, sive in aliam partem quampiam eamque calefaciat una cum loco ubi primum constitit. Quibus vero humor aquosus non valde superabatur a calore, cum nimirum circum ossa sit et prope medullam, temporis tractu magis laedit primum quidem locum ipsum, dein ipsi proximum et proserpit ulterius et alvus cum eo conspirat, quum calida sit, ac dein sensim magis et venter et id quod laedit eum calefacit. Humor vero crassus concalefactus diffunditur, primum quidem is qui laedenti est proximus; diffusus vero commiscetur cum laedente humore aquoso; dein reliquae corporis partes magis vacuae factae sunt in concretione et rigor detinet, quamdiu humor aquosus reliquo permixtus est.

κβ'. Καὶ τὸ πῦρ ὧδε γεννηθὲν γίγνεται· τὰ γὰρ πονέοντα πρός τι χωρίον στηρίξαντα θερμαινόμενα τὸ σῶμα ἀναγκάζει ἐς [8] ἑωυτὸ πῦρ δέχεσθαι, καὶ ὑπὸ τοῦ σινομένου καὶ ὑπὸ τῆς κοιλίης θερμανθὲν ἐπικρατέει τοῦ ἄλλου ὕδρωπος καὶ οὕτω τὸ μὲν πῦρ μετὰ τὸν κρυμὸν, ἤν πη τοῦ σώματος στηρίξῃ τὸ ὑγρὸν τὸ πλεῖον. Ἢν δὲ ειλέηται, τρόπῳ τοιῷδε

22. Ac febris hoc modo nascitur et oritur: quae nempe molesta sunt ad aliquem locum inhaerentia, incalescentia corpus in se febrem contrahere cogunt et ab eo quod noxium est et ab alvo calefactum reliquum aquosum humorem superat. Atque ita quidem post frigus fit febris, si copiosus humor in aliquam corporis partem incubuerit. Quodsi convolva-

[1] σινεόμενον. — [2] τι om. — [3] συνθερμαίνει ἵνα ξυνταράξῃ. — [4] πρῶτον ἐκεῖνο ὀκόσοισι δέ. — [5] πρό. — [6] δὲ μᾶλλον ὅσα εἴη. — [7] ξύνεστι om. — [8] ἑωυτὸν πῦρ γίνεσθαι καὶ ὑπὲρ τοῦ σινεομένου καὶ ὑπὸ τ. κ.

ἢν δὲ ἡ κοιλίη — τὸ σινόμενον.] Vulgo ἢν δὲ ἡ κοιλίη πλήρης ἐοῦσα πολλὸν ἔχῃ τὸ λυπέον κίνδυνός ἐστι κ. τ. λ. — Sed haec cum superioribus et seqq. ita pugnant, ut defendere ea nemo possit; mihi in ἔχῃ vestigium superesse visum est verbi δέχηται, quod si teneas et vicina conferas, intelliges quare locum, quemadmodum feci, descripserim. Dein στηρίξῃ vulg., στηρίζῃ E. H. Lind., Littr.; — σινεόμενον cett., de meo σινόμενον scripsi; — τι E. H. Littr., vulgo abest. — Iam vero vulgata: ἤ πη ἄλλῃ ξυνθερμαίνῃ, ἵνα ξυνταράξῃ πρῶτον ἐκεῖνο. Ὁκόσοισι δὲ οὐχὶ κάρτα πρὸς τῆς θέρμης ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος νενικημένον, ἅτε περὶ τοῖσιν ὀστέοισιν ἐόντος καὶ πλησίον τοῦ μυελοῦ, χρόνῳ δὲ μᾶλλον ὅσα εἴη, πρῶτον μὲν κ. τ. λ. — In hisce ξυνθερμήνῃ Lind.; — πρό pro πρός L.; — κεκινημένον K. pro νενικημένον. Tum Lind., ὁκόσοι δὲ οὐχὶ κάρτα πρὸ τῆς θέρμης ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος νενικημένοι κ. τ. λ. Pro χρόνῳ δέ K.′ Lind. χρόνῳ δή, verum χρόνῳ sine δέ K. — Pro ὅσα εἴη Lind. πονέουσι, K.′ ἐσήσει. — Littréus e vulgata ὀκόσοισι eiecit, ἐκεῖνο ad alteram periodum traxit ἐκεῖνο δέ scribens et pro ὅσα εἴη dedit ἐσάσσει. Tum in fine prioris periodi ξυνετάραξε pro subiunctivo scripsit. — Lind. καὶ πρῶτον μέν et ἔπειτα δὲ τό dedit; οἱ ante προσλαμβάνει om. J., ἣ pro eo dedit Corn. in K.′; — καὶ θερμὴ ἐοῦσα J. — Ego quae mutaverim patebit illi, qui textum quem dedi cum vulgata confert. Conatus sum mentem auctoris saltem assequi, ubi nemo facile in tanta corruptela ipsa verba reperiet.

109. Alvi infusum pituitam educens. *Locus corruptus.*

σμύρνης [ἴσον] Lind. — Equidem τρίτον μέρος ante καὶ ψιμυθίου reieci.

εἰ βούλει — εὔχροος.] ἐὰν δὲ καί vulg., ἢν δὲ καί Littr. ex θ., — ἀλκυόνιον — ἐπαλείφειν in vulg. abest, sed ex θ. dedit Littréus; — ἐρυθρὸς καὶ εὔχροιος vulg., ἐρυθρὸν καὶ εὔχροον Littr. ex θ. — Equidem locum me non intelligere fateor, quin corruptionis indicia video manifesta; — δακρύῳ ἀμπέλου ἀλείφειν ἐλαίῳ intelligi nequit, lacunas inesse opinor; — quod sequitur ἢν δὲ καὶ τὸν ὀφθαλμὸν βούλῃ non melius intelligitur, nam quid ad βούλῃ sit repetendum e superioribus, unde ὀφθαλμόν pendeat, non liquet. Porro ἀποδρέψας ad pilos spectare putant interpretes, quod num recte opinentur dubito. Latetne in ἀποδρέψας compositum aliquod verbi στρέφειν? Num in postremis neutra ex cod. θ. prae masculinis vulgatae praestent, dubito. Equidem locum pro desperato sibi relinquo.

107. λειεντ. — γένηται.] λιεντερίης cod. θ. Ald.; σιτανίους vulg., σηταν. C. θ.; — διατρωγωμένη vulg., διατρωγώμενοι Edd. antt., διατρωγόμενοι cod. θ., Littr.; ὡς διατρωγόμενοι voluit Foës., dedit Lind., sed non recepit Littr. — Porro θυείᾳ vulg., θυΐᾳ Lind., θυΐῃ cod. θ. Littr.; — χύτρην cod. θ. Littr.; — δέ post ἐπειδάν ex θ. addidit Littr.; — ἐάν vulg., ἢν cod. θ. Littr.; — διψᾷ cod. θ., διψῇ vulg.; — τούτω χρῆσθαι ἄχρι ὅτου ὑγιής cod. θ.; — ego τούτῳ e vulg. abegi.

108. ἢν δὲ — τρίβειν.] ἢν cod. θ. Littr., ἐάν vulg.; — κόρυζαν ceteri; — μέλι cett., μέλιτι de meo, quippe aut hoc, aut μέλι ξυμμίξας scribendum est; — ὀθόνιον ποιήσας vulg., sed ἀναποιήσας cod. θ. Littr., illud ἀναποιέειν hic *parare* significat.

109. κλυσμὸς — θάλασσαν.] ἄγει C. θ.; — ad ἀσταφίδος Littr. adnotat: „je prends ἀσταφὶς pour le staphis aigre." διεῖναι θαλάσσῃ ἢ πιτύρια cod. θ.; — ἢ πτισάνην omnes; — μέχρι cod. θ.; — ἢ τεύτλου vulg., ἢ τεύτλων cod. θ.; — equidem σεύτλου scripsi de meo; μούνῳ — ἢ λινοζώστιος χυλῷ solus θ. praebuit Littréo; — πλεῖον ἐς θαλ. vulg., πλὴν ἐς θαλ. cod. θ. Littr. Locus tam prave scriptus est, ut nullam lectioni fidem habeam; sine dubio ἢ κόκκους Κνιδίους ὅσον τεσσαράκοντα, ἢ κνήστρου πόσιν legendum est, sed ceterum haec pro desperatis sibi relinquo.

Ἢν δὲ θέλῃς χολὴν ἄγειν, ὀποῦ πόσιν, ἐλατηρίου [ὁλκὴν καὶ] ἥμισυ, κολοκυνθίδος τρῖψαι δραχμὴν σταθμόν· διεῖναι δὲ τοῖς αὐτοῖς οἷς καὶ πρότερον.

Ἢν δὲ σφοδρότερον θέλῃς ἄγειν, σικύης ἐντεριώνης τέσσερας δραχμὰς ἀποβρέξας ἐν ὕδατος ἡμικοτυλίῳ, κλύσαι· καὶ ἐὰν ἐξελθὸν δάκνῃ, μετακλύσαι πτισάνης χυλῷ.

Ἕτερον. Ἐν γάλακτι ἑφθῷ ὀνείῳ, ἢ ἐν σεύτλου χυλῷ [τρισὶ κοτύλαις] ἀποβρέχειν τὴν ἐντεριώνην, παραμίσγειν δὲ ἅλας καὶ μέλι καὶ ἔλαιον, μετακλύζειν δὲ πτισάνης χυλῷ.

Ἕτερον. Κολοκυνθίδος δραχμὴν τρίψας καὶ προβρέξας ἐν γάλακτι ὀνείῳ, μίσγειν.

Ἕτερον. Ἐντεριώνης δραχμὴν, ἐλατηρίου πόσιν, ἁλὸς ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι, μέλι, ἔλαιον· διεῖναι θαλάσσῃ.

Ἢν δὲ κόπριον θέλῃς ἀγαγεῖν, μηδὲν πίνειν φάρμακον, τοῖσι δὲ ἄλλοισι χρῶ.

Δυσεντερίης κλυσμός. Ἐν οἴνῳ σίδια ῥοιῆς γλυκείης ἑψῆσαι ὡς πλεῖστον, ἕψειν δὲ μέχρις οὗ τὸ ἥμισυ λειφθῇ, μίσγειν δὲ μέλι, ἔλαιον, τεταρτημόριον κοτύλης ἑκατέρου.

Τεινεσμοῦ. Λιβανωτοῦ τέσσερας δραχμὰς, μύρου ῥοδίνου ἡμικοτύλιον, πτισάνης χυλὸς, θάλασσα ἑφθή. — Ἐλλεβόρου δύο πόσιας τρίψας, ὕδατος διεὶς ἡμικοτυλίῳ, ἐλαίου ἴσῳ,

Quodsi bilem educere voles, succi laseris quantum una potione satis sit, elaterii dimidium, colocynthidis agrestis drachmae pondus terito et iisdem, quibus prius, diluito.

Si vero vehementius ducere voles, cucumeris agrestis interiorem partem ad drachmae quadrantem, aquae dimidia hemina maceratam in alvum infundito et si in exitu mordeat, postea ptisanae cremore colluito.

Aliud. In lacte asinino cocto, aut in succo betae cucumeris agrestis interiorem partem macerato, sale admixto, melle et oleo; postea vero ptisanae cremore colluito.

Aliud. Cucurbitae agrestis drachmam tritam et prius lacte asinino maceratam misceto.

Aliud. Cucumeris agrestis interioris partis drachmam, elaterii quantum una potione satis sit, salis pugillum, mel, oleum, aqua marina diluito.

At si stercus educere voles, nullum medicamentum propinato, verum reliquis utitor.

Ad intestinorum difficultatem infusum. Mali Punici dulcis cortices in vino plurimum decoquito, quoad dimidium remaneat, admisce vero mel, oleum, singulorum heminae quadrantem.

Ad inanem desidendi cupiditatem. *Formula integra non est.*

Veratri quantum ad duas potiones satis sit, terito, aquae hemina dimidia, olei aequali

ἢν δὲ θέλῃς — πρότερον.] ἐάν vulg. ἤν cod. θ. Littr.; — δ' ἐθέλῃς C., βούλῃ cod. θ.; — ἥμισυ κολ. vulg. ἡμίσιαν (i. e. ἡμίσειαν) κολοκυνθ. idem; δέ post διεῖναι ex eodem recipio; — καὶ τὸ πρότερον idem.

ἢν — χυλῷ.] ἢ cod. θ. Littr. ἐάν vulg.; — δέ om. θ.; — σφοδροτ. omm. Ald. C. θ.; — ἐθέλῃς ἄγων C.; — ἐντεριώνην vulg., ἐντεριώνης de meo ἐντ. τέταρτον δραχμῆς ἀπ. vulg.; sequor θ. cum Littréo; — ceteri τούτῳ ante κλύσαι, quod abieci; — ἐξελθόντος cod. θ.

ἕτερον — χυλῷ.] ἐν ante γάλακτι ex θ. Littr.; — ἢ om. cod. θ.; — ἐναποβρέχειν vulg., ἀποβρ. cod. θ. Littr.; — δέ ex C. θ. idem recepit; — ἅλα C. θ.

ἕτερον — μίσγειν.] ἕτερον cod. θ. Littr.; — vulgo om.; — καί om. θ., idemque μίσγειν ταῦτα i. e. ταὐτά, ubi vulgata τὰ αὐτά; ego haec abieci.

ἕτερον — θαλάσσῃ.] ἕτερον ex θ. Littr. — Dedi ἁλός, ubi vulgo σολόμης: Foës. adnotat se cum Corn. ἁλός, aut ἅλμης legere. Littr. ad ἅλμης respiciens: „la conjecture, inquit, de Corn. ne semble pas bonne, à cause de θαλάσσῃ, qui suit." — Equidem de ἁλός id valere nego; sed praeterea absurdum est ἅλμης ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι, non ἁλὸς ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι. Quin σολόμης e nulla alia
ος
re originem traxit, me iudice, quam e ἅλμης in dittographia. Itaque ἁλός confidenter recipio. Tandem διιέναι vulg., διεῖναι cod. θ.

ἢν δὲ κόπριον — χρῶ.] ἤν cod. θ. Littr., ἐάν vulg.; — ἄγειν cod. θ.; — μίσγειν idem pro πίνειν; — φαρμ. om. idem.

δυσεντερίης — ἑκατέρου.] ἑψῆσαι cod. θ. Littr., ἑψήσας vulg.; — μέχρι τὸ ἡμ. C.; — ὡς pro μέχρις οὗ cod. θ.; — ἔλαιον solum vulg., μιέλαιον C., μέλι, ἔλαιον cod. θ. Littr. Porro κοτύλης ἑκατέρου τὴν ἑτέρην. λιβανωτοῦ τέταρτον δραχμῆς μύρου vulg.; — κοτύλης λιβανωτοῦ τέταρτον δραχμῆς. Ἕτερον· μύρου Lind.; — κοτύλης ἑκατέρου. Τηνεσμοῦ λιβανωτοῦ τέσσερας δραχμὰς μύρου cod. θ., quem cum Littréo sequor.

τεινεσμοῦ — φύλλα.] Formula λιβανωτοῦ — θάλασσα ἑφθή integra non est: in πτισάνης χυλὸς, θάλασσα ἑφθή supersunt nomina substantiarum, quibus quomodo parandum esset remedium in deperditis significatum fuerit. Littréus ἐλλεβόρου novae formulae initium esse statuit; consentio, vidit autem dudum Foësius teste eius interpretatione. — Cod. θ. φύσιες pro πόσιας; — dein ἡμικοτύλιον vulg., sed ἡμι-

κλύζειν τῷ χυλῷ. Ὕδωρ ἐγχέας ἐς σκαφίδα, μῆλα Κυδώνια κατατάμνειν καὶ ἐᾶν ἐκβρέχεσθαι· ἐπειδὰν δὲ τὸ ὕδωρ τὴν ὀσμὴν ἔχῃ, διδόναι πίνειν. Ἢ πτισάνης λέκιθον ἐμβαλὼν ἐς χοέα τοῦ ὕδατος, ἕψε μέχρις ἂν λιπαρὸς γένηται, ψύξας δὲ τὰ μῆλα κατατάμνειν, κηρίον δὲ καταβρέξαι ἐν τῷ ὕδατι καὶ ἅμα τρίβειν ἔστ' ἂν ὑπόγλυκυ ᾖ, καὶ διηθήσας ἐμβάλλειν σελίνου φύλλα.

Ἕτερον. Ἀσταφίδα λευκὴν ἐς ὕδωρ ἐμβαλὼν, καλαμίνθην ἢ κορίον ἀνατρίβειν ἐς ὕδωρ ὑπόγλυκυ.

portione diluito, succoque colluito. Aqua in scaphulam infusa conscinde mala Cydonia et macerari sinito; postquam vero aqua odorem contraxerit, potui exhibeto. — Aut ptisanae lomentum in aquae congium immissum decoquito, donec pingue evadat; refrigerato humore mala conscinde et mellis favum in aqua macerato et simul terito, donec subdulcis fiat et colatae iniice apii folia.

Aliud. *Formula non est integra.*

κοτυλίῳ cod. θ. Littr.; quo recepto simul *ἴσῳ* pro ceterorum *ἴσον* scripsi. — Porro *κλύζειν χυλῷ ἐγχέας ἐς σκαφίδα. μῆλα κ. τ. λ.* vulg., quod quum intelligi non posse recte animadverteret Littr., dedit: *κλύζειν. Χυλὸν ἐγχέας κ. τ. λ.*, sed falsus est: legendum est *κλύζειν τῷ χυλῷ* et tum distinguendum; nam e sequenti *ἐπεὶ δὲ τὸ ὕδωρ τὴν ὀσμὴν ἔχῃ* apparet ante *ἐγχέας* excidisse *ὕδωρ*, quod reposui. Dein *κατατέμνειν* cod. θ.; *βρέχεσθαι* idem; — ante *πτισάνης* de meo *ἢ* adposui, H ante Π periit; — *λέκυθον* vulgo, *λέκινθον* C., *λέκισκον* cod. θ., *λέκιθον* Littr.; — *ἑψεῖν* cod. θ. pro *ἕψε*; — dein *ψύξας* (*ἑψήσας* pro *ψύξας* Calv., Foës., Lind.) *δὲ τὰ μ. ἣν κατατάμῃς* (*κατατάμνειν* cod. θ.) *κήριον καταβρέξαι δὲ ἐν* vulg.; — equidem textum ut Littr. descripsi, nisi quod *τῷ* ante *ὕδατι* addidi, quod abesse nequit; — *ἀνατρίβειν* cod. θ. pro *ἅμα τρ.*; — *ἔστ' ἂν* Littr. ex θ. pro vulg. *ὅταν*.

ἕτερον — ὑπόγλυκυ.] *ἐμβάλλων* cod. θ.; — haec formula non est integra: illud *ὕδωρ ὑπόγλυκυ* facit, ut *κηρίον* pro *κόριον* legendum videatur, quod etiam Foësius opinatus est, qui „parum mellis" Latine. — Sed *καλαμίνθην ἢ κηρίον* ineptum est, quum hae res nimium inter se differant; et *κηρίον ἀνατρίβειν ἐς ὕδωρ ὑπόγλυκυ*, saltem esse debet *ἀνατρίβειν ἐς ὕδωρ ἕως ἂν ὑπόγλυκυ γένηται*. Res eo redit, ut rursus habeamus in postremis formulae cuiusdam membra disiecta, nescio quo modo a librariis conglutinata.

ΠΕΡΙ ΑΦΟΡΩΝ.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ ΕΣΤΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΑΛΑΙΟΥ ΟΥ ΜΕΡΟΣ ΜΕΙΖΟΝ ΤΟ ΓΥΝΑΙΚΕΙΩΝ ΠΡΩΤΟΝ.

DE MULIERIBUS STERILIBUS.

FRAGMENTUM EST EIUSDEM LIBRI ANTIQUI, CUIUS PARS MAIOR LIBER PRIMUS DE MORBIS MULIERUM.

ΠΕΡΙ ΑΦΟΡΩΝ.

α΄. Περὶ μὲν τῶν γιγνομένων τῇσι γυναιξὶ ἐφ' ἑκάστοισι τῶν παθημάτων πρότερον εἴρηται· νυνὶ δὲ ἀποφανέω, δι' ἃς αἰτίας ἄφοροι γυναῖκες τὸ πάμπαν [1] καὶ διότι οὐ τίκτουσι πρὶν ἰηθέωσι. Φημὶ δὲ τοῦτο αἴτιον εἶναι· — ἢν στραφῇ τὸ στόμα τῶν μητρέων πάμπαν ἀπὸ τοῦ αἰδοίου, [2] οὐ κυΐσκεται· οὐ γὰρ δέχονται αἱ μῆτραι τὴν γονὴν, ἀλλ' ἔξω αὐτίκα ἔρχεται. Γίγνεται δὲ τοῦτο καὶ ἢν ὀλίγον παραστραφῇ τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀπὸ τοῦ αἰδοίου παρὰ φύσιν· καὶ ἢν μεμύκῃ τὸ στόμα τῶν μητρέων πάμπαν, οὐδ' οὕτω δέχονται, οὐδ' ἢν ἁρμοῖ μεμύκῃ [μᾶλλον ἢ δεῖ]. Δῆλον δὲ τούτων ἕκαστόν ἐστι τῶν εἰρημένων· ἢν μὲν γὰρ ἀπεστραμμένον [3] ᾖ πάμπαν, ἢ μεμυκὸς, τὰ καταμήνια οὐκ ἔρχεται τὸ παράπαν, ἢ ἔρχεται βιαίως ξὺν νούσῳ, [4] ἢν βιάσηται τὸ αἷμα [5] τὰς μήτρας στραφῆναι κατ' [6] ἰθέα· κἢν ἀποκαθαρθῇ ἡ γυνὴ, ἔστι ὅτε αὖτις ἀποστρέφεται τὸ στόμα τῶν μητρέων ἀπὸ τοῦ αἰδοίου· ἢν δὲ ὀλίγον παρακεκλιμένον ᾖ, ἢ ἁρμοῖ μεμύκῃ, χωρέει μὲν τὰ καταμήνια, χωρέει δὲ βιαίως καὶ κατ' ὀλίγον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Ταῦτα

[1] καί om. — [2] οὐ κυΐσκουσι. — [3] ἐστί. — [4] ἢ β. — [5] τῆς μήτρης. — [6] εὔθεια.

DE STERILIBUS.

1. Ac de his, quae mulieribus in singulis affectionibus accidunt, ante quidem dictum est; nunc autem quas ob causas mulieres prorsus sint steriles, aut quamobrem, nisi curentur, parere nequeant, mihi aperiendum. Hanc autem istius rei causam esse assero: — si uteri os a pudendo prorsus aversum fuerit, non concipiunt; neque enim uterus genituram excipit, sed confestim foras prodit. Quod etiam fit, si os uteri praeter naturam paulum perversum sit. Quodsi prorsus conniveat uteri os, neque sic genituram recipit, neque si [plus quam conveniat] recens conniveat. Patet autem unumquodque eorum, quae dicta sunt: etenim si prorsus aversum aut connivens fuerit, menses nullo modo, vel non nisi violenter et cum morbo prodeunt, si sanguis uterum cogat ut in directum vertatur. Atque si mulier repurgata fuerit, interdum rursus uteri os a pudendo avertitur. Quodsi paulum declinet, aut recens conniveat, menses quidem prodeunt sed cum vi et paulatim per multos dies. Haec vero omnia, num ita se habeant, manifesto constant mulieri contrectanti et si quid ex his ac-

περὶ μὲν — ἰηθέωσι.] νῦν C.; — καί ante διότι omm. F. G. I. K.; — ἰηθέωσι Ionice C. Littr. — Libelli nostri principium et verba paulo post obvia τούτων δὲ ἕκαστον διότι γίγνεται εἴρηται ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασι si teneas et conferas cum principio § 25. et 35. libri primi de morbis mull., dubium tibi non erit, quin ab eodem scriptore sit hic libellus, a quo libri de morbis IV., de nat. pueri in partu, de morbis mull. I.

Φημὶ δὲ — ἔρχεται.] οὐ κυΐσκουσι vulgo, sed cum Littréo C. sequor; saepius recurrit in hoc libello formula οὐ κυΐσκεται.

γίγνεται — ἢ δεῖ.] ἢν καὶ ὀλίγον Lind., de suo, uti videtur; — μητρέων C. pro ὑστερέων; — οὕτως vulgo, ὅλως Lind., οὕτω J., Littr.; — ἢν δ' ἁρμοῖ μεμ. sine οὐδ' D.; — ἀρμῷ et ἁρμῷ alii libri nonnulli. Illud ἁρμοῖ exponit Foës. aut ἐξαίφνης, aut ἡσυχῇ in adn.

δῆλον — ἡμέρας.] ἢ γάρ sine μέν C.; — ἐστί pro ᾖ L., uti V.; — τῆς μήτρης L., uti V.; — στρ. τὰς μήτρας C.; — κατ' ἤθεα vulg., κατ' ἰθέα al. m. H., Littr., κατ' εὔθεια L., uti V.; — αὖτις C. Littr., αὐτῆς vulg., παρακεκλιμένον ᾖ Vatt. Foës., Lind., Littr., ᾖ om. vulg., cf. de morbis mul. I. § 4. initio; — rursus ἀρμῷ, ἁρμῷ nonnulla mss.

ταῦτα — αὐτομάτη.] ἔχει οὕτω J.; — ψηλαφώσῃ γυναικί ceteri, sed γυναικί pro emblemate alieno eieci, vide locum similem infra in hac §; — ψηλαφῶσι J.

δὲ πάντα δῆλα γίγνεται, εἰ οὕτως ἔχει, ψηλαφώσῃ· καὶ ἢν τούτων τι ᾖ, μελεδανθεῖσα ἡ γυνὴ φορὸς γίγνεται· ἔστι δὲ καὶ ὅτε αὐτομάτη. Τούτων δὲ ἕκαστον διότι γίγνεται [1] εἴρηται ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασι. Ἢν δὲ λεῖαι ἔωσι [2] αἱ μῆτραι, — γίγνεται δὲ τοῦτο καὶ φύσι ἐνίῃσι καὶ ἢν ἕλκεα ἐγγενόμενα μεγάλας οὐλὰς ἐγκαταλίπῃ, — οὐ λαμβάνει ἐν γαστρί· τὴν γὰρ γονὴν δέχονται μὲν αἱ μῆτραι, ἤν μή τι αἴτιον ἄλλο ᾖ, ξυλλαμβάνουσι δὲ οὔ, ἀλλ' ἔξω χαλῶσι. Δῆλον δὲ ψηλαφώσῃ καὶ εἰρομένῃ εἴ ποτε ἐν τῇσι μήτρῃσι ἕλκεά οἱ ἐγένοντο. Τὰ δὲ καταμήνια ὑγιηρῶς μὲν ἐν τούτῳ τῷ νοσήματι χωρέει· [3] ἀνίητος δὲ γίγνεται ὡς [4] ἐπὶ τὸ πλέον ἡ τοιαύτη. Γίγνεται δὲ καὶ τοῦτο αἴτιον τοῦ μὴ ξυλλαμβάνειν ἐν γαστρὶ, ἢν ἕλκος γένηται ἐν τῇσι μήτρῃσι ὑπὸ παθήματός τινος τῶν εἰρημένων καὶ μὴ ταχὺ [5] ὑγιασθῇ, ἀλλὰ μολυνθῇ. Παραμένει γὰρ τὸ ἕλκος ἐπὶ πουλὺν χρόνον, ὥσπερ καὶ τὸ ἐν ὠτὶ ἐὸν, καὶ ὄζει πονηρὸν ἡ γυνὴ, καὶ ἔστι ὅτε ἰχὼρ ῥέει αὐτῇ ἐκ τοῦ αἰδοίου κάκοδμος, καὶ [6] μέχρις ἂν ἔχῃ τὸ ἕλκος, οὐ λαμβάνει ἐν γαστρί· οὐ γὰρ ξυλλαμβάνουσι αἱ μῆτραι τὴν γονήν. Ταύτῃ τὰ καταμήνια χωρέει ὑγιηρῶς· [7] ψηλαφήσι δὲ μάλιστα γίγνεται δῆλον καὶ ἐρωτήσι περὶ τῶν εἰρημένων· μελεδανθεῖσα δὲ φορὸς γίγνεται· ὀλίγαι δ' ἐλπίδες εἰσί. Ἢν δὲ τῶν καταμηνίων ἐλλειφθέν τι ἐν τῇσι μήτρῃσι ἔκρηξιν ἔχῃ, θερμανθὲν δὲ καὶ αὖτις ψυχωθὲν

ciderit, cura adhibita mulier foecunda redditur idque etiam quandoque sponte. Quae singula cur accidant, in morbis muliebribus dictum est. Si vero uterus lubricus fuerit, — quod etiam ex natura sua nonnullis accidit et si ulcera in utero nata magnas cicatrices reliquerint, — non concipit. Genituram enim uterus quidem excipit, nisi alia quaedam causa subsit, non tamen concipit, sed foras elabi sinit. Hoc autem contrectanti manifestum fit et roganti num aliquando in utero ei ulcera innata fuerint. Menses vero hoc in morbo non aliter quidem ac sanis prodeunt, sed ut plurimum eiusmodi mulier incurabilis est. At hoc quoque in causa est cur non concipiat mulier, si ulcus in utero nascatur ex affectione aliqua earum, quae dictae sunt, nec cito sanescat, sed sordidum factum fuerit. Longo enim tempore ulcus permanet, velut quod in aure exsistit, et prave olet mulier eique interdum ex pudendis sanies graveolens effluit, neque quamdiu ulcus detinuerit utero concipit, quod uterus genituram non retineat. Huic menses non secus ac sanis prodeunt; ex contactu autem et interrogatione maxime de praedictis constat. Cura vero adhibita, etsi parva spes est, foecunda tamen evadit. Si vero ex mensibus aliquid relictum in utero eruperit, sed calefactum ac rursus refrigeratum circa os aut paulo interius . . . . neque sic concipit. Hoc enim incumbens impedimento est, quo minus genitura quo opus est perveniat. Quodsi per initia quidem curetur, convalescit

[1] εἰρήσεται εἴρηται δὲ ἐν. — [2] αἱ μῆτραι — ἔωσι om. — [3] ἀνίατος. — [4] ἐπιπλέον. — [5] ἰσθῇ. — [6] μέχρι ἄν. — [7] ἐν ψηλαφήσῃ δὲ μ.

τούτων — νοσήμασι.] δ' ἕκαστον J.; — γίνεται, εἰρήσεται, εἴρηται δὲ ἐν C. D. (F. al. m. in marg., sed in textu εἴρηται, εἰρήσεται δέ) G. H. I. J. K., Ald., Lind., Littr. Certum est εἴρηται, εἰρήσεται δέ, et εἰρήσεται, εἴρηται δέ absurdas esse lectiones. Utrum δέ in vulgata abundet, an indicio sit, εἴρηται, εἴρηται δέ fuisse scriptum, non certo constat; dedi vero quod simplicissimum est.

ἢν δὲ λεῖαι — χαλῶσι.] καί ante φύσι omm. codd. multi; — post ἐγκαταλίπῃ ceteri καὶ ἢν λεῖαι ἔωσι, quod otiosum et ineptum emblema repudio; — οὐ λαμβάνει ἡ γυνή vulgo, ubi rursus otiosum ἡ γυνή omitto; — οὐ συλλαμβάνει ἐν γαστρὶ ἡ γυνή J.; — ἄλλο αἴτιον J., ἕτερον αἴτιον C.; — ἀλλὰ τὸν σπόρον ἔξω χαλῶσι vulg.; sequor C.

δῆλον δὲ — ἐγένοντο.] μάλιστά ἐστι, quod inter δέ et ψηλαφώσῃ legitur in vulgata, omm. haud pauci codd.; — ψηλαφῶσι J., ψηλαφώσει Ald., — ἐρεαμένῃ D. H. L. Lind., εἰρομένοις J., εἰρωμένω C.; — ἐγγένοντο idem.

τὰ δὲ καταμήνια — τοιαύτη.] ἀνίατον K.; — τό ante πλέον J. Lind., Littr., vulgo om.

γίγνεται — μολυνθῇ.] ὑπὸ παθήματος (παθημάτων D.) τούτων τῶν εἰρημένων vulgata; sed de meo refeci ad exemplum locorum plurium similium dein obviorum; — ἰαθῇ codd. pauci, ἰηθῇ alii pauci et Lind.

παραμένει — γονήν.] καὶ ὥσπερ ἐν ὠτὶ ἐόν C.; — μέχρι ἔχῃ C. sine ἄν.

ταύτῃ — εἰσί.] ταύτῃ omm. mss. plura, quod τὰ δὲ καταμ. legunt; — ταύτῃ δὲ τὰ κ. C. Lind.; — ἐν ψηλαφήσει vulg., cum C. ἐν omisi; — ἐλπ. δὲ ὀλ. εἰσί C.

ἢν δὲ — δεῖ.] εἰ — ἔχει J.; — ἐλληφθέν edd. antt. Lind. — In seqq. vitium agnovit Littréus, quod ita voluit

περὶ τὸ στόμα, ἢ ὀλίγον ἐνδοτέρω . . . . οὐδ' οὕτω λαμβάνει ἐν γαστρί· ἔργμα γὰρ τοῦτο ἐπικείμενον οὐ παρίησι τὴν γονὴν ἰέναι ὅκου δεῖ. Καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ μελεδαίνηται, ὑγιαίνει τε καὶ φορὸς γίγνεται· ἢν δὲ χρόνος ἐγγένηται, ἄφορος μένει· δῆλον δὲ τὸ πάθημα [1] ψηλαφήσι μάλιστά ἐστι, σκληρὸν γάρ τι [2] ἐγγίγνεται. Καὶ ἢν χάνωσι μᾶλλον τοῦ καιροῦ αἱ μῆτραι, οὐδ' οὕτω κυΐσκεται· οὐ γὰρ ξυλλαμβάνουσι αἱ μῆτραι [3] τὴν γονήν· δῆλον δὲ ἔσται καὶ τοῦτο [4] ψηλαφήσι· καὶ τὰ καταμήνια ἔρχεται [5] ἀλέα καὶ ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας· γίγνεται δὲ καὶ φύσι τὸ πάθημα τοῦτο καὶ ὑπὸ νοσημάτων τῶν εἰρημένων. Κἢν μὲν φύσι [ᾖ], ἀνίητος ἡ νοῦσος· ἢν δὲ μή, [6] οὔ. Ἢν δὲ μὴ ὑγιηρὰ χωρέῃ τὰ καταμήνια, οἷα τῆς γυναικὸς μὴ ὑγιηρῆς ἐούσης, οὐδ' οὕτω κυΐσκεται· οὐ γὰρ πήγνυται ὑπὸ τοῦ αἵματος νοσεροῦ ἐόντος, ἀλλὰ [7] διορροῖ τὴν γονὴν τὸ αἷμα τὸ κατιὸν ἀπὸ τοῦ σώματος νοσερὸν ἐόν· [8] διορρωθεῖσα δὲ ἡ γονὴ ἐξέρχεται ἔξω τῷ χρόνῳ ἢ ὀλίγῳ [9] ἢ πολλῷ ξὺν ἰχῶρι. Δῆλον δέ ἐστι τῷ σώματι τῆς γυναικὸς καὶ τοῖσι καταμηνίοισι· χωρήσει γὰρ τὰ καταμήνια αὐτῇ οἷα εἴρηται, ἤν τε χολώδης, ἤν τε φλεγματώδης, ἤν τε ὑδρωποειδὴς ἔῃ· ἐν τάχει δὲ μελεδανθεῖσα [10] φορὸς γίγνεται· ἢν δὲ μή, οὔ. Ἢν δὲ γυναικὶ μὴ χωρέῃ τὰ καταμήνια [11] πάμπαν, εἴτε φύσι, εἴτε ὑπὸ παθήματός τινος τῶν εἰρημένων, καὶ οὕτως οὐ ξυλλαμβάνει· αἱ γὰρ φλέβες τοῦ αἵματος πλήρεις ἐοῦσαι τὴν γονὴν

et foecunda redditur; sin tempus accesserit, infoecunda manet. Ex contactu autem potissimum affectio patet; durum enim quiddam innascitur. Ac si plus aequo uterus dehiscat, neque sic concipit; neque enim semen uterus retinet; sed et hoc quoque ad contactum manifestum fiet mensesque conferti et paucis diebus prodeunt. Haec affectio vero et natura et ex relatis morbis accidit; et si quidem a natura fuerit, incurabilis est morbus; sin minus, non. Si vero menses minime sani prodeunt, cum nimirum mulier sana non sit, neque sic concipit. Neque enim a sanguine morboso concrescit, verum sanguis morbosus ex corpore delatus genituram serosam reddit, quae serosa reddita tempore modico vel multo una cum sanie foras egreditur. Id autem ex mulieris corpore et mensibus patet. Menses enim ei quales dicti sunt feruntur, sive bile, sive pituita, sive aqueo humore abundarit. Brevi autem cura adhibita foecunditati restituitur; alioqui minime. Si vero mulieri menses omnino non prodeunt, sive natura, sive propter aliquam e praedictis affectionibus, neque sic concipit. Neque enim venae sanguine refertae genituram excipiunt et in utero aliquid inveterati sanguinis inesse necesse est, quod genituram nutriri prohibet. Quodsi pauciores quam conveniat menses prodeant, neque sic concipit, propter causas in priore morbo commemoratas, quod ex percontatione patet. Et si quidem natura pauci menses prodeant, incurabilis exsistit; sin ex aliqua commemoratarum

[1] ἐν ψηλαφήσει ἐστί. — [2] ἐγγένηται. — [3] οὐδὲ οὕτω τὴν γονήν. — [4] ἐν ψηλαφήσει. — [5] ἠλέα. — [6] οὐχ ὑγιηρὰ χωρέει. — [7] δι' οὐρέει. — [8] διουρηθεῖσα. — [9] ἢ om. — [10] ἄφορος. — [11] πάμπαν ἢ ὑπὸ πάντων τῶν εἰρ.

sanare ut *μή* ante *ἔκρηξιν* inferret de suo et *ᾖ* ante *ἢ ὀλίγον*; — et vitium inesse certum est, sed puto post *ἐνδοτέρω* excidisse aliquid quale *ἐπέχηται*, vel *ἐμμένῃ*, vel *ἀπολαμβάνηται*, itaque lacunam noto. Non ausim cum Littréo negationem ad *ἔκρηξιν ἔχῃ* adponere, quippe auctor significat, me iudice, aliquid in utero de menstruo fluxu restitisse, quod dein exitum habeat, sed eum perficere nequeat, ita ut egredi incipiens, quo minus egrediatur impediatur. Porro *ψυχθέν* C.

καὶ ἢν μὲν — ἐγγίγνεται.] *τε καί* C., *τε* omm. cett.; — *ἔσται* pro *μένει* C.; — *τό* ante *πάθημα* e mss. 4. addidit Littr., vulgo abest; — *ἐν ψηλαφ.* codd. 5. Littréi, uti V.; — *μάλιστα* omm. mss. 5., in quorum uno rest.

καὶ ἢν — εἰρημένον.] *οὐδ'* C., *οὐδέ* vulg.; — *ἔστιν* pro *ἔσται* C.; — *ἐν ψηλαφ.* libri Parr. 4., Lind.; — *ἀλέα* vulg., *ἀλέα* Parr. 5.

κἢν μὲν — ἰχῶρι.]. *ἀνίατος* J.; — *ἢν δὲ μή, οὐχ ὑγιηρὰ χωρέει* (*χωρέῃ* Ald., mss. 4.) vulg.; — *ἢν δὲ μὴ εἴη τήκειν μὴ ὑγιηρὰ χωρέει* C., — *ἢν δὲ μή, οὔ [ἢν] οὐχ ὑγιηρὰ χωρέῃ* Lind., quam lect. recepit Littr., ita ut *ἢν μή* pro *ἢν οὐχ* scriberet; consentio, nisi quod *ἢν δὲ μή* scribere malo, nisi forte e *τήκειν* codicis C. *κἢν μή* dare praestet. Porro *οὐδ'* C., *οὐδέ* vulg.; — *διουρέει* vulg., emendavit Littr.; — *νοσηλόν* C.; — *διουρηθεῖσα* vulgo, *διορρωθεῖσα* Littr. de suo; — *ἤ* ante *πολλῷ* in pluribus mss. om.

δῆλον — οὔ.] *εἴη* vulg., *ἔῃ* Littr. de suo; — *εὔφορος* vulg., *ἄφορος* J., *φόρος* C., *φορός* Littr.; — *εἰ δὲ μή* J.

ἢν δὲ γυναικὶ — τρέφεσθαι.] *πάμπαν ἢ ὑπὸ πάντων* (*παθημάτων* C. Lind.) *τῶν εἰρημένων* vulg.; Littr. *παθημά-*

οὐ δέχονται καὶ ἐν τῇσι μήτρῃσι αἵματος ἐνεῖναί τι χρονίου πᾶσα μηχανή, ὅ τι ἀποκωλύει τὴν γονὴν τρέφεσθαι. Ἢν δὲ ἐλάσσω τὰ καταμήνια χωρέῃ τοῦ δέοντος, οὐδ' οὕτω κυΐσκεται· αἴτια δὲ τὰ ἐν τῇ προτέρῃ νούσῳ προειρημένα· δῆλον δὲ καὶ τοῦτο [1] τῇ ἐρωτήσι. Κὴν μὲν φύσι ὀλίγα χωρέῃ τὰ καταμήνια, [2] ἀνίητος γίγνεται· ἢν δ' ὑπὸ παθήματος τούτων τινὸς τῶν εἰρημένων μελεδανθεῖσα ἐν τάχεϊ φορὸς ἔσται. Καὶ ἢν πλείονα τοῦ δέοντος χωρέῃ τῇ γυναικὶ τὰ καταμήνια, οὐδ' οὕτως ἐν γαστρὶ [3] λαμβάνει· αἱ γὰρ μῆτραι κεκενωμένου [4] τοῦ αἵματος, οὐ ξυλλαμβάνουσι τὴν γονὴν ὑπὸ ἀσθενείης· [5] ἢν δ' ἄρα καὶ ξυλλάβωσι, κατελθὸν τὸ αἷμα πολλὸν ἐξαπίνης ἐπὶ τὰς μήτρας τῆς γυναικὸς ἀποπνίγει τὴν γονήν. Δῆλον δὲ καὶ τόδε τοῖσι ἐπιμηνίοισι, ὅσσα πολλὰ χωρήσει· καὶ ἢν μὲν φύσι ἡ γυνὴ πολλὰ χαλᾷ τὰ καταμήνια, ἄφορος [6] γίγνεται· ἢν δὲ μὴ φύσι, ἀλλ' ὑπὸ παθήματός τινος τῶν εἰρημένων, μελεδανθεῖσα ἐν τάχεϊ φορὸς ἔσται. Καὶ ἢν τὸ στόμα τῶν μητρέων ἐκπέσῃ τοῦ αἰδοίου, οὐδ' οὕτω λαμβάνει ἐν γαστρί· τό τε γὰρ στόμα σκληρὸν γίγνεται καὶ οὐ δέχεται τὴν γονὴν καὶ οἰδέει καὶ ταύτῃ ἄφορος γίγνεται τὸ πάμπαν· δῆλον δὲ τὸ πάθημα τοῦτο διότι γίγνεται. Καὶ ἢν μὴ χωρέῃ τὰ καταμήνια κατὰ τὸ προσῆκον, ἀλλὰ κάτω [7] ὁρμᾷ ἐς τὴν ἕδρην, οὐδ' οὕτω λαμβάνει ἐν γαστρί· δῆλον γὰρ ὅτι τὸ στόμα τῶν μητρέων ἐκτέτραπται ἀπὸ τοῦ αἰδοίου, ἢ μέμυκε· [8] καὶ ἢν μὲν κατὰ τὴν ἕδρην ᾖ ἐστραμμένον τὸ στόμα, ἢ μεμύκῃ, μελεδαν-

affectionum, cura adhibita brevi foecunda erit. Et si plures quam conveniat mulieri menses prodeant, neque sic utero concipit; neque enim uterus evacuato sanguine propter imbecillitatem genituram apprehendit, quin etiamsi apprehendat, copiosus sanguis ad mulieris uterum derepente delatus genituram suffocat. Id autem etiam ex mensibus, qui copiosi prodibunt, manifestum est. Et si quidem natura copiosos menses mulier demittat, infoecunda redditur. At si non natura, sed ex aliqua e commemoratis affectionibus, cura adhibita brevi foecunda erit. Et si uteri os extra pudenda exciderit, neque sic utero concipit. Os enim durum efficitur, neque genituram excipit et intumescit, ideoque infoecunda prorsus redditur. Quam ob causam autem haec affectio accidat, manifestum est. Et si menses minime ut convenit prodeant, sed deorsum ad sedem cum impetu ferantur, neque sic utero concipit. Os enim uteri a pudendo aversum esse, aut connivere patet. Quodsi utero in sedem obverso aut connivente cura adhibita fuerit, foecunda redditur. Utrumque vero ex percontatione et responsione manifestum fit. Si enim menses semper sic fluant, his morbum in causa esse manifestum est. Atque istae eiusmodique causae in mulieribus sunt, ob quas, nisi curentur, non pariunt et ex quibus prorsus infoecundae redduntur, ut proinde mirari mulieres minime oporteat, si sint, quae saepe non pariant.

[1] ἐν τῇ ἐρωτ. — [2] ἀνίητος — γυναικὶ τὰ καταμήνια om. — [3] συλλαμβάνει. — [4] τοῦ om. — [5] ἄν. — [6] γένηται. — [7] ὁρμήσῃ. — [8] καὶ — μεμύκῃ om.

των scripsit cum C. et ἢ delevit; mihi potius locus restituendus visus est, quemadmodum feci, collatis similibus aliis. Tum πλεῖαι οὖσαι οὐ δέχ. τ. γ. C.

ἢν δὲ — ἐρωτήσι.] οὐδ' C., οὐδέ vulg.; — τά C. F. G. J. Lind., Littr., τά om. vulg.; — προτέρῃ εἰρημένα Vatt. Foësii; — τοῦτο om. K.

κὴν μὲν — ἔσται.] κἂν C.; — δ' Ald., mss. 6., δέ cett.; — τινός om. J.; — φ. ἔσται ἐν τ. D.; — γίνεται pro ἔσται Vatt. Foësii.

καὶ ἢν — γονήν.] συλλαμβάνει J.; — κακῶς ξυλλαμβ. pro οὐ ξυλλαμβ. Vatt. Foësii; — ὑπ' ἀσθ. C.; — δ' C. δέ vulg., — τῆς γυν. ἐπὶ τὰς μ. C.

δῆλον — ἔσται.] ὅσσα de meo, ὁκόσα vulgo, ὁπόσα codd. 7.; — πολλά om. C.; — παθήματός του τῶν εἰρ. C.; — ἐν τάχεϊ omm. C., Littr.; — γίνεται pro ἔσται C.

καὶ ἢν — γίγνεται.] οὐδ' C., οὐδέ vulg.; — διότι vulg., δι' ὅ τι Corn., Lind., Littr.

καὶ ἢν — αἰτίη ἐστί.] ὁρμᾷ vulgo, ὁρμήσῃ codd. 5. apud Littr., uti V.; — χωρήσῃ J.; — οὐδ' C., οὐδέ vulg., οὐδέ om. D.; — ἔστραπται C.; — τὸ στόμα τῶν μητρέων idem; — ἑκάτῳ (ἑκάστω Littr., ἑκάστη J.) ὧδε εἴη (ὧδ' εἴη C., ὧδε ἴῃ Calvus, Corn., Lind., recte) vulg. — „je lis, inquit Littr., ἑκάστῳ pro ἑκαστάτω." — Mihi aut ἑκάστῳ μηνί, aut ἑκάστοτε scriptum fuisse videtur.

θεῖσα Φορὸς γίγνεται· δῆλον δὲ ἑκάτερόν ἐστι τῇ ἐρωτήσι καὶ ἀποκρίσι· ἢν [1] γὰρ τὰ καταμήνια ἑκάστοτε [2] ὧδε ἴῃ, ἡ νοῦσος ταύτῃσι δῆλον ὅτι αἰτίη ἐστί. [3] Τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα τῇσι γυναιξί ἐστι, δι' ἃ οὐ τίκτουσι πρὶν ἂν ἰηθέωσι, καὶ δι' ὅσα ἄΦοροι γίγνονται τὸ πάμπαν· ὥστε θαυμάζειν τὰς γυναῖκας οὐ χρὴ ὅτι εἰσὶ αἳ οὐ τίκτουσι πολλάκις.

β'. [4] Πειρητήρια δι' ὧν δηλοῦται ἡ γυνὴ εἰ κυήσει. — Γυναῖκα ἢν θέλῃς γνῶναι [5] εἰ κυήσει. Βούτυρον καὶ γάλα γυναικὸς κουροτρόφου διδόναι πίνειν [6] νῆστι καὶ ἢν ἐρεύγηται, [7] κυήσει· εἰ δὲ μή, οὔ. — [8] Ἄλλο. Νέτωπον ὀλίγον [9] προστιθέσθω ἐν εἰρίῳ ἐνελίξασα, κἄπειτα ἕωθεν σκέψασθαι ἢν ὄζῃ διὰ τοῦ στόματος· κἢν μὲν ὄζῃ, κυήσει· [10] ἢν δὲ μή, οὔ. — [11] Ἕτερον πειρητήριον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. Ἧι τινι ἂν γυναικὶ ἀπὸ τῶν προσθέτων μὴ λίην ἰσχυρῶν ἐόντων [12] ὀδύναι ἐς τὰ ἄρθρα ἀΦίκωνται καὶ βρυγμὸς ἔχῃ καὶ σκορδινέηται καὶ [13] χασμᾶται, ἐλπὶς [14] ταύτῃ κυῆσαι μᾶλλον ἢ ἥτις τούτων μηδὲν πάσχει. — [15] Ἄλλο. Μώλυζαν σκορόδου περικαθήραντα τὴν κεφαλήν, ἀποκνήσαντα, [16] προσθεῖναι πρὸς τὴν ὑστέρην καὶ [17] ὁρᾶν τῇ ὑστεραίῃ, ἢν ὄζῃ διὰ [18] τοῦ στόματος· καὶ ἢν ὄζῃ, κυήσει· ἢν δὲ μή, οὔ. — [19] Ἢν θέλῃ γνῶναι ἡ γυνὴ εἰ κυήσει, πινέτω ἄνησον τετριμμένον ἐν ὕδατι

2. Tentamenta, quibus exploratur in muliere conceptus. — Si nosse velis an mulier conceptui sit idonea, butyrum et lac mulieris puerum lactantis ieiunae potui exhibeto et si eructaverit, concipiet; sin minus, minime. — Aliud. Netopum modicum lana convolutum subter apponito, deinde mane spectato num odor ad os pervenerit; quodsi sic, concipiet; sin minus, non. — Aliud tentamentum ad idem. Si cui mulieri ex subdititiis non admodum vehementibus dolores ad articulos pervenerint et dentium stridor, tenebricosa vertigo et oscitatio detinuerit, huic concipiendi maior spes adest quam cui nihil horum accidit. — Aliud. Allium caput unicum habens capite depurgato et deraso in uterum subdito et postridie spectato, num odor ad os perveniat; quodsi sic, concipiet; sin minus, minime. — Si mulier nosse velit, an conceptura sit, anisum ex aqua quam tenuissime tritum bibat et dormiat; quodsi qui-

[1] γάρ om. — [2] ὧδείῃ ἢ ν. — [3] τοσαῦτα κ. τ. λ. usque ad finem capituli absunt. — [4] περὶ τοῦ γνῶναι ἄτοκον ἤ τε καὶ ἢ οὔ. Et in marg.: περὶ τοῦ γνῶναι ἄτοκον. — [5] εἰ κύει συκίην ποιῆσαι ἢ βούτυρον. — [6] νῆστι om. — [7] κυήσει om.; tum ἢν δὲ μή. — [8] ἄλλο om. — [9] προστίθεσθαι. — [10] ἢ δ' οὔ, οὔ. — [11] Inscriptio om. et ἢν τινι legitur. — [12] ἢν ὀδύνη ἐς. — [13] χασμῆται. — [14] αὐτῇ. — [15] ἄλλο om. — [16] προστιθέναι. — [17] ὁρῆν. — [18] τοῦ om. — [19] In marg. περὶ οὗ γνῶναι γυναῖκα ἢ συνέλαβε ἢ οὔ. — sed ἢν — οὔ om.

τοσαῦτα — πολλάκις.] καὶ τὰ τοιαῦτα vulg., sed τά omm. C. Littr.; — ἰηθέωσι Ionice, Littréus e mss. 5.; — ὅτε (ὅτι C. D. F.) εἰσὶ μὲν (addit Φοροί Lind.) (αἵ pro μέν C.) οὐ τίκτουσι δὲ (δέ om. C.) πολλ. vulg. — Descripsi textum ex C., quemadmodum Littr. — Foës. e Vatt. adnotat lect.: ὅτε εἰσὶν αἱ οὐ τίκτουσι δὲ πολλάκις. Cornarium ὅτε ξυνίουσι μέν legisse sibi videri idem scribit.

2. πειρητήρια — κυήσει.] πειρητήρια εἰ κυήσει solum C.; — ἡ om. H.

γυναῖκα — οὔ.] θέλῃς εἰδέναι C.; — κύει vulg., κύοι D., κύῃ J., κυήσῃ C.; — σικύην (πυρίην Lind. ex Foësii adn., qui etiam θυμίησιν proponit) ποιῆσαι ἢ (σ. π. ἤ om. C., Foës. in not.) βούτυρον vulg.; textum descripsi quemadmodum Littr.; — νῆστει C. Littr., vulgo om.

ἄλλο — οὔ.] ἕτερον K., ἄλλο mss. 8., Lind., Littr., ἄλλο om. vulg.; — ἐν om. C.; — ἔπειτα idem; — ἢν ὄζῃ διὰ τοῦ στόματος τὸ ἐπιτεθέν vulgo, sed cod. C. om. τὸ ἐπιτεθέν, quem sequor; sin vocem servare velis, saltem τὸ προστεθέν scribendum erit. Tandem ἢν δ' οὔ. οὔ mss. 5. apud Littr.; cf. lectt. Voss. — Formula similis de m. mul. I. § 78. p. 619. supra et de nat. mul. § 99.

ἕτερον — πάσχει.] ἕτερον — αὐτοῦ om. F.; — ἄλλο pro ἕτερον — αὐτοῦ mss. 6.; — ἥτινα J.; — γυν. om. C.; — ἰσχ. ἐόντων ἢν (ἐόντων ἤν om. C. Littr.) ὀδ. vulg.; — σκορδινέηται Lind. e libro περὶ ἐπικυήσιος § 20., vulgo σκοτοδινῆται, sed vel terminatio medii verbi docet veram esse lectionem libri de superfoetatione; χασμῆται vulg., χασμεῖται C., in quo χασμᾶται latere arbitror; — αὐτῇ vulg., ταύτῃ C.

ἄλλο — οὔ.] ἕτερον K.; — ἄλλο omm. F. G.; — ἀποκνήσαντα D., ἀποκνίσαντα cett.; — ἢν γὰρ ὄζῃ C.; — κύει Foës. in adn.; — εἰ δὲ μή J. Similis formula de m. mul. I. § 78. p. 619. supra et de nat. mul. § 99.

ἢν θέλῃ — οὔ.] Pro inscriptione ἕτερον K., ἄλλο D. H. I.; — ἡ γυνὴ εἰδέναι C.; — ὡς λειοτ. om. C.; — κυησμὸς αὐτὴν λαμβ. vulg., sed αὐτήν om. C.; — κυήσῃ F.: — εἰ C. J. pro ἤν.

ὡς λειότατον καὶ εὐδέτω, καὶ ἢν μὲν κνησμὸς λαμβάνῃ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, κυήσει· ἢν δὲ μὴ, οὔ.

dem pruritus circa umbilicum corripiat, concipiet; sin minus, minime.

γ'. Κύουσαν γυναῖκα, εἰ μὴ [1] ἄλλως, οὕτω γνώσει· — οἱ ὀφθαλμοὶ εἱλκυσμένοι καὶ κοιλότεροι καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν οὐκ ἔχει τὴν φύσιν τῆς λευκότητος, ἀλλὰ πελιώτερα φαίνεται. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, ἔφηλιν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἴσχουσι καὶ ἀρχόμεναι ξυλλαμβάνειν μίσοινοι γίγνονται καὶ κακόσιτοι καὶ καρδιωγμοῦ μεσταὶ καὶ πτυαλίζουσι.

3. Praegnantem mulierem, nisi aliter, ex hoc cognosces: oculi contracti et magis cavi sunt, neque eorum candidum nativam habet albedinem, verum lividius cernitur. Quae utero gerunt, in facie maculam habent, quam ἔφηλιν vocant, ubique concipere coeperint, vinum odio habent et cibos aversantur, oris ventriculi morsu torquentur et os frequenti salivatione redundat.

Μέλι καὶ ἄνησον τρῖψαι ὡς λειότατα, εἶτα [2] ὕδατι διεῖναι καὶ πιεῖν δοῦναι καὶ ἐᾶσαι ὑπνῶσαι· καὶ ἢν μὲν στρόφος [3] γίγνηταί οἱ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, κύει· ἢν δὲ μὴ [4] γίγνηται, οὐ κύει. Πάντων δὲ τούτων ὕστερον πίνειν ἄλητον καὶ μέλι καὶ ὀρίγανον ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ.

Mel et anisum tenuissime tritum, deinde aqua dilutum exhibeto et dormire sinito et si ei tormina circa umbilicum suboriantur, praegnans est; alioqui minime. Post haec autem omnia farinam, mel et origanum ex vino et oleo bibat.

δ'. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ἔφηλιν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἴσχουσι, [5] θῆλυ κύουσι· ὅσαι δὲ εὐχροοῦσαι διαμένουσι, [6] ἄρρεν ὡς ἐπιτοπουλὺ κύουσι. Ἢν αἱ θηλαὶ ἄνω ἔωσι ἐστραμμέναι, ἄρσεν κύει· ἢν δὲ κάτω, θῆλυ. Λαβὼν [7] τοῦ γάλακτος φυρῆσαι ἄλητον καὶ ποιῆσαι ἀρτίσκον· ὀπτᾶν δὲ ἐπὶ πυρὸς μαλθακοῦ· καὶ ἢν μὲν κατακαυθῇ, ἄρρεν κύει· ἢν δὲ διαχάνῃ, θῆλυ. Τὸ αὐτὸ τοῦτο πιτυλίξας [8] φύλλοισι ὁρᾶν· καὶ ἢν μὲν πηγνύηται, [9] ἄρρεν κύει· ἢν δὲ διαχυθῇ, θῆλυ.

4. Quae utero gerentes maculam in facie, (ἔφηλιν vocant) habent, eae foemellam gestant; quae vero bene coloratae permanent, marem plerumque. Si papillae sursum conversae fuerint, marem gestant; sin deorsum, foeminam. Sumptam lactis portionem cum farina subigito et in pastillum formato et levi igne torrefacito et si quidem exuratur, marem gestat, sin diffundatur, foemellam. Hoc idem ipsum foliis agitato et inspicito; ac si quidem cogatur masculum gestat, sin diffundatur, foemellam.

[1] ἐν ἄλλω γνώσκης ἐν τούτω γνώσεις. — [2] ἐν ὕδατι. — [3] γένηται. — [4] γένηται. — [5] ἄρρεν. — [6] θῆλυ. — [7] τοῦ om. — [8] ἐν φύλλοισι. — [9] ἄρσεν.

3. κύουσαν — φαίνονται.] Vid. de superfoetatione § 16. ἕτερον K., ἄλλο D. H. I. J. pro inscriptione praemittunt; — εἰ C., ἢν ceteri; — κύουσαν γυναῖκα ἢν μὴ ἄλλο γινώσκῃς ἐν τούτῳ γνώσεις vulg.; — Littr.: κύουσαν γυναῖκα ἢν μὴ ἐν ἄλλῳ γινώσκῃς, ἐν τούτῳ γνώσῃ e mss. mutatam lectionem ducens; — ego de coniectura locum refeci. In Littréi lectione ἐν τούτῳ γνώσῃ om. C., idemque cod. ὁρῶνται om., quod ante οἱ ὀφθαλμοί legi solet, qua in re illum sequor. Pro φαίνονται C. ἢν κύει.

ὁκόσαι — πτυαλίζουσι.] ἕτερον K.; — ἄλλο C. D. H. I. pro inscriptione; — ἔχουσαι J.; — συλλαμβάνουσι J.; — καὶ κακόσ. om. G.

μέλι — ἐλαίῳ.] ἕτερον K., ἄλλο C. D. H. I. Q.' Lind. pro inscriptione; μίλτον vulgo, μέλι dedi ex Cornarii emendatione; — ἐν ὕδατι vulgo, sed ἐν om. C.; — καὶ διεῖναι J.; — πιεῖν de meo interposui; — στρόφος γένηται C. J. — Miro modo omnia miscentur in hoc libro; nam formulae hae nihil commune habent cum priore parte huius capituli. Sed de talibus in prolegomenis fusius dicetur.

4. ὁκόσαι — κύουσι.] εἰδέναι ἢν ἄρσεν ἢ θῆλυ κύῃ mss. 7. pro inscriptione; — ὁκόσαι D. (Q.' et ἄλλο), vulgo ὅσαι. Nomina θῆλυ, ἄρρεν eo loco, quo descripsi, leguntur in C., Latinis Foësii, apud Lind., Littr.; in vulgata sedem invicem commutarant, cf. lectt. Voss., Foës. excitat Aph. 41. V.

ἢν αἱ θηλαὶ — θῆλυ.] ἕτερον K.; — ἄλλο D. H., pro inscriptione.

λαβὼν — θῆλυ.] ἄλλο mss. nonnulla et Lind.; — φορῆσαι C.; — καὶ ὀπτῆσαι vulg., ὀπτᾶν δέ C., quem sequor; — κἢν idem.

τὸ αὐτὸ — θῆλυ.] ἄλλο C. D. H. J. pro inscriptione τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐπιτυλίξας ἐν φύλλοισι vulgo, sed τὸ αὐτὸ — ἐν om. C.; — ἐν om. solum H., in quo al m. restituitur; — πιτυλίξας Foësii est emendatio vulgatae lectionis, qua recepta certo certius ἐν cum H. omittendum est. Scripsi autem ὁρᾶν e Cornarii emendatione, quam Foësius probat in adn., ὀπτᾶν ceteri. — Mirum tamen, ni auctor quibus foliis

ε'. [1] Θεραπεῖαι κυήσιος πειρητήριοι καὶ παιδογονίης, εἴ τις δεῖται καὶ ἄτεκνος ἐοῦσα καὶ ἤδη κυήσασα ἐοῦσα δὲ ἄτεκνος. Ἐπὴν ὁ στόμαχος σκληρὸς ᾖ, ὅλος ἢ ἄκρος, ἢ ξυμμεμύκῃ, ἢ μὴ [2] ὀρθὸς ᾖ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἰσχίον ἀπεστραμμένος τὸ ἕτερον, ἢ ἐς τὸν ἀρχὸν κεκύφῃ, [ἢ ἀνεσπάκῃ ἑωυτόν, ἢ τὸ χεῖλος [3] ἐπιβάλῃ τοῦ στομάχου ἐφ' ἑωυτό, ὁπόθεν οὖν] ἢ τρηχὺς ᾖ καὶ πεπωρωμένος, [σκληρὸς δὲ γίγνεται καὶ ἀπὸ ξυμμύσιος καὶ ἀπὸ [4] πωρώσιος, ταύτῃσι] τὰ ἐπιμήνια οὐ φαίνεται, ἢ [φαίνεται] [5] πολλῷ ἐλάσσονα τοῦ δέοντος καὶ κακίονα καὶ διὰ πλείονος χρόνου ἐπιφαίνεται. [6] Ἔστι δὲ ᾗσι τὰ μὲν ἐπιμήνια καθ' ὑγίειαν τοῦ σώματος καὶ τῶν μητρέων τὴν ἔξοδον εὑρίσκεται κατά τε τὸ ξύμφυτον καὶ τὸ δίκαιον [καὶ] ὑπὸ θέρμης καὶ ὑγρότητος τῶν ἐπιμηνίων, [7] τοῦ στομάχου μὴ κάρτα [8] βεβλαμμένου· τὴν δὲ γονὴν [πάλιν] οὐ δέχεται διὰ τὴν βλάβην, ἥτις ἂν [9] κωλύῃ τοῦ στομάχου μὴ καλῶς ἔχοντος δέχεσθαι. Ταύτῃ χρὴ πυριήσαντα τὸ σῶμα ὅλον πιεῖν δοῦναι φάρμακον καὶ κάθαρσιν ποιήσασθαι τοῦ σώματος πρῶτον, ἤν τε ἄνω καὶ κάτω, ἤν τε κάτω μοῦνον· καὶ ἢν μὲν ἄνω διδῷς τὸ φάρμακον, μὴ [10] πυριᾶν πρότερον τῆς καθάρσιος, [ἀλλ' ὕστερον·] πυριήσας δὲ μεταπῖσαι κάτω· ἢν δὲ μὴ δοκέῃ δεῖσθαι ἀνωτερικοῦ, προπυριήσας κάτω πῖσαι· ὅταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὸ σῶμα, πυριᾶν ἐγκαθίζων τὰς

5. *Inscriptio capitis corrupta est.*

Ubi uteri stomachus totus, aut extrema sui parte durus, aut connivens, aut non rectus fuerit, sed in alteram coxendicem conversus, aut in rectum intestinum procubuerit, aut asper fuerit et callosus, — his menses minime, aut longe pauciores quam conveniat, aut deteriores et per longius tempus apparent. Et menses quidem nonnullis pro corporis et uteri valetudine exitum habent secundum connatum et iustum modum ob calorem et humiditatem menstruorum, cum stomachus non admodum offensus fuerit; genituram autem non recipit propter noxam, quae stomacho non recte habente quominus recipiat prohibeat. Huic post fotum universo corpori adhibitum medicamentum purgans bibendum exhibere oportet, facta primum corporis purgatione sive sursum et deorsum, sive deorsum solum. Et si quidem sursum purgans medicamentum exhibeas, ante purgationem fomentum non admovendum. At fomento adhibito deinde medicamentum deorsum purgans exhibendum. Quodsi sursum purgante medicamento minime opus esse videatur, fomento ante admoto per inferiora purgans bibendum exhibeto. Ubi autem corpus bene habere visum fuerit, crebro in eo fotu, quicumque tandem conducere videbitur, insidendo utero ipsi fomentum admoveto. In fotum autem cupressi

[1] Haec inscriptio tota deëst, sed pro ea spatium vacuum relictum. — [2] ὀρθῶς. — [3] ἐπιβάλλῃ. — [4] πυρώσιος. — [5] πολλὸν ἢ ἐλάσσονα κακίονα. — [6] ἔστι δὲ ᾗσι om. — [7] καὶ τοῦ στ. — [8] βεβιασμένου. — [9] καὶ λύῃ. — [10] πυριῆν.

lac agitandum sit indicaverit; quod si fecerit, ante φύλλοισι aut post lacuna esse debet.

5. θεραπεῖαι — ἄτεκνος.] θερ. — παιδογονίης om. L.; — ἤ τις ceteri, εἴ τις de meo; — κύουσα vulg., κυήσασα C. Littr.; — τεκοῦσα C., τεκνοῦσα H. Littr., ἀτεκνοῦσα vulg.; sed ἐοῦσα δὲ ἀτεκνοῦσα mirum sonat, quare ἐοῦσα δὲ ἄτεκνος de meo dedi; in τεκνοῦσα latet τεκνοῦσσα, sed hoc incongruum est. Vid. de superfoet. § 29.

ἐπὴν — ἐπιφαίνεται.] καὶ ξυμμ., καὶ μὴ ὀρθὸς ᾖ ceteri; de coniectura ἤ pro καί dedi utroque loco; — ἐπιβάλλῃ vulg., aoristum de meo scripsi. Porro ἢ πεπωρωμένος vulgo, de meo καί scripsi uti libro l.; — ξηρός J. pro σκληρός; — καὶ (ἤ Ald. mss. nonnulla Lind., Littr.) φαίνεται πολλῷ (φ. π. om. C.) vulg. — Tum (ἤ praemittunt mss. 6.) ἐλ. ἢ (ἤ omm. iidem codd. 6.; καί pro ἤ C.) κακ. (κακίω J.) vulg. — Tandem ἐλάσσονα καὶ κακίονα τοῦ δέοντος vulgo, sed mutavi de meo verborum ordinem. Uncis intersepsi ea, quae interpolata videntur, qnod libro de superfoet. l. l. item feci; videbis nonnulla hoc loco esse pleniora quam altero.

ἔστι δὲ — δέχεσθαι.] καί C. Littréus ante τὰ μέν, sed vulgo om.; dedi ἔστι δὲ ᾗσι pro illo καί e lib. de superfoet.; — ὡς δεῖ καθ' ὑγείην C.; — κατά γε τὸ συμφ. Littr. de suo; — καὶ ἀπὸ θέρμης ceteri, ὑπό de meo scripsi; — τῶν ἐπιμηνίων καὶ τοῦ vulg., sed καί om. Littr., quem sequor., — οὐ κάρτα vulgo, μὴ κάρτα de meo; — πάλιν om. C.; — ἀπὸ τοῦ στομάχου ceteri; otiosum ἀπό omisi; — τοῦ δέχεσθαι cett., sed τοῦ delevi de coniectura.

ταύτῃ — χρόνον.] ταύτην cett., ταύτῃ de meo; — κάτω δέῃ Vatt. Foësii; et vero si δέῃ recipere velis, nil obstat, vid. l. l. de superfoet., ubi δέηται; — διδοῖς vulgo, emendavit Littr.; — τῆς καθάρσιος post ὕστερον ponit C.; — sed ego ἀλλ' ὕστερον alienum esse emblema suspicabar, quam suspicionem firmavit locus e lib. de superfoet.; — δοκέῃ

μήτρας αὐτὰς πυκνὰ ὅτῳ ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν· ἐπιβάλλειν δὲ ἐς τὰ πυριήματα κυπαρίσσου πρίσματα [1] καὶ δάφνης φύλλα κεκομμένα καὶ λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ πολλάκις· ὁκόταν δὲ νεόλουτος καὶ νεοπυρίητος ᾖ, ἀνευρύνειν τὸ στόμα τῆς μήτρης μήλῃ κασσιτερίνῃ καὶ ἀνορθοῦν ὁμοῦ, [2] ἐὰν δέηται, [ἢ [3] μολιβδίνῃ,] ἀρξάμενος ἐκ λεπτῆς, εἶτα παχυτέρῃ, ἣν παραδέχηται, ἕως ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν· βάπτειν δὲ καὶ τὴν μήλην ἔν τινι τῶν μαλθακτηρίων ἀνειμένῳ, ὅ τι δοκέει ξυνοίσειν, ὑγρὸν ποιήσας· τὰς δὲ μήλας ποιέειν ὄπισθεν [4] κοίλας, εἶτα περὶ ξυληφίοισι μακροῖσι περιαρμόσαι καὶ οὕτω χρῆσθαι· τὸν δὲ χρόνον τοῦτον ἕψουσα ἐν οἴνῳ λευκῷ ὡς ἡδίστῳ γλυκέϊ δαΐδα πινέτω [5] πιοτάτην κατασχίσασα λεπτὰ, καὶ σελίνου καρπὸν κόψασα καὶ κυμίνου Αἰθιοπικοῦ καρπὸν, καὶ λιβανωτὸν ὡς κάλλιστον· τούτου πινέτω νῆστις ὁκόσον δοκέει μέτριον εἶναι πλῆθος, ἡμέρας ὁκόσας ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, καὶ ἐσθιέτω σκυλάκια σιαλώδεα δίεφθα καὶ πουλύποδα ἐν οἴνῳ ἑφθὸν γλυκυτάτῳ, καὶ τοῦ ζωμοῦ πινέτω, [6] καὶ κράμβην ἑφθὴν καὶ οἶνον λευκὸν ἐπιπινέτω, καὶ μὴ [7] διψήτω, καὶ λουέσθω δὶς τῆς ἡμέρης· σιτίων δὲ ἀπεχέσθω τοῦτον τὸν χρόνον. Μετὰ δὲ, ἢν μὲν προχωρήσῃ κατὰ τὸν στόμαχον καὶ φαίνῃ τινὰ κάθαρσιν ἔξω, [8] πίνειν τ' ἔτι τοῦ πόματος ἡμέρην μίαν ἢ δύο καὶ τῇσι μήλῃσι παύσασθαι χρεόμενον, καὶ πειρᾶσθαι καθαίρειν τὰς μήτρας προσθέτοισι. Ἧι τινι δὲ τοῦ στομάχου ὀρθοῦ καὶ μαλθακοῦ καὶ ὑγιέος ἐόντος

ramenta et lauri folia tusa immittito et copiosa calida frequenter lavato. Recens vero lotae et fotae os uteri specillo stanneo diducito, simulque, si opus fuerit, dirigito, initio a tenui ducto, deinde crassiore, si admiserit, admoto, quoad probe habere videatur. Specillum autem emolliente, quodcumque conducere videbitur, dissoluto et liquido reddito intingito. Specilla vero posteriore parte cava conficito, deinde parvulis lignis oblongis accommodatis utitor. Hoc vero tempore taedam pinguissimam in tenuia frustula dissectam ex vino albo dulci quam suavissimo decoctam bibat et apii cuminique Aethiopici semen contusum et thus probatissimum. Ex hoc moderata quantitate bibat tot diebus, quot recte habere videbitur, et catulinas carnes pingues percoctas edat, et polypum ex vino dulcissimo coctum et iusculum bibat; brassicam quoque coctam, vinumque album superbibat; ne sitiat et bis die lavet; cibis vero per hoc tempus abstineat. Postea si per stomachum processerit et quandam foras purgationem ostenderit, uno aut altero die de potione adhuc aliquantum bibat, sed a specillorum usu desistito et uterum subdititiis medicamentis purgare tentato. Cui vero cum stomachus rectus sit et mollis et sanus beneque habeat et convenienti loco situs sit, menses nullo modo aut pauciores et longiore tempore apparent, minimeque sani, ubi perscrutatus fueris quonam morbo uterus laboret et num corpus aliquid conferat, inventa causa ex qua non concipit, convenien-

[1] καί om. — [2] ἂν δ. — [3] μολιβδίνης ἀρξαμένης. — [4] πλατείας εἶτα περίξια εἰρίοισι μακροῖσι. — [5] ὡς πιοτάτην. — [6] καὶ — ἐπιπινέτω om. — [7] δειπνείτω. — [8] πίνειν τε τοῦ π.

Ionice C. Lind., Littr.; — vulgo μετὰ τοῦτο πυριᾶν, sed μετὰ τοῦτο omm. mss. 6. Littréi, in quorum uno restituitur, et cod. Voss.; — πυριῆν cett.; — verba hoc loco melius descripta videntur libro de superfoet.; — ἐπιλαβεῖν C.; — κυπαρίσσου ῥινήματα idem; — καί ante δάφνης C. Lind., Littr., vulgo om.; — κόψας pro κεκομμένα C. nempe plures in eo lectt. e lib. l. sunt desumptae; — τὸ στόμα C. D. K. Lind., Littr.; vulgo τό om.; — ὅπῃ pro ὁμοῦ Vatt. Foësii; — ἄν, uti V., C., Vatt. Foësii; — μολυβδίνης ἀρξαμένης vulg.; ex C. meliora dedit Littr.; — sed ἀρξαμένη tamen minus placet, ἀρξάμενος lego e lib. l. Vulgo βάπτειν — ἐν τῷ μαλθακτηρίῳ, de meo ἔν τινι τῶν μαλθακτηρίων scripsi; καί ante τὴν μήλην omm. mss. 4.; — διειμένῳ ceteri, ἀνειμένῳ lego e lib. de superfoet; — ὄπισθεν πλατείας vulg.; Littr. emendavit e lib. περὶ ἐπικυήσιος; — ξυληφίοισι vulg., emendavit Littr.; — μακροτέροισι Vatt. Foësii; — ὅτι ἡδίστῳ C.; — κάλαμον vulgo pro καρπόν, quod Foës. voluit et Lind., Littr. habent, et mss. nonnulla et liber de superfoet. praebent; — καὶ κράμβην — ἐπιπινέτω omm. codd. nonnulli; — δειπνείτω vulg., διψῇ C., διψήτω Littr.

μετὰ δὲ — φαρμάκοισι.] μέν omm. Ald., Littr.; — πίνει C.; — τέ τι vulg., τ' ἔτι Littr.; — ἡμέρην καὶ μίαν καὶ δύο C.; — vulgo προσθέτοισι καὶ φαρμάκοισι, sed καί ante φαρμάκοισι omm. C. Littr.; — ego etiam φαρμ. repudio.

ᾗτινι — καθεστάναι.] μαλακοῦ C.; — ἐόντος adscripsi e lib. περὶ ἐπικυήσιος; — καί ante ἐν τῷ δέοντι omm. Parr. 6.; — μὴ φαίνηται τὰ ἐπιμ. π. D.; — ξηρά pro

καὶ καλῶς ἔχοντος καὶ ἐν τῷ δέοντι κειμένου τὰ ἐπιμήνια μὴ [1]φαίνεται πάμπαν, ἢ ἐλάσσονα καὶ διὰ πλείονος χρόνου καὶ μὴ ὑγιηρὰ, τὴν νοῦσον ἀνευρὼν ἥντινα ἔχουσι αἱ μῆτραι, ἤν τε καὶ τὸ σῶμα ξυμβάλληταί τι, ἐξευρὼν τὸ αἴτιον [2]ὑπὸ ὅτεου οὐ κυΐσκεται, τὴν ἴησιν ποιέεσθαι προσφέρων [3]τὸ δέον, ἀρχόμενος ἐξ ἰσχυρῶν, ὅκως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι, τελευτῶν δὲ [4]ἐς μαλθακώτερα, [5]ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν καθάρσιος ἡ μήτρη καὶ ὁ στόμαχος καθεστάναι. Ἢν δ' ἀπὸ [6]τοῦ φαρμάκου καὶ ἀπὸ τοῦ ποτοῦ [7]μὴ προχωρήσῃ, μηδὲ πινούσης χρόνον τὸν μέτριον, τοῦτο μὲν, παύσασθαι τοῦ πόματος· ὅταν δὲ καλῶς ἔχῃ τοῦ ἀπὸ τῶν μηλέων ἔργου, μαλθάξαι τὸν στόμαχον καὶ ποιῆσαι ὅκως [8]ἀναχανεῖται ἐς ὁδὸν [9]τῷ προσθέτῳ ἀπό τε τῶν θυμιητῶν καὶ [10]τῶν μαλθακτηρίων. Ὁκόταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν μαλθάξιος καὶ θυμιήσιος, προστιθεὶς φάρμακα κάθαρσιν ποιέεσθαι τῆς μήτρης, ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, ἀρχόμενος ἐκ μαλθακῶν ἐς ἰσχυρότερα, τελευτῶν δὲ αὖτις ἐς μαλθακὰ εὐώδεα· τῶν γὰρ ἰσχυρῶν τὰ πλεῖστα ἑλκοῖ τὸν στόμαχον καὶ εἴργει τοῦ καθεστάναι ἐς ὀρθὸν [καὶ ὑγιᾶ καλῶς ἔχοντα πρὸς τῆς γονῆς τὴν ὑποδοχὴν] καὶ τὴν μήτρην ξηρὴν ποιέει.

Ἢν δέ τις γυνὴ δοκέῃ τὰς μήτρας ὑπὸ πιμέλης βεβλάφθαι ἐς τὴν κύησιν, λεπτύνειν ὡς μάλιστα καὶ ἰσχναίνειν πρὸς τοῖσι ἄλλοισι.

tem curationem adhibeto, id quod necessarium est obferens, initio a validioribus, prout opportunum videbitur, ducto et in leviora desinens, quoad uterus bene a purgatione habere et stomachus ad pristinum statum rediisse videatur. Quodsi a medicamento et potione non processerit, neque si moderato tempore biberit, primum quidem potione supersedeat; ubi vero a specillorum usu bene habuerit, os emollito et ut dehiscat viamque subdititio praebeat, per medicamenta tum ad suffitum, tum ad emolliendum accommodata efficito. Cum autem ex emollitione et suffitu bene habere videbitur, per subdititia uteri purgationem, quoad bene habere videatur, efficito progressu a levibus ad vehementiora facto, rursus autem in levia odorata desinens. Medicamenta enim valentia fere stomachum exulcerant et quominus recto loco consistat impediunt et uterum siccum reddunt.

Si vero mulieri uterus ad conceptum ex pinguedine offensus esse videatur, eam quam maxime extenuato et praeter alia gracilem reddito.

[1] φαίνηται. — [2] ὑπὸ τούτου κυΐσκ. ταῦτα μὲν οὕτως. — [3] τὸ δέον ἢν δὴ ἔχηται τὴν ἴησιν ἀρχόμενος. — [4] ἐς om. — [5] ὡς ἂν δ. — [6] τοῦ om. — [7] καί pro μή. — [8] ἀναχάνηται. — [9] τῷ om. — [10] τῶν om.

ὑγιηρά C.; — ἀπότευ C., H. al. m., ἀποττεύου κυΐσκεται I. J. K.; οὐ omm. D. G., in illo vero rest. al. m.; — ὅτε μὲν οὕτως ἔχει, τὴν ἴησιν vulgo, in qua lectione τότε C., ταῦτα mss. 7. pro ὅτε; ego totum illud ὅτε μὲν οὕτως ἔχει pro otioso emblemate, repudio; — μέν om. C.; — προφέρων idem; — δέον, ἢν δὲ (μέν Lind. pro δέ) ἔχηται τὴν ἴησιν (ἢν δὲ ἔχῃ τὴν ἴησιν omm. C. Littr.) ἀρχ. vulg.; — τελευτᾶν cett., τελευτῶν de meo; — ἐς μαλθακ. C., Foës. in adn., Littr., ἐς vulgo abest; — μαλθακώτερον D. H. J.; — ὡς vulg., ἕως C., Foës. in adn., Littr. — Post καθεστάναι ceteri ὀρθῶς ἔχων (καί addit C.) ἐν τῷ ἐξαρκέοντι κείμενος, quae verba pro additamento alieno, otioso, inepto repudio: ἐν τῷ ἐξαρκέοντι κείμενος absurdum adeo.

ἢν δ' ἀπὸ — μαλθακτηρίων.] δ' mss. sex, δέ vulg.; — τοῦ ante φαρμάκου J. Littr., vulgo om.; — μὴ — παύσασθαι τοῦ om. C.; — χρόνου τὸ μέτριον vulg., χρόνον τὸν μ. Littr. e mss.; — τοῦτο μὲν παυσ. vulg., τούτου G. I. J. K., Littr., qui pro μέν de suo μή, s. potius e lib. περὶ ἐπικυήσιος, sed credo vulgatam h. l. potiorem esse lectionem: τοῦτο μέν in partitione ponitur, pro altero membro est ὅταν δέ κ. τ. λ.; librarii id male intelligentes, τοῦτο in τούτου mutarunt; — τὸ στόμα τοῦ στομάχου omnes, etiam libro de superfoet., sed aut τὸ στόμα solum, aut τὸν στόμαχον solum est dandum; ego hoc praefero; — ποιέειν C.; — ἀναχάνηται vulg., ἀναχανῆται C., ἀναχανεῖται Littr; — ἀπὸ τῶν τε Littr. de suo; — τῶν ante μαλθακτ. K. Littr.; vulgo om.

ὁκόταν — ποιέει.] ὅταν D.; — μαλθάξιος — ἔχειν om. C.; — ἰσχυρότερα C. H. J. Littr., ἰσχυρότερον vulg.; — τελευτᾶν cett., τελευτῶν de meo; — καὶ εὐώδεα F.; — ἰσχυρῶν φαρμάκων cett., otiosum φαρμ. abiicio; — ἐς ὀρθόν scripsi e lib. de superfoet., vulgo ἐς abest; — ἑλκοῖ τὸν στόμαχον καὶ δάκνει ἔπειτά τε τὸν στόμαχον εἴργει τοῦ καθ. ὀρθ. Vatt. Foësii; — καὶ εἴργει τοῦ om. C.; — καὶ ὑγιᾶ καλῶς ἔχ. C. Littr.; — δέξιν pro ὑποδοχήν C.

ἢν δὲ — ἄλλοισι.] τις om. C.; — πιμελίας mss. 4.

ϛʹ. Ὥρη δὲ ἐαρινὴ κρατίστη κυήσιος· ὁ δ᾽ ἀνὴρ μὴ [1] μεθυσκέσθω, μηδὲ οἶνον λευκὸν πινέτω, ἀλλ᾽ ὡς [2] ἰσχυρότατον καὶ ἀκρητέστατον, καὶ σιτία σιτείσθω ἰσχυρότατα, καὶ μὴ θερμολουτείτω, καὶ ἰσχυέτω, καὶ ὑγιαινέτω, καὶ σιτίων ἀπεχέσθω τῶν μὴ ξυμφερόντων τῷ πρήγματι.

6. Vernum autem tempus ad conceptum praestantissimum. Vir vero minime inebrietur, neque vinum album, sed valentissimum et meracius bibat, cibos edat valentissimos, neque calida lavet, viribus valeat, et sanus sit et cibis ad hanc rem minime conducentibus abstineat.

ζʹ. [3] Ὁκόταν δὲ δοκέῃ ἡ γυνὴ ἐκκεκαθάρθαι καὶ τὸν στόμαχον καλῶς ἔχειν τῆς μήτρης, λουσάσθω καὶ σμηξάσθω τὴν κεφαλὴν καὶ μὴ ἀλειψάσθω μηδενί· ἔπειτα ὀθόνιον ἄνοδμον περιθεῖσα περὶ τὰς τρίχας πεπλυμένον [4] κεκρυφάλῳ πεπλυμένῳ μηδενὸς [5] ὄζοντι καταδῆσαι, τὸ ὀθόνιον ὑποθεῖσα πρῶτον, ἔπειτα [6] ἀναπαυέσθω προσθεμένη χαλβάνην πρὸς τὸν στόμαχον, θερμήνασα πρὸς πῦρ ἢ πρὸς ἥλιον καὶ μαλθάξασα εὖ· ἔπειτα πρωῒ ἀπολύσασα [7] τὸν κεκρύφαλον καὶ [8] τὸ ὀθόνιον, ὀσφραίνεσθαι παρασχέτω τινὶ ἑωυτῆς τὴν κεφαλὴν καὶ ὄζει, ἢν καλῶς ἔχῃ τῆς καθάρσιος· [9] εἰ δὲ μὴ, οὐκ ὄζει· ἄσιτος δὲ ταῦτα [10] ποιέειν. Ἢν δὲ μὴ [11] τεκνουσσῃ προσθῇς, οὐδέποτε ὄζει, οὔτε καθαιρομένη, οὔτε ἄλλως· οὐδ᾽ ἢν κυούσῃ προσθῇς, οὐδ᾽ [12] οὕτω ὀζέσει· ἥτις δὲ κυΐσκεται πολλὰ καὶ ἀρικύμων ἐστὶ καὶ ὑγιαίνει, ἢν προσθῇς μὴ καθήρας, ὀζέσει [13] αὐτῆς τῆς κορυφῆς, ἄλλως δὲ οὔ.

